Papã, & ordinarios in mẽſibꝰ ordinarioꝝ dẽt
ſane intelligi, vt procedat quo ad beneficia va
cantia in q̃bus Papa ꝑ ſeipſum apponit manũ
per ſuã ſignaturã & nouam ꝓuiſionem ꝙ põt
per ſuperius dicta, ſed illa non poſſunt ꝑ expe
ctãtes acceptari, nec ꝑ executores, aut ſubexe-
cutores eiſdẽ cõferri prout diſponit regula de
mẽſibus ordinarioꝝ decernens irritũ, & ina-
10 ne &c. † Quę regula procedit, & habet locũ
etiã ſi in aliquo illoꝝ quatuor menſium ordi-
nariorũ cõcurreret data expectatiuarũ & ful-
minatio ꝓceſſuum. ex quo ꝑ prius virtute il-
lius regulę fuit ꝑſeruatum ius ordinariorum
quo caſu cõceſſio principis ſubſequens videt̃
facta ſine ꝑiudicio illorum,[b] iuxta tex. vulga-
tum notabilẽ tñ in. l. ij. §. ſi quis a principe. ff.

a Adde Io. mon. in. c. ſi eo tpe de elect. lib. vj. de quo Bal. in. c. j. qui feud. dar. poſ. & iſta eſt ptãs accumulatiua q̃a ſi ꝑꝑ collatio in illis quatuor mẽſibus erit anterior collatiõi ordinarij illas ꝑualebit ſicut in ſimili dicit glo. in. c. j. de inueſti. in mar. ſaſt. ꝙ ſi iudex feudi q̃ eſt iudex ꝑticularis citat aliquẽ et iudex ordinarius vniuerſalis citat eundẽ nõ ſolũ ſi ordinarius ꝑuenit debet citatus ꝑus coram eo cõparere, ſed ꝙ notabilius eſt in dubio qñ vtraq; citatio eſt facta eodem die debet citatus prius corã ordinario cõparere, ita eſt ibi glo. quam pro ſingulari not. Card. in. c. ſup literis de reſcrip. & Andr. ſic. in rub. de of. deleg. & in. c. ſtuduiſti. nu. xlv. de off. leg. & alibi ſepe. et iſta dignitatis et ptãtis ꝑrogatiua nõ ſolum habet locum in papa, ſed ẽt in legato qui eius vices gerit qui põt etiam in quatuor mẽſibus ordinarijs reſeruatis conferre & erit ẽt locus ꝑuentioni prout in vna cauſa iudicarunt dñi de Rot. vt refert Petr. andr. Gama. auditor in tracta. leg. li. iij. q. iij. & ita nouiſſime reperio conſultũ ꝑ d. Feder. de Ripa lib. j. rñſoꝝ. c. xv. ꝑ plures rõnes non obſtãte quoddã conſilio Socini. cclx. qui tenebat cõtrarium rõ illius deciſiõis fuit, quia ex quo legatus nõ poterat in menſibus papę conceſſis expectantibus prouidere ne eludentur expectantes auctoritate ſedis apoſtolicæ fuit viſum legatum poſſe in reliq̃s illis quatuor menſibus prouidere & cõcurrere cum ordinarijs ſicut papa cuius ꝑſonam legatus repreſentat ne poteſtas legato conceſſa videretur inanis & vacua & ſine aliquo effectu.

b Præiudicio illorum iuxta ea quę not. Fely. in. c. cauſam per illum text. de reſcrip. et in. c. ſuper eo de offi. delega. Solet enim ſemper capi interpretatio in eam partem vt minus præiudicetur ordinarię iuriſdictioni, vt eſt



11 ne quid in lo. pub. vbi dr̃ † qđ ſi quis impetra
uit a principe vt poſſit edificare in loco publi
co non vr̃ cõceſſum vt cũ incõmodo alterius
ſeu ꝑiudicio edificetur ad idem text. in. c. ſup
12 eo, de officio deleg. cum concor. † Hinc eſt ꝙ
ſignatura non ſignat aliquid ꝑꝑ ꝙ vel benefi-
cia perpetuo extinguant̃ vel perdãt ea clerici
ſeculares aut qñ tollitur in epo ius cõferendi
13 † ſimiliter certum legatũ ad certum opus piũ
deputatum non ſolet cõmutari in aliud ęque
pium niſi ex ſpeciali gratia cle. q̃a cõtingit de
rel. do. arg. vt ſupra, qđ procedit ẽt ſi cõceſſio
14 principis fiat motu ꝓprio † prout ſolet fieri cõ
ceſſio expectatiuarũ ſm̃ Io. and. in. c. ſi motu
ꝓprio de pręb. li. vj. & Io. Cal. in. c. mandatũ.
de reſcri. quos refert in hoc & ſequit̃ Panor.
in. c. j. in. viij. col. de iudi. bene facit tex. in. c.
q̃uis. de reſcrip. libr. vj. & qđ per illum dicit
vna deciſio in antiquis. ccccclviij. inci. poſtq̃
titius, & hoc niſi aliud appareat ſpãliter & ex-
preſſe de mente papę in beneficialibus, iuxta
c. pe. & fi. de ꝑb. li. vj. cum ſi. ℭ Ex quibus in-
fero ꝙ fulminatio ꝓceſſuum in expectatiuis
Iulij papę. ij. qui fuit facta. xv. Maij nõ debet
trahi ad diem date expectatiuarũ quę fuit. K.
15 Martij † & ex hoc ſeq̃tur magnus effectus ꝙ
collationes ordinariorum quę factę fuerunt a.
chal. Martij vſq; ad. xiiij. Maij v; & tenent ꝑ
ſupradicta, & ꝑ regulam quę diſponit qđ nul-
lus valeat acceptare aliquod beneficiũ, vel il-
lud aſſequi literis non expeditis, & ante factã
16 fulminationẽ. a † q̃a gratia principis ante cõ-
fectas literas eſt q̃dam res informis & imꝑfe-
cta quę poſtea per cõfectionẽ & expeditionẽ
litterarũ pollitur & ad ſuũ eſſe ꝑfectum ꝑ da-
tionem certorũ executorũ reducitur, vt dicit
deciſi. ccccclviij. inci. circa ſecundũ in nouiſ.
17 ℭ Hinc dr̃ † ꝙ in beneficialibus litterę expe-
ditæ habentur loco tituli vt notat Cõpoſt. in.
c. cõſtitutus ad fin. de reſcrip. & Io. and. in. c.
18 vnico. de litis conteſt. lib. vj. b † & ideo ſolet
ꝑ vnam regulã inhiberi bullatoribus & alijs

text. not. in. c. ij. de relig. domi. Nam vt dicit ibi gl. eccleſiaſticus ordo cõfunditur ſi epiſcopis iuriſdictio data non ſeruatur. c. peruenit. xj. q̃one. j. & in. c. j. poſt glo. de reſcrip. et prædicta procedunt ẽt ſi gratia principis fiat motu proprio, vt tradit Iaſon in. l. ſi mihi & tibi §. in lega. in. ij. lectu. de legat. j. & latius Deci. in cõſ. cclxxxxij. colum. j. & hac ratione. Idem erit dicẽdum in expectatiuis, quæ ſolent cõcedi motu proprio, vt dixit Ioã. and. in. c. ſi motu proprio, de præben. lib. vj. poſt alios quos refert Abb. in. cap. j. in. xij. colum. verſ. arg. optimum. de iudi. propter rationen gloſ. poſitæ in vltima parte regulæ prerogatiuarum Iulij.

a Et ideo dicitur ꝙ valet prouiſio ordinarij ante expeditionem literarum quę non valeret literis expeditis.

b Adde Felyn. in. c. in noſtra, in verb. titulus de reſcri. & millis in verſic. gratia.

officialibus ne literas ſuꝑ gratijs expectatiuis
antequā proceſſus deſuper decreti aut fulmi-
nati fuerint partibus tradere ꝑſumant. faciūt
ad hoc notata ꝑ Archid. & Ioā. an. in prohe.
li. vj. vt per dominos de Rota deci. cccxxxij.
incip. Licet Romana curia etc. Cum ergo ex-
peditio lraꝝ, & fulminatio proceſſuum ī gra-
tijs expectatiuis Iulij fuerit facta. xv. Maij cer
te videt̄ qđ beneficia quę in antea vacarunt ēt
in menſe apoſtolico potuerunt valide cōferri
per ordinarios ex quo expectātes illa tunc ac-
ceptare, ſeu aſſequi non valuerunt, vt dixi.[a]
19 ¶ † Et tenēdo hanc ꝑtem pōt dici ꝙ non ob-
ſtat decretum irritans appoſitum in dictis gra
tijs expectatiuis per qđ ex nunc decernit irri-
tum & inane &c. quia rn̄detur ꝙ illa verba re
ſtringunt ad habilitatē lrarum. q. d. ex nūc. i.
lris plenę & pręfectę expeditis, & decreta ful-
minatione ꝓceſſuum, & non antea qn̄ litterę
ſunt adhuc informes & inhabiles reſtringunt
ergo illa verba de habilitate, arg. l. vt grada-
tim. ff. de mu. & ho. & eorum quę no. Bar. &
Mod. in. l. j. § nunciatio. ff. de ope. no. nū. vbi
ponunt qn̄ ſignum vniuerſale recipiat limita
tionem et reſtrictionē, facit gl. in. c. j. de cōſti.
& in. c. dilecto. de ſent. excō. lib. vj. & qđ ele-
ganter ſcribit Domi. cōſil. cxxxiij. in. iiij. col.
20 † vbi dicit ꝙ decretum appoſitū in gr̄a nō affi
cit niſi beneficiū cadens in illa, quia intelligit
modificatum ſm modificationem gratię, pari
modo pōt dici ī iſto caſu, vt tale decretum di-
catur eſſe potēs, & habile ad ꝓducendum ſuū
effectum ſtante potētia & habilitate lraꝝ quo
ad earum effectus acceptatiōis. ſ. & ſimilium,
nec fulminatio q̄ poſtea ſequuta eſt retrotra
hitur ad datam lrarum ſtātibus collationibus
ordinariorum. c. quis. de reſcrip. lib. vj. cum
alijs de quibus ſupra, et pro hac parte inclināt
multi in caſu qui iam eſt in fcō licet nonnulli
teneant cōtrarium quo ad beneficia quę vaca
runt de menſe Aprilis vſq; ad. xv. Maij, quia
cum ꝑdicti menſes ſint ap̄lici licet expectātes
ante

a Adde, ꝙ licet Papa ſit generalis ordinarius orbis quo ad beneficia epiſcopus tamē eſt etiā generalis ordinarius epiſcopatus ſui, adeo ꝙ poſſet conferre in omnibus menſibus, niſi prohiberetur, quia eſt pręordinator in cūctis, vt dicit Deci. 167. incip. de collatione, 17, in no.



ante fulminationē proceſſuum nō potuerint
acceptare per ratiōes, & motiua de quibus in
parte affirmatiua, cōſtat tamē ſm eos ꝙ ligatę
erant manus ordinariorū in dictis menſibus
apoſtolicis ꝑꝑ decretum appoſitum in gratijs
hmōi, ꝙ quidem decretum licet nullum interim
attulerit cōmodum expectātibus, attamē a da
ta lrarum impediuit ordinarios in cōferendo
21 in mēſibus ap̄licis † hęc eſt enim natura decre
ti quia ꝑ illud videtur ſuperior habere pro il-
licito, & nullo quicquid fieret in cōtrariū ſm
22 Pan. in. c. dilecto in. iiij. col. de pb.[a] ¶ † Pre-
terea vbi apponitur cl̄a decreti, videtur illud
eſſe datum pro forma ſm Bal. in. l. j. ff. de lib.
& poſtu. & ſeqtur do. Felyn. cum alijs quotis
in. c. cum acceſſiſſent. de cōſti. & in. c. cum di
lecta. de reſcrip. conſtat autem ꝙ actus geſtus
nō ſeruata forma eſt nullus vulg. c. cui de nō
ſacerdotali, de pb. lib. vj. Tandem in iſto con
flictu rōnum inclinarē ego in primā partem
23 affirmatiuā, † fauendo collationibus ordina-
riorum quę ſunt fauorabiles, & ampliāde, vt
dicit gl. in. c. j. in ver. ꝓceſſus. ad fi. de reſcrip.
lib. vj. & in cle. ij. de of. or. quam in hoc dicit
eſſe no. Panor. in. c. ſi quis cōtra clericum in
24 ij. col. de for. cōpe.[b] ¶ † Nec eſt verum, ꝙ de-
cretum ſtatim a data lrarum ligauerit manus
ordinarioꝝ ex quo literę nondum erant ꝑfe-
ctę expeditę, ſed reſpiciebāt actum de futuro,
ſcilicet fulminationē qua mediante debebat
cōſequi ſuā ꝑfectionem conſequenter ipſum
decretum fuit interim ſuſpēſum in euentum
futurum ꝙ ſatis bene cōprobatur ex cle. cum
ei quem in pn. de conceſ. pb. iuncta gl. in ver.
ex tunc. q̄ exponit dictionē ex tunc ꝓ ex nunc
25 & econuerſo, † & hoc eſt de iure ꝙ vna dictio
pro alia ponatur ꝓut eſt neceſſe, vt dicit gl. in
l. eas cauſas. ff. de cōdi. et demō. et ſeqtur Per.
de anch. exponendo dictionem ex nunc ꝓ ex
tūc in cōſi. ccxix. incip. mirū prima facie &c.
26 † nec ſemper dictio ex, denotat cām ꝓximam
& immediatā, ſed qn̄q; ſignificat remotam, vt

a Nam decretum eſt tam malignantis naturæ, ꝙ quicquid inuenit deſtruit, & in oppoſitum ducit, vt habetur in deciſio. j. ne lit. penden. in anti.

b Et ita ſeruatum fuit tēpore Iulij papæ. ij. vt adnotauit domin. Laurētius Cardi. S. quatuor.

a Adde ꝙ hodie indiſtinctę ordinarius non poſſet cõferre ſi verũ eſt, ꝙ vulgo dicitur, per dictam extrauag. pie illud. c. ſtatutũ fuiſſe reuocatum, vt dicit deci. Rot. ccvij. incipien. licet iuxta ordinationẽ in nou. & bene conſil. lxxviij. tamẽ ſuper hoc dubitant moderni peruſini in nouo tracta. reſeruat. in prima parte in. vj. effectu. vbi multis rationibus probant dictum. c. ſtatutũ non fuiſſe reuocatum reſpõdẽtes ad dictam deciſiõem, & alia allegata, & tenendo illam opinionem aſſumptũ ſuperius factũ ſubſiſteret, de quo in regula de triẽnali in illa quæſtione de reſeruatione facta in curia.

eſt bo. text. & ibi hoc colligit Bart. in. l. i. §. ex
incendio. ff. de incẽd. rui. nau. & in. l. non du
bium. C. de legi. per mod. can. in. c. inter dile
ctos. de fid. inſtr. pari modo non ſemp importat tp̃s inſtans, ſed futurum vt in caſu p̃dicto.
¶ Ex p̃dictis ĩfertur vnum aliud, videlicet, ꝙ
beneficia quę vacant in menſibus apl̃icis non
ſunt reſeruata Papę eoipſo ꝙ cõcedit gratias
expectatiuas, ita ꝙ ordinarij nullo modo poſ-
ſint de illis diſponere, ſed quatenus hmõi gra
tię concernunt eorum collationes, & eo caſu
tunc demum impediunt ordinarios in cõferẽ
do, & non alias q̃n ſunt plenę & ꝑfectæ expe-
27 ditę vt ſuperius dixi. ¶ † Hinc eſt ꝙ ſi nemo
expediuit gr̃am expectatiuã ad collationẽ ali-
cuius ordinarij, ille poterit conferre in menſi-
bus ẽt apoſtolicis. Habet. n. manꝰ liberas, & ꝑ
nullã reſeruationẽ, aut decretum, ſeu aliquas
28 literas papales ĩpeditas, † nã de iure cõmuni
ptãs ordinariorũ in cõferendis beneficijs ſua-
rum collationũ non reperitur limitata, ſeu re-
ſtricta ad certos menſes, imo q̃ncunq; contin
git vacare ea conferre pñt dũmodo non diffe
rant ꝑ ſex menſes, iuxta diſpõnem cõcilij La-
teran. c. licet. de ſup. neg. prę la. & in. c. nulla.
de cõceſ. p̃b. & in hoc ſunt melioris cõditiõis
q̃; Papa q ſi beneficia vacantia in curia nõ cõ-
ferat infra mẽſem a die vacatiõis numerãdũ,
illi ad quos collatio ꝑtinet pñt illa cõferre. c.
ſtatutum. de p̃b. lib. vj. Licet ille text. nõ hẽat
locum q̃n Papa ẽt reſeruaſſet illa poſt mẽſem,
prout fecit Bonifa. per extrauag. ſuã quę inci-
pit pie ſolicitudinis, & Ioan. xxij. ꝑ alliam quę
29 incipit ex debito. [a] ¶ † Hæc eadem dico ꝓce-
dere in mẽſibus alternatiuis, qui aliq̃bus ordi
narijs concedunt, qui non extãtibus ibidem
expectatiuis hñt oẽs menſes ad cõferendum,
al's alternatis mẽſibus cõferunt, in quibus pa-
ri modo nõ eſt locus expectatiuis, niſi illis ſpe
cialiter in eiſdem deroget, iuxta not. in. c. j. &
in. c. cum ordinem. de reſcrip. faciẽdo mẽtio-
nem de menſibus alternatiuis in parte diſpoſi



tiua grę ꝑ illud quod habet in cle. j. §. fi. de p̃b.
30 † vbi probat ꝙ expreſſio clauſulæ exprimẽdę
debet fieri in parte diſpoſitiua alias non ꝓdeſt
ad quod etiã facit quod ſcribit Lapus allega-
tione. xv. iuxta meum ordinem, & do. Anto.
in. c. cum noſtris. de conceſ. p̃ben. de clauſula
amoto quolibet illicito detentore &c. [a] ¶ Po
ſtremo quo ad iſta euidentialia nõ ommitto
vnum videlicet, quod nõ dantur reualidatio-
nes gratiarum, neq; ſecunda gratia expectati-
uę, [b] & ideo quando gratia expectatiua in ſe
habet ad inſtar deſcriptoꝝ, vel aliquam diſpẽ
ſationem tũc ponitur data iſto modo, & ſub
data currenti quę perinde valeat ac ſi ſub da-
ta kalen. Martij literę expeditę fuiſſent. At-
tento quod aliam gratiam expectatiuam a no
bis non obtinuit, q̃n vero non hẽt ad inſtar,
neq; diſpẽſationem, tunc ſimpl'r dr̃ & ſub da-
ta kalẽ. Martij põtificatus noſtri anno tertio.
Hijs ita in genere p̃libatis deſcendendũ eſt ad
ſpãlia, quia vt inq̃t Ph̃s tunc veriores efficiun
tur ſermones nr̃i cum ad indiuidua deſcendi-
mus. [c] ¶ Quapropter in ꝑma parte huius pri-
mi tractatus circa lr̃as beneficiales ſubijciã va
rias formas hmõi lr̃arum incipiendo a gratijs
expectatiuis, deinde ꝑcurram pl'es formas exe
cutorum, qui deputant in mandatis de proui
dendo, dicam ẽt de executoribus ad cõpellen
dum, & poſtremo de mixtis. ¶ In ſecũda par-
te ponam qualitates oĩum beneficiorũ ad effe
ctũ, vt ſciri poſſit, quę, & qualia beneficia in-
cludant in qualibet forma lr̃arum beneficia-
lium, item quę ſint compatibilia, & quę nõ.
¶ In tertia dicitur quot & quibus modis con
tingit vacare beneficia ipſo iure, & etiam per
priuationẽ in forma iuris, & de multis modis
ꝓuiſiuis, & hoc quo ad validitatem, vel inua-
liditatem impetrationum et ꝓuiſionum. ¶ In
quarta cõſiderabo vim & effectum cl'arum q̃
in hmõi lr̃is apponunt maxime quos effectus
operatur cl'a motus proprij. ¶ In quinta ſuc-
cinte attingam de durabilitate lr̃arum hoc eſt

a Adde Felyn. in. c. in noſtra. in. xj. & in 36. corre. de reſcrip. & Gemi. in conſi. lxxxvj. & ſcripſit ſuper hoc latam deci. Carra.

b Add. ꝙ tempore Leonis & Clemẽtis cõtrariũ fuit obſeruatũ.

c Add. Andr. ſicul. in conſil. iiij. illud offeram. 17. col. j. lib. iiij.

quibus modis expirãt lr̃æ ad beneficia. ¶ Poſtremo in vltima parte dicam plenius de prerogatiuis expectãtium & de multiplici intellectu regulæ p̃rogatiuarum, & hæc erunt latius attingenda, quia ſunt admodũ quotidiana iuxta illud vulgatum in l. legaui. ff. de liber. leg. verum qa (vt inquit Hiero. conteraneus meus mihi per alijs ſanctis & electis dei merito honorãdus) in ep̃la contra vigilantiũ, & in expoſitione ſymboli in prin. qui ſcribit multos ſumit iudices, dum facile alter in alterius ingenium inuehit̃, ſi legentes has meas lucubratiões aliquid quod ſit carpendum deprehenderint cogitent huiuſce ꝓuincie non paruũ onus & ſubiectę materię naturã, quę maiori ex parte innitit̃ ſtilo curię qui vt dicit Hoſt. in p̃n. ſummę. modo eſt albus, modo niger, & ideo ſi in parte aliqua (qđ nõ credo) deuiabo a ſtilo non erit hoc tãtopere improbandũ

31 † quia ille potius in facto quã in iure cõſiſtit, vt innuit text. in c. ex lite-

32 ris. de conſt. ibi tam iuris canonici quã noſtri moris &c. † per quem dicunt ibi aliq moderni qđ ſi reſcripto delegationis ĩ mãdet̃ cãm debere cognoſci, & terminari ẜm iura cano. & delegatus ꝓcederet ẜm ſtilum curiæ contrarium iuri canonico nulliter ꝓcederet, quia aliud eſt ius canonicum, aliud ſtilus curiæ Romanę, ꝯñr videretur exceſſiſſe fines mãdati iuxta notata in c. cum dilecta de reſcri. ex quo apparet quod ignorantia illius in aliqua parte non habetur vſq; adeo intollerabilis prout ignorantia iuris, qa vt dixi ex tempore variatur, iuxta illud in c. nõ debet. de conſan. & affi. Spero tñ quod etiam circa ſtilum non errabo, qa cum ſtilatis & magnis praticis quotiẽs opus fuit in multis communicaui, & multa ab eis ſup ſtilo didici iuxta tex. in l. ſi auiã. C. de inge. & manu. dum dicit, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes, facilę cognoſceres, ad idem bo. tex. in l. ij. § ſi. ff. quis ordo in bon. poſ. ſeruet. ibi cõſulendo peritiores &c. Qđ ſi ab aliquibus (prout ſępius, & multis, & magnis viris euenire ſolet) carpi has meas vigilias contingerit propter naturalem homiuum ad diſſentiendum facilitatẽ, vt inquit iurecõſ. in l. item ſi vnus § principaliter. ff. de arbi. eis vice noſtra reſpõdebit. idem Hiero. in prologo Paralipomenon. quem ad hoc propoſitum alle. Felyn. in prohe. decreta. dicens ſępe rudentes in publico detrahũt quod in angulis libenter legunt. ſed de hijs hactenus.

## SVMMARIVM

1 Forma quando creatur canonicus in vna eccleſia.
2 Canonicus creatus per Papam dicitur verus canonicus antequam prębendam conſequatur, & quare.
3 Effectus qui cauſent̃ ex iſta creatione in canonicũ ante p̃bendã adeptã.
4 Diſpẽſatus per epiſcopum ſuper illegitimitatę, quare p̃bendam eccleſiæ cathedralis conſequi non poteſt.





5 Canonicatus eſt dignius beneficium, quando eſt in eccleſia cathed.
6 Canonicus eccleſiæ cathedralis per Papã poteſt delegatus dari.
Canonicatus an ſit dignitas.
7 Creato in canonicum competit ſtallum in choro, & vox in c. licet, nõdum præbendam ſit conſecutus, & debet intereſſe tractatibus, & alienationibus per capitulum fiendis.
8 Canonicus creatus de quibus participet, vide infra nu. 12.
9 Fructus poſſeſſionis ſeu quaſi poſſeſſionis canonicalis qui ſint.
10 Beneficia conferre inter bona epiſcopalia computatur.
11 Canonicus vltra numerum receptus poteſt habere dignitatem conſuetam conferri canonico.
12 Creati in canonicos de conſuetudine antequam conſequantur prębendam intra numerum, non participant de obuentionibus canonicalibus, immo dicuntur canonici in herbis.
13 Canonicus creatus duo tantum conſequitur, præbendam videlicet in eccleſia cathedrali, item dignitatem, aut perſonatũ ſine adminiſtratione in eccleſia cathedrali, extra illam nil põt, p̃terq; in hiſpania.

1 INTER FORMAS † igitur gratiarũ expectatiuarum primum ſe offert illa ẜm quã pauci expediunt, ideo ipſa quoq; erit paucis expediẽda, videlicet qñ creatur canonicus in vna eccleſia tm̃, cum reſeruatione p̃bendę cõferẽdæ per certum executorẽ deputatum, ſub hac forma, canonicatum in eccleſia Paduana cum plenitudine iuris canoni. apoſtolica tibi auctoritate cõferimus, & de illo etiam ꝓuidemus, p̃bendam vero &c. necnon dignitatem pſonatum adminiſtrationẽ, vel officium etiã ſi ad illam, illũ, vel illud cõſueuerit quis p electionẽ aſſumi. &c. prout hęc forma colligitur ex text. cum ibi not. in c. ſi poſt quã. de præb.

2 lib. vj. circa quam notãda ſunt aliqua. ¶ † Primo ꝙ creatus canonicus per Papam dr̃ verus canonicus etiam anteq; cõſequatur p̃bendã, [a] quia iam habet illud quod eſt dignius, videlicet canoniam quę eſt quoddam ius ſp̃uale, expectãt autem p̃bendam quæ conſiderata in abſtracto eſt qđ tẽporale, [b] vt not. Panor. poſt glo. in ver. receperunt in c. cum. M. ferra. de

3 cõſti. & Inno. in c. maioribus. de p̃b. † Ex iſta creatione in canonicum et ante adeptã p̃ben-

a Prębendã et rõ reddi põt, qa p̃p. qñ creat canonicum cõfert plenũ ius ĩ canonicatu, ſed taliter creatus nõ dr̃ cõſequut⁹ ius in p̃bẽda, ſed ad p̃bendã, vt ĩ. c. ſi. de cõceſ. p̃bẽ. li. vj. Adeo ꝙ pp illud ius põt euincere p̃bẽdã alteri collatã tanq; ſibi debitã agẽdo, vt poſſeſſori auferatur, vt tenet Io. andr. & Domi. ĩ. c. ſi ſoli. de cõceſ. p̃b. Inn. ĩ. c. ĩter cęteras de p̃b. et formã petitiõis ſcribit Spec. ti. đ act. et pet. § iiij. q̃ aũt pęna puniant̃ canonici alteri ꝯferẽtes, p̃bẽdã ponũt doc. ĩ. c. ſtatuim⁹. đ maio. et obe. & hr̃ ĩ. c. dilectus el. ij. de p̃b.
b Temporale adde ꝙ

dam cauſant̃ aliqui effectus, primo qa creatus
in canonicum honorandus eſt, vt canonicus,
ſupra alios ſimplices clericos. nã magnus ho-
nor eſt eſſe canonicũ eccleſiæ cathedralis, vt
dicit Inno. in. c. fraternitatem. de ſepul.[a] quẽ
in hoc refert vna dec. in nouiſ. cxxxvj. incip.
4 voluerunt Domi. vbi ꝑ hoc infertur† ꝙ diſpẽ
ſatus per epm̃ ſup illegitimitatẽ nõ põt cõſeq
p̄bendam eccl'iæ cathe. ꝓp eminẽtiã, & maiori
tatẽ quã hñt canonici eccl'iẽ cathe. pre alijs cle
ricis ciuitatis, & dioceſis, nam ipſi dicunt̃ eſſe
pars corporis eccleſiæ, & epi. c. requiſiſti. de
teſta. cum ſi. Hinc eſt ꝙ de ſtilo curiẽ dat̃ vnio
5 de parrochiali. † Canonicatui qa canonicatus
eſt dignius bñficium qñ eſt in cathedrali. c. ſu
per. eo. de prẽb. lib. vj. ad indigniorem. n. nõ
datur vnio, puta ꝙ vniat̃ parochialis capelle.
6 ¶ †[b] Hinc eſt ꝙ canonic⁹ creatus in cathedra
li põt dari delegatus a ſede apoſtolica ꝑ ratio-
nem, de qua ſupra, prout tenent doc. in. c. ſta-
tutum § j. de reſcrip. lib. vj. licet tex. ibi videa-
tur innuere, ꝙ canonicatus nõ ſit dignitas, qa
prius dicit de cõſtitutis in dignitate poſtea ſu-
bijcit ſeu canonicis, nihilominus negari non
põt qn ſit honor, & p̄eminentia, & ideo dicit
Pañ. in. c. cãm. in. iiij. col. de iu. ꝙ canonica-
tus et p̄bendẽ cõiter cõferunt̃ ciuibus optimi
ſtatus, & cõditionis, & q multum præ alijs ho
norant̃. ¶ Cauſatur & alius effectus ex ſola ca
7 nonia † quia creato in canonicũ licet nondũ
ſit conſecutus p̄bendã cõpetit ſtallũ in choro
et vox in capitulo, ꝓut in l'ra executoria exp̄ſſe
dr̃ & clare ꝓbatur in. c. pro illoꝝ in fi. de p̄b.
notat Arch. in. c. hij q. eo. ti. li. vj. & ideo dẽt
intereſſe tractatibus & alienationibus fiẽdis
ꝑ capl'm cũ alijs canonis actu prẽbendatis ſm̃
Inno. & ibi late dixi legendo iſto anno in. d.
c. cũ. m. ferr. ſuper ver. canonicos in fin.
8 ¶ Naſcitur etiam alius effectus† qa ratione ſo
lius canonicat⁹ participat de diſtributionib⁹
quotidianis, & de cõmunibus redditibus ac
ſuper excreſcẽtibus fructibus, vt per do. Ant.

quando eſt annexa
canonicatui habet
ſe ad canonicatum
ſicut corpus ad ani
mam, vt i. c. ſi quis
obiecerit. iij. q. iij.
vel vt dicit Cardi.
in clem. fi. q. xv. de
p̄b. ꝙ habet ſe prẽ-
benda ad canoniã
ſicut filia ad matrẽ
deci. 426. & Biſig.
deciſ. xj. de conceſ.
p̄b. & tradunt Mo
der. poſt gl. & Ab.
in. c. cum M. de cõ
ſtitu. et in. c. maio-
rib⁹, de præben. &
dicit̃ ius ſpirituale
indiuiduum. c. dile
cto. de præben.

a De ſepul. adde
ea quẽ dicit Domi.
in. c. q̃uis. in prin.
& in § quãquam.
in. iij. no. de p̄ben.
libr. vj. & in. c. j. de
fil. presbi. eod. lib.
& Fely. in. c. ſuper
his in princi. de ac-
cuſa. ſequunt̃ Mo
der. in tracta. de be
nefi. qõ. xlv. iij. par
tis, adeo ꝙ dicũtur
collaterales epiſco-
pi, vt dicit Bald. in
l. j. C. de peti. bon.
ſubla. lib. x.

b Delegatus, ad-
de ꝙ hoc etiam te-
net expreſſe An-
dre. ſicul. poſt Cal-



& moder. in. d. cum. m. ferr.[a] Qd' abſq; dubio
procedit de iure cõi qñ in gratia dicitur prout
cõiter dici ſolet cum plenitudine iuris cano.
[b] Quẽ verba includunt p̄dicta iura canonica-
lia & p̄cipue ꝑceptionem quotidianaꝝ diſtri-
butionum ſm̃ eundem dñm Anto. in. d. c. il-
lorum ad fi. per text. bene ꝓbantem in. c. fi. §
in illis vero de conceſ. p̄bẽ. lib. vj. Idem tenet
Fede. de ſenis conſil. ccxc. incip. quia in pñti.
vbi aſſignat ad hoc rõnem ex mente Inno. in
c. cumana. de ele. & in. c. in l'ris in p̃n. de reſti.
9 ſpol. videlicet † qa eligere itẽ intereſſe cõibus
tractatibus & alia conſimilia dñr eſſe fructus
poſſeſſionis ſeu quaſi poſſeſſiõis canonicalis,
dicit Io. and. licet non allegetur ꝑ Fed. in ad-
di. Spec. in ti. de teſte § nũc vidẽdum in addi-
10 tione magna † ſicut & cõferre beneficia inter
bona epiſcopalia & fructus computat̃ vt dicit
gl. in. c. cum olim. de ma. & obe. ergo poſtq̃
creat⁹ in canonicum habet quaſi poſſeſſionẽ
iuris canonicalis certe ſequit̃, quod debet ha-
bere hmõi fructus, & ſic iura canonicalia, cũ
ſit verus canonic⁹ etiam ante cõſecutam prẽ-
bendam vt ſupra dixi, & ideo dicit Io. and. &
poſt eum Domi. in. c. ſi is cui ver. ſed, & ſi. de
11 p̄ben. libr. vj. † quod creatus & receptus vltra
numerum põt habere dignitatem cõſuetam
conferri canonico tm̃, qa appellatione cano-
nici põt cõprehendi canonicus nondum p̄bẽ
dat⁹ ꝑ ſupradicta. Et licet iſta ſint veriſſima de
iure, nihilominus de conſuetudine fere vbiq;
12 ſeruat̃ ꝯrium † nam creati in canonicos ãnq̃
aſſequant̃ p̄bendam intra numerũ non parti-
cipãt de quotidianis diſtributionibus, nec de
alijs obuentionibus canonicalibus, ĩmo vo-
cantur canonici in herbis, nec retinẽt ꝑpetuo
illum canonicatũ collatum per Papam, ſed va
cante p̄benda diſtincta canonicali & collata
tali expectanti ſtatim ille cõſequitur nouum
canonicatũ intra numerum, & prim⁹ redit ad
Papam ꝓut formaliter atteſtat̃ deciſio. Rot.
ccccxlv. incip. ſi legatus in nouiſ. & videlicet

de. in. cum m. de cõſti.
colu. lviij.

a Cum m. ferr. adde
Ioan. franc. paui. in. c.
dilectus. de præben. &
in. d. c. cum m. & ĩ ſuo
tracta. de offi. & pote.
cap. ſed. vacant. in. v.
euidẽtiali, & ratio red-
ditur per Caccialup. in
quibuſdam ſuis notis
gratiarum, quia per hu
iuſmodi creatiõem ac-
quiruntur ei ea, quæ
ſunt diuini & eccleſia-
ſtici officij.

b Canonici, vt tradit
Domi. in. c. fi. § illis, de
conceſ. prẽben.

talis conſuetudo ſm dños, ibid. & d. Ant. in
d. c. cum. M. ferr. & Im. in cle. fi. in. ij. col. de
pben. ¶ Poſtremo non ommitto illud qđ pe-
ritioribus eſt ſatis notũ, ſed alijs forte incogni
13 tum, † ꝙ vbi qs eſt creatus canonicus duo tm̃
ibidem aſſeq pōt [a] pbendã, videlicet ĩ eccleſia
cathedrali, ſed nõ in collegiata. Item dignita-
tem, aut pſonatum vel officiũ, ſiue adminiſtra
tionem pur ĩ cathedrali, dũmodo maior poſt
pontificalē ibidem nõ reputet extra cathedra-
lem nullum bñficium acceptare pōt quis pa-
rat⁹ ſit dimittere dignitatē debitam ſibi in ca-
thedrali vigore harum lraꝝ, & eſſe contentus
vno bñficio quis minoris valoris, & hoc pp
formã lrarum quæ ad illa duo ibidem, & non
alia, ſeu alibi ſe extendunt, quæ qdem forma
exactę, & ad vnguē eſt ſeruãda. c. cum dilecta.
cum ibi no. de reſcri. maxime in bñficialibus.
c. quis. &. c. cui de nõ. de pben. li. vj. an autē
creatus cano. in hiſpania poſſit vltra illa duo
obſtinere pſtimonia dicetur in. v. for.

a Prębẽdam niſi illa præbenda fuerit ſacerdotalis, qa illa ſub huiuſmodi forma non cadit niſi dicatur, vt no. Cald. conſil. xviij. de præbend.

## SVMMARIVM

1 Forma quando creatur quis canonicus in duabus eccleſijs.
2 Canonicus pbendatns qs non pōt eſſe in plibus eccle. nec in eadem.
3 Multitudo & pluralitas prębendarum eſt canonibus inimica.
4 Papa ſupra ius diſpenſat.
5 Inferior nullus a papa ſup pluralitate bñficiorum diſpenſare poteſt.
6 Canonicatus duos vel plurẹs per diſpenſationem Papæ obtineri poſſunt, & non inferioris, quando reſidentiam requirunt.
7 Inferior a Papa qñ poſſit diſpẽſare ſup plib⁹ pbẽdis in diuerſis eccleſijs.
8 Diſpẽſatio facili⁹ fit circa bñficia difformia qȝ cc ɔformia, & ibi rõne.
9 Gratiam hñs non pōt cõſequi dignitatem hñtem pbendam annexam.
10 Executor nõ pt puidere expectãti de bñficio ſpãlr, aut gñalr reſeruato.
11 Dignitas maior poſt põtificalem qñ includatur ſub expectatiua.
12 Dignitas maior poſt põtific. quę dicat cõſuetudo illi⁹ eccl. attẽdi debet.
13 Canonic⁹ creatus in duab⁹ eccle. qñ poſſit hre dignitatē in qlibet illaꝝ.
14 Diſpẽſatus ſup bñficiorum pluralitate vr ēt diſpenſatus ſup reſidentia.
15 Diſpenſatio extenditur ad dependẽtia ex eo, ſuper quo eſt diſpẽſatum.
16 Minor ſi ſit diſpẽſatus, vt poſſit habere eccleſiam curatam, vr etiam diſpẽſatus, vt non teneat facere ſe infra annũ ad ſacerdotiũ pmoueri.

Dignitas



17 Dignitas ſeu beneficium electiuum non includitur in literis ad beneficia, niſi modus electionis exprimatur.

1 SECVNDA FORMA eſt † qñ creat
quis canonicus in duabus eccleſijs p hæc, vel
cõſimilia verba. videlicet vnum Padu. & aliũ
Vicentinum eccleſiaꝝ canonicatus cum ple-
nitudine iuris can. apl'ica tibi auctoritate con
ferimus etc. vnam vero Paduã. & aliã Vincē.
pdictaꝝ pbendas, necnon dignitatem perſo.
admi. vel officium alterius earũdem eccleſiaꝝ
ēt ſi p electionem et c. Iſtam formã ego non re
perio de iure ſcriptã, qa p illam cõferunt duo
canonicatus, & reſeruant duę pbendę in dua-
bus cathedralibus, & ſic hęc forma, & ſequēs
ſunt contra diſpõnem iuris cõis, vt apparet in
2 c. ſanctoꝝ. lxx. diſtinct. † vbi dr ꝙ non debet
quis eſſe canonicus pbendatus in pluribus ec
cleſijs, & multo minus in eadem cle. fi. de pb.
vbi eſt expreſſum qđ adeptus in certa eccleſia
dignitatem hñtem pbẽdam annexam perdit
primam pbẽdam, quam obtinebat ibidem &
etiam canonicatũ annexum pbendę, vt volũt
ibidem docto. & clarius Philip. fra. in. c. cum
in eccleſia in glo. iij. in fin. eo. ti. lib. vj. Ratio
pmiſſorum colligit ex tex. in. c. qa in tantum.
3 de pben. [a] † vbi dicitur ꝙ multitudo, et plura-
litas pbendarum canonibus inimica diſſolu-
tionis materiam, & euagationis inducit, cer-
4 tumq̃ cõtinet periculum animarum. † Nihi-
lominus nõ obſtãte pmiſſa diſpoſitione iuris
cõmunis poteſt Papa de iure ſupra ius diſpẽſa
re. [b] c. propoſuit. de conceſ. pręb. diſpẽſare au
tem intelligitur concedendo literas in hac, &
ſequenti forma, ex quo maxime apponit claſ
derogatorias, vt eſt notum. † Sed nullus infe-
rior poſt Papã hoc pōt diſpẽſare. ſ. ſup plura-
litate pbendaꝝ, nedũ in eadē ecclia, ſed nec in
diuerſis, put atteſtat Domi. in. d. c. ſctõrum, di
cens ꝙ hoc cõiter tenēt oēs, & ꝙ ſic ſeruat cu-
ria alleg. Inno. in. c. fi. de cle. non reſi. [c] Quod
6 ego intelligo & limito duplr. ¶ † Prĩo vt duo

a De præben. adde ꝙ ratio redditur etiã in. c. quia nõnulli, de cleri. non reſiden.

b Diſpenſare, & maxime in iſtis beneficialibus, quia poteſt quadrare rotunda quadratis, et quadrata rotundis vt dicit Hoſtieñ. in c. cum veniſſent. de iudi. & pōt has formas & ſiles contra iura cõcedere.

c De cle. non reſiden. & ratio reddi pōt, quia illa retẽtio prohibita eſt, non ſolum per cõcilium generale, de quo ĩ dicto. c. quia nõnulli, ſed etiam per ius commune, de quo in. d. c. ſanctorum, & tamen conſtat nullum in-

feriorem etiam ſi legatus fuerit poſſe contra cōcilium aut iura commu- nia diſpenſare, niſi ſibi ſpecialiter concedatur, vt in cle. ne romani, de electio. & not. in. c. j. de Biga. lib. vj. & tradunt omnes in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iud.

vel plꝛes canonicat⁹ p̄bendati poſſint obtineri ꝑ diſpenſationē Papę tm̄ & nō alicui⁹ inferioris. Hoc ſit verum & ꝓcedat qn̄ ipſe p̄bēdæ ex ſtatuto, vel ↄſuetudine reqrerent reſidētiā, qa vt dicit Hoſt. in. c. ſuꝑ īordinata. de p̄bē. ſicut in plꝛib⁹ caſtris, quoꝝ qđlibet requirit certos hoīes ad ſui cuſtodiā, non pōt qs obtinere locum pluriū, ita & in duab⁹, vel plꝛibus p̄bēdis reqrentib⁹ reſidentiā niſi accedēte diſpēſatione Papę, ſecus ergo ſi non reqrunt reſidentiā, qa tunc pn̄t licite obtineri ſi cōferantur ꝑ inferiorē, et hoc modo dēt intelligi opi. Inn. in. c.
7 cum iā dudum. de p̄b. ¶† Scđs caſus eſt ī quo inferior pōt diſpenſare ſuꝑ plꝛibus p̄bendis in diuerſis eccleſijs qn̄ vna ex illis p̄bendis eſſet tenuis, & minus ſufficiēs ſm Io. an. in. c. lr̄as. de cōceſ. p̄ben. quem hoc modo intelligit, & declarat Pan. in. d. c. cum iā dudū, in diuerſis
8 eccleſiis, † iō dixi, qa non poſſet inferior diſpēſare, vt quis in eadē eccl'ia hēat duos canonicatus, & ſic duo conformia, licet in difformibus poſſit, vt puta ꝙ ſub eodē tecto qs hēat dignitatem & canonicatū cum p̄bēda [a] pari modo valet in hoc cōſuetudo vt ꝓbaẗ in. c. cū ī eccleſia. & in. c. ſi is cui. de p̄b. li. vj. & ibi hoc colligit Fran. ſed non vȝ circa duo cōformia puta duas dignitates, vel ꝑſonatus, vt in. c. j. de cōſue. eo. li. idē puto de duob⁹ canonicatib⁹ ſub eodē tecto ꝑ hoc qđ ſequiẗ. Rō diuerſitatis eſt qa per diſpēſationē in diuerſis eccleſijs, vel in eadē circa difformia nō frangiẗ numerus in eccleſia, nec illi tolliẗ ſuffragiū canonicoꝝ, ſed circa cōformia lediẗ eccleſia, & frangiẗ numerus vlterius circa hanc formā aduertēdū eſt ad aliq̄. ¶ Et primo dū in ea cū miſterio dr̄ nec nō dignitatē etc. alterius earūdē eccleſiaꝝ, iſta verba hoc īportāt ꝙ vltra duas p̄bēdas, vnā. ſ. in qualibet nō pōt expectās in hac forma et ſequenti cōſeq niſi vnā dignitatē vel vnū ꝑſonatū aut admi. vel officiū in altera illaꝝ eccleſiarū, qđ clarius ſpecificaẗ in forma ſequēti, dū dr̄ in vna ipſaꝝ &c. & dēt intelligi, qđ aliqđ p̄di-

a Præbenda add. id quod dicit Ab. in. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbē.



9 ctoꝝ non hēat p̄bendam annexā † qa alias cōſequereẗ duas p̄bendas in eadē eccleſia, qđ eſt ꝓhibitū de iure, ēt qn̄ altera eſt annexa, vt ꝓbatur in cle. ſi. de p̄ben. & notat Io. an. in. c. lr̄as de ↄceſ. p̄b. ex quo apparet qđ duę p̄bēdę ſunt magis incōpatibiles ſub eodē tecto ēt ſi altera eaꝝ ſit annexa quā ſit dignitas cū eccleſia parrochiali quę eſt annexa p̄bendę in eccleſia cathedrali, vt ꝓbaẗ in. c. ſuꝑ eo. de p̄ben. libr. vj. hoc verū eſt, & ꝓcedit niſi in lr̄is aliud diceret ꝑ qđ appareret qđ Papa intellexit de duabus p̄bendis obtinēdis ſub eodē tecto, qa tunc nō eſt recedendū a verbis Papæ. c. ſi Papa de priuil. li. vj. & in. l. nō aliter. ff. de leg. iij. ¶ Scđo debēt intelligi illa verba. de dignitate &c. dū modo aliqđ illoꝝ. i. dignitas vel adminiſtratio &c. nō ſit maior poſt pontificalē ibidem q̄ exp̄ſſe in lr̄is excipiẗ, & rō eſt qa tales dignitates quę ſunt vel reputanẗ maiores poſt pontifi-
10 cales ſunt ꝑ regulas cācellarię reſeruatę † ↄſtat aūt qđ hmōi lr̄æ non extenduntẗ ad dignitates & bn̄ficia ſpāl'r aut gn̄al'r reſeruata vel affecta ſm do. de rota deci. 486. incip. nūcius apl'icus in nouis [a] ad qđ bn̄ facit text. in. c. ij. de p̄b. li. vj. niſi in lr̄is reſeruatis caueaẗ exp̄ſſe, nā aliq hn̄t ad vnū reſeruatū vt cātores papę, ſed iſtud qđ dr̄ de dignitate dēt ſane intelligi dūmodo dignitas hmōi maior poſt pōtificalē valorem decē florenoꝝ auri ſm cōem extimationē ex-
11 cedat iuxta rl'am cācellarię † alias ſi eſt infra dictum valorē includiẗ in lr̄is q̄uis reputeẗ ibidē maior poſt pōtificalē, nā ex quo talis dignitas nō cenſeẗ reſeruata certe cadit ſub expectatiua, & pōt acceptari arg. eius qđ legitur et notatur in. l. j. §. ſi ſtipulāti. ff. de verb. ob. & in. l. cum p̄tor. ff. de iudi. iūcto. c. nōne. de p̄ſump. neſcio tn̄ ſi Rota hoc admitteret, quia lr̄ę hoc nō diſtinguunt, ergo nec nos diſtinguere debemus. l. iij. cum glo. ff. de off. præſi. l. de pre-
12 tio. ff. de publici. [b] ¶ † Quæ autē dicaẗ dignitas maior poſt pontificalē in hoc debet attēdi cōſuetudo & reputatio illius eccleſię vt nota-

a Add. Roma. cōſil. 342. & 160. & Cald. in tit. de preben. conſi. 9. & eſt de hoc regula cancellariæ expreſſa.

b ff. de publi. ad. de ꝙ duplex ratio concurrit ne talis dignitas comprehendatur, videlicet eſtimatio valoris & prærogatiua eccleſiæ cathedralis, de qua in. c. q̄uis. de præbendis lib. vj.

tur in. c. deliberatione. de officio leg. li. vj. &
ponunt dñi de Rota. decis. clxxiij. incipiẽ. de
theſauraria in nouiſ. ᵃEt per hęc remanẽt de-
clarata illa verba necnon dignitatem &c. alte
13 rius earundẽ ecclĩarum. † Si qs autem vult in
qualibet eccleſia vbi creatur canonicus habe-
re dignitatem oportet, ꝙ prius obtineat diſpẽ
ſationem ad duo, vel tria incõpatibilia, & de-
mum circa ꝓncipium gratiæ ſuę expectatiuæ
dicat̃ iſto modo, videlicet cum quo dudum,
vt duo incompatibilia beneficia ẽt ſi dignita-
tes perſonatus admi. vel officia forent, & ad
eos &c. ſi tibi alias canonicę conferant̃ recipe
re, & inſimul retinere libere, & licite valeres
apoſtolica fuit auctoritate diſpẽſatum p̃miſſo
rum meritoꝝ tuorum &c. & iſto caſu non dr̃
dignitatem alterius earundẽ, ſed earũdem ec-
cleſiarum, fit aũt talis narratio diſpenſationis
iam obtẽte cũ miniſterio, qa alias virtute gra-
tiæ ad duo incõpatibilia non cenſeret̃ diſpen-
ſatum ſup retentione vtriuſqꝫ, vt eſt caſus no.
in. c. non põt § cum vero. de prębend. lib. vj.
14 ¶ † Quid autẽ ſi vtraqꝫ dignitas in caſu p̃miſ-
ſo reqreret reſidentiã an ſuper illa cenſeat̃ di-
ſpenſatum virtute talium lr̃arum, dico ꝙ ſic,
vt tenet glo. in. c. ſi qs in clero. vij. q. j. vbi di-
cit, ꝙ ex quo diſpenſat̃ cum aliquo ſuper plu-
ralitate bñficiorum, ſeu p̃bendaꝝ vr̃ ẽt diſpen
ſatum ſup reſidentia, ratio huius eſt licet gloſ.
15 illa non declaret, † qa q̃uis diſpenſatio ſit ſtri
cti iuris, & ſtrictæ interp̃tanda. c. j. et. ij. de fi.
p̃sby. lib. vj. nihilominus extendit̃ ad ꝯſecuti
ua, ſeu dependẽtia ex eo ſup quo eſt diſpenſa-
tum ſm Panor. poſt glo. ibi in. c. qa in tm̃. de
16 p̃bẽ. † vbi per hoc infert, ꝙ ſi diſpẽſatur cum
minori, vt poſſit hr̃e eccleſiam curatam videt̃
etiã diſpenſatum, vt non teneat̃ ſe facere ꝓmo
ueri ad ſacerdotiũ infra annum iuxta diſpoſi-
tionem. c. licet canon. & . c. cõmiſſa. de elect.
libr. vj. idem tenet ipſemet Panor. in. c. cum
in cunctis § cum vero. de elect.ᵇ & Mod. late
in. c. poſtulaſti. de reſcrip. ¶ Poſtremo ſcien-

a Add. ꝙ illa verba dummodo non ſit maior poſt pontificalem arguunt ĩ eccleſia pl̃es adeſſe dignitates qa nõ poſſet aliqua dignitas dici maior niſi alię eſſent minores & ideo ſi in eccleſia nõ eſſet niſi vnica dignitas, nõ intelligeretur de ea illa rl̃a vt trad. Gemi. conſil. 36. facit ꝙ dicit Gondiſal. in tract. legat. in. 9. q. ꝓmę par. col. 20. in ꝓnc. Nam ꝓut al̃s dixit Rota in una camerariat⁹ eccleſię Neapolitañ. quę eſt vnica, regula prędicta debet tãtum intelligi in caſibus exp̃ſſis, vt annotauit Baldaſſ. aduoc.

b De elect. add. c. ad aures. de reſcrip.



dum eſt, † ꝙ ideo apponũtur illa verba videlicet etiam ſi per electionẽ
17 quis conſueuerit ad illam aſſumi, quia alias non includeretur dignitas
electiua non expreſſo modo electiuo. c. cum in illis § j. de præben. lib.
vj. & in cle. j. eod. ti. Ratio eſt qa Papa in dubio non intelligit̃ ita velle
preiudicare pluribus ſicut vni, quia melius p̃ſumitur ꝓuiſum eccleſię ꝑ
conſilium plurimoꝝ q̃ꝫ vnius. c. prudẽtia. de offi. deleg. per quem tex.
voluit ibi Abb. & Moder. ꝙ per cl̃am generalem non cenſeat̃ deroga-
tum concilio generali ꝓpter p̃dictam rationem eſt bene verum, ꝙ cir-
ca hoc an dignitas electiua comprehendatur, vel non fuerunt aliquæ
opiniones, quas refert Calde. tit. de præben. conſi. 12. et. 24. & trad. Fe-
lyn. in. c. in noſtra, de reſcrip.

## SVMMARIVM

1 Forma quando creatur canonicus in tribus, aut pluribus eccle.
2 Literæ ad plures dignitates non debent concedi, niſi pro magnis nobi-
libus, aut magnis literatis.
3 Expoſitum cauſa ſtudij in vtilitatem eccleſiæ dicitur expenditum.
4 Eccleſia indiget viris literatis, & magnis nobilibus per quos ſuble-
uatur.
5 Papa facilius concedit, vt quis ſit pluralis in præbendis diuerſarum ec-
cleſiarum, q̃ꝫ in dignitatibus.
6 Præbendas plures habens ſine diſpenſatione poteſt cogi ad renuncian
dum vni.
7 Iura plus abhorrent pluralitatem in eadem eccleſia, q̃ꝫ in diuerſis.
8 Diſpenſatus ſuper pluribus dignitatibus obtinendis, non intelligitur
de dignitatibus eiuſdem eccleſiæ niſi exprimatur.
9 Caſus in quibus certa taxa non exprimitur.

1 TERTIA FORMA † quando creatur quis canonicus in tri-
bus aut pluribus eccleſijs, hoc modo vnum in Paduan. & vnum in
Vincenti. ac vnum in Vero. maioribus eccleſijs canonicatus &c. nec-
non vnam in qualibet eccleſiarum p̃dictarum præbendam, ac dignita-
tem, vel pſonatum, aut officium in vna ipſarum &c. in iſta forma poſ-
ſunt repeti ea quę dicta ſunt in duabus præcedentibus circa declaratio-
nem verborum, & quid illa importẽt, fraternizãt enim adinuicem, ſal-
uo ꝙ iſta eſt magis larga, quia comprehẽdit plures canonicatus, & præ-
bendas, ſed vnam tantũmodo dignitatem in vna ipſarum eccleſiarum,
2 prout in forma dicitur † in qua vel ſecundum quam non deberent con
cedi literæ, niſi pro magnis nobilibus, aut magnis literatis argum̃. c.
de multa, in fin. de præbend. & gloſ. in. c. cum adeo. de reſcript. quæ
vult ꝙ ſimplici clerico ſufficiat tale beneficium, ꝙ non ſufficeret no-

bili, a ratio poteſt eſſe, qa cum tales cõiter ſint
dediti, vel ſtudio, vel laudabilibus curis, & ne
gocijs nedum vna p̄benda, ſed vix multæ eis
3 ſufficiũt. b † hinc eſt ꝙ quicqd exponunt cau-
ſa ſtudij dicit̃ expoſitum in vtilitatem eccleſię
ſm Domi. ꝑ illum tex. i. c. cum ex eo. de elec.
4 lib. vj. c nam vt ibi dr̃ † eccleſia Dei q̃ maxime
indiget viris lr̃atis, et ẽt magnis nobilibus per
quos defendit̃, & ſubleuat̃, vt dicit gl. in. c. cõ
ſtitutis. in ver. impotẽtia. de appel. d Et ideo
ſolent expedire expectatiuas in iſta forma dñi
de Rota, & merito eis concedit̃ ꝑ ea quę dicã
de p̄fatis dñis in vltima parte circa p̄rogatiuas
expectãtium, ſilr̃ ſolent expedire abbreuiato-
res de parco maiori, & alij magni viri. Cęteris
non eſſet cõcedendum ꝑ illud qđ dicit tex. in
c. qa in tm̃. de pręb. ideo vlterius circa hãc for
5 mam nõ inſiſto. † Hoc ſolum ex ea noto ꝙ fa
cilius cõcedit Papa vt quis ſit pluralis in p̄bẽ-
dis diuerſaꝝ eccleſiarum q̃ in dignitatibꝰ, ꝑ-
ſonatibus ſeu officijs ex quo in hac, & p̄ceden

a Nobili add. no. per Bar. in. l. ſi conſtante colũ. 4. ff. ſolut. matri.

b Sufficiunt, & iõ ſecundum qualitatem ꝑſonarum beneficia concedẽda ſunt arg. l. plenum §. equitij ff. de vſu. & habi. & quod ꝑ illam legem cumulat Felyn. in. c. cauſam. in. xij. colum. de reſcript. & Moder. Bono. in repetit. Rubri. C. de ꝓba. in. v. et. vj. col.

c De elect. li. vj. Add. qđ eſt verum quãdo ſtudium eſt theologiæ, vt dicit Bald. in repet. leg. j. ff. de leg. j. & tali caſu relictum pro ſtudio cenſetur pium, Iaſ. in. l. j. col. fi. C. de ſacr. ſan. ecc.

d De appel. add. Abb. in. c. de multa. de p̄bend. & ibi eſt text. & licet dcm̃ Bal. in. d. l. j. loquẽtis de magr̃is theologię p̄ma facie blandiat̃ nobis, tñ tex. in cle. fin. de magi. indiſtincte loquitur etiam de doctoribus legũ & canonũ, q ẽt neceſſarij ſunt eccleſię, vt patet in. c. j. de cõſang. & affini. & qđ ibi notãt doct. Adeo ꝙ cum ſolis magiſtris eccleſia regi nõ poſſit, ſicut ẽt dicit Hoſti. in tit. de peni. & remiſſ. q confitendũ. col. 9. verſi. tertio, ꝙ cum ſola Biblia non poſſet etiã eccleſia ſancta dei gubernari, ideo neceſſarij ſunt tales doct. qui qdem ſi res eccleſię iuſte defendent, vel docendo inſtruxerint, non minus merent̃ q̃ proprij ſacerdotes qui corpus Chriſti conficiũt, vt dicit Hoſtiẽ. in prohe. ſum. ĩmo magis merent̃ q̃ p̄dicatores & alij religioſi, vt dicit Albe. in. l. ab anaſtaſio C. Mand. & tradit And. de Iſer. in prohe. feud. Allegat illud Danielis xij. c. qui ad iuſtitiã inſtruũt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in regno dei referũt mod. in. l. j. ꝑ illũ tex. ff. de iuſt. & iur. nã ius canonum diuinum appellat̃, vt in. c. j. de iur. cal. cũ ꝯcor. vt ſcribit And. ſic. in. c. filiꝰ. i. iij. no. de teſt. & latiſ. Gome. in. c. ij. de ꝯſti. li. vj. et aſſumũt mod. in. c. eccl'ia, de cõſti. Cõcludo igit̃ ꝙ tex. in. d. c. de multa largiꝰ diſponẽs circa lr̃atas ꝑſonas ꝙ dẽt ĩtelligi nõ ſolũ de theologis, ſed ẽt de iuriſperitis.



ti forma concedit̃ dignitas tantũmodo in vna eccleſiarũ cum tñ in qua-
libet cõcedatur canonicatus & prębenda, rõ eſt, qa plures p̄bendę in di
uerſis eccleſijs nõ ſunt ita incõpatibiles prout ſũt plures dignitates, aut
ꝑſonatꝰ, vel officia, patet qa in iſtis ꝑ aſſecutionem pacificam ſecũdi va
6 cat primum ipſo iure. d. c. de multa. cum ſi. qđ non eſt in p̄bendis, † nã
ꝑ receptionem ſcdę non vacat prima ipſo iure, licet quando tenent̃ ſine
diſpenſatione ſaltem ep̄i põt fieri vt illas taliter obtinens cogatur ad re
nunciandũ vni, vt dicit Domi. in. c. j. de conſue. lib. vj. ex mente Io. de
s. Geor. ibi alleg. not. per Inno. in. c. cum noſtris. de conceſ. p̄bẽ. & qđ
not. in. c. ſi eo tẽpore. de reſcrip. lib. vj. illud aũt quod dictum eſt ꝑ rece
ptionem ſecũdæ p̄bendæ non vacare primã ipſo iure debet intelligi in
p̄bẽdis diuerſaꝝ eccleſiarum, ſecus in vna & eadem eccleſia, vt ꝓbatur
7 in cle. fi. de p̄ben. † Ex quo apparet qđ iura plus abhorrẽt pluralitatem
8 in eadem eccleſia q̃ in diuerſis, † & ex hoc infert̃ ꝙ ſi eſt diſpẽſatum cũ
aliquo ſuꝑ pluribus dignitatibus obtinendis, non intelligit̃ de dignita
tibus eiuſdem eccleſię niſi hoc exprimat̃, quia iſta prohibitio habet ſpe
cialem notã de qua ſpecifice eſt mentio facienda arg. l. item apud labeo
nem §. hoc edictum. ff. de iniur. & ita tenet Ioã. and. in. c. de multa. de
p̄ben. Pet. de anch. & Franc. in. c. j. de conſue. lib. vj. quod eſt notandũ
ad illud quod dixi in forma præcedẽti in ver. ſi quis autem vult &c. ad
alia ſimilia vidi inſuper aliquas gr̃as Auditoꝝ, & ẽt conclauiſtarũ qui
in duabus expediuerunt in canonicos creatos, & in tertia ad largam in
qua ex quo ſunt graduati pñt acceptare vnũ cuiuſcunq̃ taxe, † et hic eſt
caſus in quo certa taxa nõ exprimit̃ ſicut nec in canonicatu, & p̄benda
ac dignitate ꝑſonatu, vel officio qñ gratia eſt in canonicum creatum,
ſecus quando datur ad largam, vt inferius ſubijciam.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Forma quando creatur canonicus in vna, & in alia datur ad largam.
2 Vices plurium perſonarum gerens, puta canonici & prępoſiti non debet habere duplicatas diſtributiones.
3 Beneficium ſimplex licet ſit compatibile cum canonicatu, & p̄bẽda, ẽt in eadem eccleſia, & ſilr̃ p̄benda cum dignitate, tñ obtinens duo ꝑ ra, eſt magis pluralis, q̃ qñ obtinet p̄bendam cum dignitate.
4 Argumẽtum de maiori ad minus in lr̃is ad bñficia locum nõ habet.
5 Canonicus creatus poteſt ibidem etiam impetrare ad largam.
6 Literarum tenor ſemper inſpiciendus eſt.
7 Gratia licet detur ad duo incompatibilia, tamen non cenſetur diſpenſatum ſuper retentione vtriuſq̃.
8 Summa maior cur detur in curato, vel dignitate ad largam.
9 Diſtributio debet fieri ſm merita perſonarum, & conditionem cuiuſli-

bet inter canonicos, vbi prębenda non ſunt diſtinctę reſpectu eorū,
quæ dantur pro veſtimentis, & alijs neceſſarijs.
10 Abbas debet melius cæteris induere.
11 Clerici dignitas & nobilitas attenditᷣ in cōſideranda ſufficiētia bn̄ficij.
12 Summa & valor beneficiorum in gratijs expectatiuis conſideratur ſm̄
taxationem decimę, non autem ſm̄ com. extimationem.
13 Diligentia, & induſtria non debet eſſe alicui damnoſa.
14 Scriptor ſi ꝑ errorem expreſſit in gr̄a valorem ſm̄ cōem extimationē,
& non ſm̄ taxationem decimę, an expectanti noceat, & infra nu. 16.
15 Scribentis error veritati non nocet.
17 Lr̄æ contra cōem curſum cancellariæ ſunt de falſitate ſuſpectę.
18 In expectatiua ſi deficiunt verba de quibus in. c. cum in illis. de præb.
in. vj. ei vti de falſitate ſuſpectę fides non adhibetur.

1 QVARTA FORMA eſt † quando creatᷣ canonicus in vna &
in alia datur ad largam, ſub hijs verbis canonicatū eccleſię Sibenic. etc.
necnon beneficium eccleſiaſticū cum cura, vel ſine cura etiā ſi decana-
tus, vel archipresbyteratꝰ ruralis, ſeu vicaria, vel capellania ꝑpetua etc.
ad collationem ꝓuiſionem &c. Iſta forma multum frequētatur, ideo ꝓ
eius declaratione ſciēdum eſt primo quod vigore talium lr̄arum poteſt
expectans conſeqꝫ tria diuerſa beneficia videlicet duo vbi eſt creatus ca
nonicꝰ, & tertium vbi habet ad largam, prima duo ſunt p̄benda. ſ. & di
gnitas, aut ꝑſonatus, vel officium in cathedrali dūmodo non ſit maior
poſt pontificalē, vt in ſuꝑioribus dixi, & illa duo habentᷣ loco vnius at-
tento ꝙ inquam pluribus eccleſijs ſeruatur de cōſuetudine, vt quis nō
poſſit aſſumi ad dignitatē perſonatum, vel officium ibidē niſi ſit cano-
nicus p̄bendatus, vt patet ex not. per Io. andr. & Domi. in. c. ſi is cui. de
p̄ben. lib. vj. ꝯn̄r hn̄r loco vnius, vt dixi, ad ꝙ faciunt not. per Do. An-
2 to. in. c. cum olim. de re iudi. † vbi tenet ꝙ ſi quis gerit vices plurium ꝑ-
ſonarum, puta canonici, & prepoſiti non debet habere duplicatas di-
ſtributiones, qa ſeruit pro vno & hr̄ loco vnius pro quo Panor. ibi al-
leg. bon. tex. in. c. vnico. de cle. non reſi. lib. vj. & ꝙ ſcribit Fede. de ſe.
conſi. cx. inducendo, vt ibi ꝑ eum. ¶ Et ex p̄dictis ſumitur ratio quare
eſt ꝙ canonicꝰ creatus pōt vigore lr̄arum conſequi ibidem dignitatē.
ꝑſonatum, vel officium, & tn̄ niſi in lr̄is aliud exprimatur, non pōt aſſe
qui ſimplex bn̄ficium, quod eſt minus, ꝗꝫ aliquod p̄miſſorum, hæc in-
3 quam eſt ratio, † qa licet ſimplex beneficium ſit cōpatibile cum cano-
nicatu, & prębenda etiam in eadem eccleſia, vt vult Car. cōſi. iij. incip.
domina &c. & ſimiliter p̄benda cum dignitate, tn̄ negari non pōt quin
obtinens duo ꝑora. ſit magis pluralis, ꝗꝫ eo caſu quando obtinet p̄ben-
dam cum dignitate in eadem eccleſia ex quo vt dixi iſta duo habentur
loco vnius, & ſic primo caſu notatᷣ maior pluralitas ꝗꝫ in ſecundo, con-
ſtat autem



ſtat autem ꝙ iura abhorrent pluralitatē etiam cōpatibilium, vt ſunt plu
ra ſimplicia qn̄ quodlibet illorum per ſe eſt ſufficiēs maxime in eadem
eccleſia, vt vult gl. in. c. dudum eccleſia rotho. in ver. retinere. de elect.
facit text. in. c. ſanctorum. lxx. di. & in. c. quia in tantum. de p̄ben. Nec
valet hoc caſu argumentū de maiori ad minus, videlicet ſi poteſt conſe-
4 qui dignitatem, ergo multo fortius beneficium ſimplex, † qa dico ꝙ hu
iuſmodi argumentatio ceſſat in literis ad beneficia, quarum forma exa
ctiſſime ſeruāda eſt. c. ꝗꝫuis. et. c. cui de nō. de p̄b. in. vj. & ꝓpterea crea-
ti canonici in hiſpania poſſunt vltra p̄bēdam & dignitatem conſequi,
vnum, duo, vel plura p̄ſtimonia, vſqꝫ ad ſummā deputatam, et hoc quia
iſtud exprimitur in literis quo ad partes Hiſpaniæ, prout in forma ſe-
5 quenti latius dicam. ¶ † Idem etiam eſſet extra Hiſpaniā quando crea-
tus canonicꝰ impetraret ibidem etiam ad largam ad alium collatorem
quo caſu poſſet conſequi ibidem tria, videlicet p̄bendam item dignita-
6 tem, & aliud bn̄ficium cum cura, vel ſine cura, † & hoc etiā propter te-
norem lr̄arum qui ſemper ſeruandus eſt & diligenter inſpiciēdus, vt ſu
pra facit. c. porro. de priuile. cum vulg. Eo tamen caſu quo virtute hu-
iuſmodi lr̄arum aſſequeretᷣ dignitatem, expiraret gr̄a quoad beneficiū
curatum dūtaxat in illa vel alia collatione, & econtra propter clauſulā
quę apponitᷣ in fine lr̄arum. volumus autem quod quāprimum &c. c. j.
a Cōſtructum add. ꝙ hoc ꝓus induxit Greg. xj. ꝑ quādā ſuā regulā, vbi voluit ꝙ in Vaſconia & Hiſpania reqreretur ad minus duo ex iſtis tribus competēter īteruenire licet male ſe haberet in cantu. Itaqꝫ ſatis colligebatur ꝙ in alijs ꝓuincijs reqrebat̃ ad min⁹ ſufficiēter cantare,& idē ſtatuit Bñdictus. xiij. & poſtea ſequuti ſunt alij ſucceſſores aliqua addētes,ꝓut tēporis opportunitas ſuaſit.

b Beneficiādo add. ꝙ tūc bonitas debet ꝓbari, vt dicit Cardi.in d. clem.& ſeqtur Decius in.c.ij.in.ij.col.de electi. & hoc regulare eſt ꝙ qñ qs aliqd petit ꝓbare debet ſe eſſe bonū & idoneū,& ꝑſumptio naturę de qua in.d.c.j. & in.l. merito.ff. pro ſocio,nō habet locum niſi quando quis ſe defenderet, vt dicit Bart. poſt glo.ibi in.l.qui iuraſſe.§.ſi pater.ff.de iure iur.ſequitur Decius in.l.ſi emācipati.ī.iij.not.C.de colla.

xij.q.j.& ideo mādat papa ēt inqri de ho=
24 ſta conuerſatione † quia preſumit̃ pro ali=
quo vel cōtra ipſum ex cōuerſatione.c.in=
ter iuncto.c.cū in iuuentute, de purgatio.
can.iuxta illud cū ſancto ſanctus eris etc.[a]
25 ℭ †Et eſt notandum circa premiſſa,quod
licet quatuor requirātur in ꝓmouendo,vi=
delicet ſciētia,etas, mores & ordo.vt dicit
glo.in.c.ſi ꝓ clericis,in ver.alijs de p̄b.lib.
vi.tñ in iſta forma mādat̃ inqri p̄mo de li=
teratura.deinde de moribꝰ vt patet ex præ
miſſis,de etate āt & ordinibus nulla fit mē
26 tio,[b] † cum tñ valde maius ſit pati defectū
in etate q̄ȝ in ordinibus vt probat̃ in .c.ſi
eo tēpore.de reſcriptis libro ſexto vbi pa=
tienti defectum in etate tempore date nō
prouidetur de beneficio curato ex quo de
tali defectu non fuit facta mētio in litteris
quāuis poſtea ſuperueniat legitima etas vt
ibi.& tñ poteſt prouideri ſi nō eſt ī ſacris,
eſto quod de ordinū defectu nō fuit in lit=
teris facta mētio dicto.c.ſi pro clericis, cō
ſequēter apparet quod maior eſt defectus
etatis quā ordinū vt in prędictis iuribus &
per glo.in.c.j.de eta.& qualita.in.vj. Sed
ſaluādo formas huiuſmodi literarum pōt
dici quod tacite mandatur inquiri etiā de
etate per illa verba que in litteris ſequunt̃,
videlicet aliudque canonicū ei nō obſiſtat
27 per quę importatur legitima etas†quia in=
decorum eſt vt hij debeāt eccleſias regere
qui non nouerunt gubernare ſeipſos.c.in
decorū,de etate & qualita.& in.c.ſuper in
28 ordinata.de pręben.†legitima aūt etas in=
telligitur.xxv.annorū quoad beneficium
cum cura.c. cum in cunctis. de electio. &
notatur in.c. ſi eo tpe.de reſcript.lib.vj.
29 † Quo vero ad beneficium ſimplex & ca=
nonicatum ac prebendā extra tamē cathe=
dralē eccleſiā ſufficit etas maior ſeptennio
vt notatur in.c.ex eo.de elect.eo.lib.licet
quo ad canonicatus & prebendas eccleſię



cathe. fuerit ordinatū per Greg.xj.qđ nō
conferantur niſi habentibus annos.xiiij.
prout atteſtat̃ Dec. Rote. cccxxiiij. inci.
30 ſuppoſita.in nouiſ.deciſionibus.[a] ℭ † Se=
cundo important prædicta verba ſcilicet
aliudq; canonicū obſiſtat, vt ille pro quo
taliter ſcribitur ſit legitime natꝰ quia ille=
gitimi ad beneficia eccleſiaſtica abſque di=
ſpenſatione ſunt inhabiles.c.j.&.ij.de fil.
31 p̄ſbi.li.vj. ℭ † Tertio quod non ſit periu=
rus infamis ſeu alias criminoſus nam licet
collatio bñficij facta talibus valeat mero
iure vt tenet Lappus in additione ad conſi
liū Federici quinquageſimū, & Car.in.c.
querellam.de iureiur.ꝑ.c. inter.de exceſ.
prelato. illud tñ non habet locum quādo
prouiſio facta periuro vel alias infami fiat
virtute litterarum ad beneficia, quia tunc
ꝑꝑ maximā eoꝝ odioſitatem erit ipſo iure
nulla,prout elegāter tenet Calde. ꝯſil.xx.
in titu.de prębē.& ſequuntur moder.in.
c.ij.de reſcrip.cū alijs ibi latius per Fely.
adductis. ℭ Quarto quod alias nō ſit inca=
pax tituli bñficialis ꝓut ſi eſſet irregularis
ex homicidio ſm Inno.in.c. cum noſtris.
32 de conceſ.prebē.† in tm̄ qđ aliqui volunt
quod cū homicida voluntario non diſpē=
ſatur,niſi ſit perſona regularis, & tunc cir=
ca altaris miniſterium,& cū volente ingre
di religionē mendicātiū,cui datur rehabi=

a Eris etc.add.hoc
maxime ꝓcedere ī
homine q̃ tractare
dēt ſpiritualia cuiꝰ
cōuerſatio ſi mala
eſt īducit laqueum
& periculū animæ
& ob eam cauſam
reqritur ꝙ cōuerſa
tio bona probetur
quia etiā in dubio
nō p̄ſumitur bona
q̃a vbi agitur de pe
riculo animę capit̃
in dubio ſiniſtra ſu
ſpitio q̃a illa videt̃
eē tutior,et iſto ca=
ſu recedit̃ a p̄ſūptio
ne legis merito vt ī
no.caſu tradit Pet.
de anch. in cōſ.79.
circa fin. cū multis
ꝯcor.vt ſcribūt mo
der.in. c.in p̄ñtia.
de ꝓba.in. xij.not.
b Fit mentio add.
vnū ꝙ ē admiratio
ne dignū ꝙ p̄us de
lr̄atura inqri māda
tur cū in clerico an̄
oīa reqri debēt bo
ni mores, deinde
ſcientia iuxta illud
pſal.Bonitatē & di
ſciplinam doce me
p̄us ergo propheta
bonitatē petijt ſine
q̄ diſciplina & ſciē
tia ꝑfecte acqri nō
pōt,q̃a in animam
malā nō niteat ſpi=
ritꝰ ſapiētiæ nec in
corpore ſubdito pecca
tis,vt dicit ꝓpheta Sa=
piē.c.j.initiū igitur ſa=
pientię timor dñi Pro=
uerb.c.j.quoad illū igi
tur timorē ex qua ſapiē
tia ꝓcedit, reqrunt̃ bo=
ni mores, apparet igit̃
ex iſtis ꝙ in conſidera=
te mādat̃ in iſta forma
prius de litteratura in=
quiri q̄ȝ de moribꝰ p̄ſer
tim q̃a litteratura quo=
ad deū nec quo ad mū=
dus ī ſimplicibꝰ & pau=
ꝑibus clericis non mul
tū ē neceſſaria, vt dicit
Inno.ī.c.j.de ſumma.
ti. quē in hoc multum
cōmēdat Bal. in Rub.
eo. li. & pro ſingulari
ſeqtur And.ſic.ī tract.
de p̄ſtan.Card.in.x.q.
j.par.in.ij.et.iij.col.et
iō dicebat gl.ſing.in.l.
ſocietas contrahitur in
glo.ij.per illum tex.ff.
ꝓ ſocio ꝙ ad canonica=
tus ita debent ꝓmoueri
lr̄ati ſicut nobiles quā
glo.pro ſing. commen
dat Andr.ſic.in cōſi.57.p̄clare ſcribit̃ in.viij.col.lib.ij. Apparet igit̃ ex
iſtis in clericis paupibꝰ magis attendēdos mores q̄ȝ lr̄atura,q̃a in iſtis cle
ricis ſicut in regularibꝰ q̃ pauperes ēt ſunt magis attendit̃ vita īmaculata
q̄ȝ ſcientia, vt dicit Bald.in.l.athlete.§.ruſticis in fi.ff.de excu.tuto.De
etate ēt eſt mirandum,ꝙ in iſta forma non fiat mentio.
a Deciſionibꝰ add.ꝙ hodie eſt rl̃a cācellarie nu.17.ī qua diſponit̃ ꝙ ca=
nonicatus in cathedrali non dentur niſi habentibus.xiiij.annum com=
pletum alſ prouiſio ſit ipſo iure nulla quam regulā ad hoc allegant mo=
derni in tract.de aucto.& p̄eminen.mag.conſ.fol.61.in collegiatis ve=
ro diſponit̃ in dicta regula ꝙ canonicatus non dent̃ minori decē anno=
rum declarando,vt per Alexan.in conſi.75.in.ij.col.vol.iiij.

a Miniſterio add. ꝙ diſpenſat etiam quãdo homicidiũ fuiſſet omnino occultũ, & ꝙ cum iſto homicida volũtario primo caſu diſpenſat per ſolum papã, vt late tradit Thom. ferra. cautella. 44. in duobꝰ autem aliſs caſibꝰ diſpẽſat officium ſacræ penitentiarię ſed in occulto in ſuſceptis, qa hoc poteſt facere epiſcopus ſm Vincen. & quoſdã alios quos refert Archid. in. c. de his. 50. diſtin. ſeqtur Federicus in conſil. 168. in fi. licet Prepoſ. in. d. c. de his teneat contrarium tamẽ prima opinio de ſtilo hodierno eſt in vſu.

b Add. ꝙ hoc in notabili caſu tradit Iaſ. in. l. cum quædam puella in. iſ. col. ff. de iur. om. iud.

litatio ad omnes ordines etiã in altaris mi-
niſterio,[a] aliqñ tñ dat ſignatura de abſolu
tione & obtẽtis ad ſimplicia. poſtea ſigna-
tura ampliari poterit iuxta qualitatem ca-
ſus homicidiſ, qñq; etiam ponitur clauſu-
la pro præſbitero homicida. videlicet eo
trienniũ ſuſpenſo &c. vel apoſtata in quo
nõ cadit tale ius ſm Bal. in repe. l. barbari-
33 us in. x. col. ff. de offi. prçto. ¶ † Aut peni-
tus illitteratus qui eſt inhabilis ad benefi-
ciũ eccleſiaſticũ ſm Innoc. in. c. dilectus.
de tempo. ordi. & Arch. in. c. nullus. eo.
titu. lib. vj. quod vr̃ intelligendũ in benefi
cio cum cura. ſecus forte in ſimplici, vt po
34 nit Dec. cccxij. in antiquis. ¶ † Similiter
purus laycus incapax eſt beneficij eccleſia
ſtici. c. cũ adeo de reſcrip. et in. c. ex litteris
de tranſac. quicquid dicat gl. in. c. ij. de in-
ſtit. que tʒ ſufficere quo ad hoc propoſitũ
clericãdi quaſi deſtinatiõe animi poſſit iã
dici clericus. ſed illa glo. cõmunitet repro-
batur per doc. in. d. c. cum adeo. niſi ſalue
tur vt per vnã dec. Rote. cccxij. incip. no-
35 ta quod clericus in antiquis † vbi dicitur
quod non clerico incedenti tñ in habitu
põt beneficium cõferri vt clerico, quaſi ve
lint quod habitus & diſpoſitio animi ſuffi
ciant quo ad hoc, vt quis clericus reputet̃
36 † ad quod bene facit dictum Archi. in. c.
ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. vbi dicit quod
ille qui nondum hʒ ordinẽ ſed tñ coronã
portat & eſt clericus animi deſtinatione
gaudet priuilegio illius canonis. [b] Hijs tñ
non obſtãtibus verius eſt quod prius dixi
per tex. in. l. ex eo. ff. de teſta. mil. vbi di-
citur quod miles gaudet priuilegio milita
ri ex eo tẽpore quo in numeris relatus eſt
37 non ante. † & ideo praticha & communis
ſtilus eſt qñ purus laycus impetrat et ei mã
datur bñficiũ conferri apponitur illa clau
ſula cupiẽti aſcribi militie clericali &c. vt
ꝑ Abb. in. d. c. ex litteris, de trãſa. alias lit-



tere eſſent ſurreptitie, & iſto reſpectu qñ
ſcribit̃ pro aliquo in iſta forma in princi-
pio litterarũ apellat̃ clericus, qa alias eſſet
quoad hoc inhabilis ꝑ ſupradicta, inſuper
diceretur canonicũ impedimẽtũ ſufficiens
ad excludendũ pauperẽ clericũ ſi nõ ſit ori
undus in loco ad quẽ littere extẽdunt̃ arg.
38 l. in eccleſiſs. C. de epiſ. & cle. † ſtante re-
gula cancellarie que diſponit, quod paupe
res clerici extra ſuã prouinciã locari non
poſſint niſi ibidẽ ꝑ ſex annos morã traxe-
rint vt latius in dicta regula. cuius diſpoſi-
tio fundat̃ in tex. not. in. c. nullus inuitus.
lxj. di. vbi dicit̃, habeat vnuſquiſque ſuũ
fructũ militie in eccleſia in qua ſuã per oĩa
officia tranſegit etatẽ in aliena ſtipẽdia mi
nime alter obrepta, nec aliſ debitã alter ſi-
bi vendicare audeat mercedẽ, & licet ille
tex. loquat̃ de promouendo in epiſcopum
tñ ratio illius communis eſt etiã ad benefi-
cia inferiora ſm Panor. in. c. ad decorem.
39 de inſti. † Vbi dicit quod eſſet valde hone
ſtum & fructuoſum vt quiſque in patria
ſua bñficiaretur, nec alter occupet benefi-
cia vel ſtipẽdia alterius, ꝑ quod tolleretur
materia depauperãdi eccleſias & bñficia, [a]
& pp hec non cõſueuit prouideri alicui de
beneficio extra ſuã nationẽ cõſiſtenti licet
quãdoq; ex fauore cõceditur cũ derogatio
ne. [b] Subſequenter in huiuſmodi litteris
dicit̃ ei de aliquo bñficio eccleſiaſtico &c.
40 † Hec verba important, vt non poſſit eidẽ
ꝓuideri de pẽſione. c. quãuis. j. de præbẽ.
lib. vj. quia penſio non dicitur bñficium
eccleſiaſticũ, ex quo in ſola temporalitate
conſiſtit, & nullum habet miniſteriũ ſpiri
tuale annexũ, vt per domi. in. d. c. quãuis.
eodẽ modo propter illa verba non poterit
prouideri de hoſpitali ſm gloſ. in. c. ſi pau
per clericus, de prębẽ. in. vj. per tex. in cle.
per litteras, eodẽ tit. nec de elemoſinariſs
vt ibi, immo etiã ſi predicta fuiſſent inſti-

a Beneficiſ add. Gom. ĩ ꝑma queſtione Reg. de idiomate.

b Cum derogatione Add. ꝙ ſuper hoc variæ fuerunt editæ regulę, hodie tamen vnicuiq; poteſt prouideri extra ſuam nationem. ſi intelligat idioma loci, & intelligibiliter loquatur vt in d. Regula dicitur, neq; requiritur aliqua derogatio, quia vndecunque quis veniat dũmodo ſit idoneus non repellitur a ſãctuario domini apud quem nulla ẽ acceptio perſonarum.

tuta de auctoritate epiſcopi, & ſolita eſſet
conferri in titulũ beneficij, adhuc non ca-
derent in huiuſmodi gratijs expectatiuis,
vt dicit notabiliter Dec. Rote. cclxv. inci.
nota quod vbi religioſus in antiquis, vbi
41 aſſignatur ratio. † quia cũ hoſpitalia & ele
moſine ſint ad nutũ amouibilia regulari-
ter, certe non veniũt nomine bñficij quan
tum ad clericum impetrantẽ poſito quod
in titulum bñficij conferantur, [a] idem ſen
tit alia deciſio. cccccIxxxiiij. incip. quidã
in ciuitate. in antiquis, & [b] iſta ſunt notan
da quia licet predicta loca dicãtur loca pia
& religioſa ſiue eccleſiaſtica qñ ſunt de au
ctoritate epiſcopi conſtituta. c. ad hec. de
religio. dom. tamen non includuntur in
42 huiuſmodi litteris per ſupradicta. [c] ¶ † Si-
militer propter illa verba de bñficio eccle
ſiaſtico &c. nõ põt obtinere beneficiũ ma
nuale & ad nutũ ſuperioris amouibile, da
to quod ab olim cõſuetũ eſſet clericis ſecu
laribus aſſignari, quia tale beneficium nõ
poteſt proprie dici beneficiũ eccleſiaſticũ,
cum nõ ſit perpetuũ, ſed vt dixi ad nutum
ſuperioris remouibile, arg. c. precepta. lv.
di. & eoꝝ que notantur in. c. veniens. de
fil. pre. & in. c. j. de capel. mona. lib. vj.
43 † & ideo dixit Cal. conſi. xxvj. in titu. de
preben. quod in reſeruationibus bñficio-
rum quas facit papa nõ includunt̃ bñficia
manualia, quia reſeruando bñficia videt̃
intelligere de beneficijs que perpetuo con
feruntur. Ex quo infero quod nec vicariã
temporalẽ poterit obtinere predicta ratio
44 ne. ¶ † Idem ſi vicaria eſſet alias perpetua
ſed modo vnita menſe epiſcopali vel aba-
tiali quia per talẽ vnionẽ illa perpetuitas
trãſit in temporalitatem vt ponunt domi-

a Cõferãt̃. add. ꝙ nec
expectatiue talia bñfi-
cia cõprehẽdunt, ĩmo
fortiꝰ ẽt capellanie ab
elemoſinarijs depẽdẽ-
tes licet dent̃ in titulũ
non cadũt ſub gratijs
expectatiuis.
b Antiqs add. ꝙ eã ſe
quit̃ Paui. in tracta. de
off. et po. cap. ſe. vac. ꝑ
quo pl'a ponit Roch.
in trac. iuriſpat. in ver
bo. in eccleſia. q. iiij.
c Per ſupradicta add.
ꝙ de hoc aliqd tãgunt
mod. ĩ. c. in nr̃a. ĩ. 22.
corre. in fi. de reſcrip.
& latiꝰ in. c. de q̃rta de
ꝑ̃ſcrip. et ĩ notabili ca
ſu ꝯſuluit Fed. in cõſi.
380. caſus talis eſt et ex
iſtis poſſet ĩferri ꝙ be-
neficia S. Io. hieroſoli
mitani & preceptorię
S. Antonij ſiue alteriꝰ
ordinis, prout ſunt in
Hiſpania non cadant
ſub huiuſmodi gratijs
ſm̃ ea quæ dicit Lap.
Alleg. 84. Dñs papa.
colum. penul. licet ali-
quando ille precepto-
rie reſeruate fuerint d'
iure antiquo, vt tradit
idem Lapp. alleg. 27.
declarando vt idem di
cit Alleg. 9. & pariter
dicendum eſſet in be-
neficijs magiſtralibus & doctoralibus, qa nõ caderẽt ſub expectatiuis,
iux. not. ꝑ glo. magnã in. c. cũ in eccleſia, de pb. lib. vj. tñ ſi habẽs expe-
ctatiuam eſſet doctor & alia non obſtarẽt forte illa glo. nõ ꝓcederet.

ni de



ni de Rota dec. cclxxiij. incip. fuit dubitatum
in nouis cõſequenter non venit appellatione
45 bñficij eccleſiaſtici. [a] † Poſt predicta verba de
aliquo beneficio eccleſiaſtico dicit̃ cũ cura vel
ſine cura. iſta verba neceſſario apponuntur,
quia niſi ſic diceretur nõ veniret beneficiũ cu-
ratũ. c. cum in illis. in prin. de preben. lib. vj.
& licet aliqui voluerunt dicere iſtud procede
re, quãdo papa mãdat prouideri de vacaturo,
quo caſu non facit tantã gratiam, prout quan
do prouidet de vacãti, verius tñ eſt vt neutro
caſu includatur curatũ de cura non habita mẽ
tione vt ꝑ dominos de Rota deci. ccij. incip.
46 nota quod quis non tenetur in antiquis † ſed
iſta concluſio non habet locũ quando benefi-
cium curatũ eſſet annexũ prebende quia tunc
ratione annexionis de cura non eſt neceſſario
facienda mentio arg. c. ſuper eo. de prebẽ. lib.
vj. per rationem de qua ibi notatur, ſubijcitur
poſt modũ, dummodo in cathedrali eccleſia
non exiſtat, iſta verba videntur apponi ad ma
47 iorem declarationem † quia etiã ſi non expri
merentur non venirent bñficia eccleſie cathe
dralis cũ ſcribit̃ prouideri in ciuitate vel dio-
ceſi ſm̃ opinionẽ Cõpoſt. in. c. capitulũ ſan-
cte crucis, de reſcri. quod ſatis bene probatur
in cap. quãuis, lo primo. de prebẽ. lib. vj. [b] li-
cet ille tex. videat̃ loqui in alijs terminis vide-
licet, cũ alicui prouideri mandatur de bñficio
in aliqua eccleſiaꝝ ciuitatis vel dioceſis vt tũc
ſub illa gñalitate nõ includunt̃ eccleſia cathe-
dralis ꝑꝑ illius honorẽ & ꝑ̃eminentiã, et iõ di-
cunt aliqui, ſecus eſſe qñ ſcribitur in terminis
in quibꝰ loquitur Cõpoſt. ſ. qñ mãdatur pro-
uideri in ciuitate vel dioceſi quia tunc veꝝ eſt
dicere ſm̃ eos quod prouidendo in cathedra-
li ꝓuidet̃ in ciuitate non ſic eſt cũ dr̃ in aliqua
eccl'iaꝝ quaſi illa dictio aliqua reſpiciat mino
res & inferiores eccleſias iuxta glo. in cle. j. in
48 ver. aut earum parte. de foro compe. † vbi di-
cit quod dictio aliqua verificat̃ in qualibet re
minima, prout ẽt ponit Panor. ĩ. c. paſtoralis,

a Eccleſiaſtici add. ꝙ
etiam non dicuntur va
care vt in clem̃. j. & ibi
gloſ. in ver. menſa. de
ſupplen. negligen. pre-
lato. & in clemen. j. de
exceſſio. prelato. tradit
Andr. ſicul. in. c. cum
acceſſiſſet. xij. colum.
de conſtit. pro quo vi-
de notabilia verba An
to. de but. in clemen. j.
de reſcript. vt ibi refe-
runt Moder. vbi limi-
tat non procedere quã
do Epiſcopus illa in ti-
tulum contuliſſet, quia
tunc poſſunt a menſa
ſeparari, iuxta gloſ. te-
nues, & in verb. fauore
in clemen. j. de reb. ec.
non alie. lib. vj.

b De preben. lib. vj.
add. ꝙ ita cõcluſit Ro-
ta in vna cauſa Zamo-
reñ.

in prin. de offi. dele. & Pet. de anch. cõsil. clx.
presupponit &c. Old. tñ cõsil. clxxxv. incip.
thema tale eſt ticius canoni. &c. ſequitur pri-
49 mã opinionem † concludens qđ ſi quis impe-
trat gratiã a papa de perſonatu officio vel di-
gnitate ꝑtinente ad collationẽ epĩ & capituli
cõmuniter vel diuiſim nõ ĩcludit eccle. cathe-
dralis quo ad dignitates in ea exiſtentes ꝑꝑ ra-
tionẽ de qua ſupra, & ꝑ illud quod dr̃ in. l. pre
tor ait § quod aũt. ff. de iniur. &. c. ſedes, de re-
ſcriptis. ¶ Et tenẽdo p̃dictã opinionẽ Cõpoſt.
& Old. oportet dicere quod iſta verba dũmo-
do etc. exprimuntur ad maiorẽ expreſſionẽ &
cauſa tollende dubitationis reſultãtis ex ꝯ̃ria
opiniõe Io. an. in. d. c. quamuis, ſuper glo. in
verb. includi et clarius in addi. ſpec. in titu. de
action § ſuper petitione. in additione magna
ad finẽ in q̃bus locis tꝫ quod qñ ſcribit ad col
50 lationẽ epĩ includat eccleſia cathedralis † qa
ad ep̃um principaliſſime ſpectat collatio bñfi-
cioꝶ in eccleſia cathedrali. c. cum eccleſia. de
elec. ergo principalius illius beneficia vident
includi niſi noĩatim excludant, & ꝓpterea di-
cit ipſe in litteris paupeꝶ apponunt illa verba
dũmõ in cathedrali nõ exiſtat, & ſic ſm eũ illa
verba ponunt neceſſario & nõ ad maiorẽ de-
clarationẽ, a iſtud ẽt videt ſentire. d. de Rota
51 dec. cxij. ĩcip. nota qđ vbi † aliq̃s ĩ antiq̃s vbi
dñt qđ expectãs ad collõnẽ decani &. c. eccl.
cathedralis põt acceptare bñficiũ vacãs in ea.
Idẽ tꝫ alia Dec. ccxiij. incip. nota quod vbi in
antiquis vbi dr̃ quod expectãti ad collationẽ
epĩ ſimpliciter prouideri põt de beneficio &
52 p̃benda cathedrali, † quia diſpoſitio. c. quam-
uis, debet reſtringi & teneri in ſuis terminis,
videlicet qñ ſcribit ſm formã illius. c. ſ. in ali-
qua eccleſiaꝶ ciuitatis vel diocesis etc. vtcũq̃
ſit alias in alijs formis in iſta certũ eſt excludi
expreſſe bñficia eccle. cathedralis ꝑ illa uerba
ſepius dicta dũmodo &c. q̃ cũ ſint gñaliter &
indefinite prolata excludunt oĩa bñficia quã-
tuncũq̃ modica exiſtentia in eccle. cathe. c. ſi

a Declarationem add. ꝙ etiã ex alio ſuadetur, quia litere iſte pauperum, ex quo dicuntur iuſtitie. q. v. ita videt iuſtum ꝙ epiſcopus prouideat pauperi clerico, quem ſine titulo ordinauerat in eccleſia cathedrali, ſicut ĩ alia & ſic text. in dicto. c. quamuis non habet locum in iſtis literis iuſtitiæ, vt ibi dicit gloſ. in verb. includi, & gloſ. in c. accepim⁹. de eta. & qualita.



romanoꝶ. xix. di. & gl. in. c. vt circa cũ vulg.
53 † Lꝫ vna deciſio Rote. cccix. incip. nota qđ
vbi ſentẽtia in antiquis dicat quod diſpoſitio
dicti. c. quãuis ſepius allegati non habet locũ
in bñficijs modicis, ſicut eſt vicaria, quam põt
acceptare expectans in forma paupeꝶ, licet il-
la exiſtat in eccle. cathedrali, & ſimiliter aliud
bñficiũ modicũ quod non eſt de principalio-
ribus in eccle. aſſignat ad hoc duplex rõ. Pri-
ma quia diſpoſitio ſepe dicti. ca. quãuis eſt pe-
nalis, et ideo reſtringẽda, regula odia. cũ vulg.
ſecundo quia illud ibi diſponitur propter ho-
norẽ & prerogatiuã eccleſie cathedralis vt ſub
verbis generalibus nõ veniat bñficiũ exiſtens
in ea. at in modicis bñficijs eccleſię cathedra-
lis ceſſat illa rõ, quia intitulati in eis nõ inter-
ſunt negotijs capitularibus conſequenter iſto
caſu non vendicat ſibi locum rõ dicti. c. q̃uis
nec ſua diſpoſitio.[a] ad quod facit illud tritum
& vulgare. vcꝫ quod de modicis & minimis
nõ curatur. l. ſcio. ff. de reſtitu. in integ. & in.
54 c. & ſi qõnes. de ſimon. † & quod per illũ tex.
dicunt notãter docto. maxime Angel. in. l. ſe-
natus § marcellus. ff. de legat. primo, vcꝫ ſi ſta-
tutũ ꝓhibet alienare rem immobilẽ in foren-
ſem nõ habebit locũ in domuncula & parua
caſa. q tex. exclamatur pro ſingulari ad hoc ꝑ
55 Romanum ſingulari incipiẽ. hodie. † ex qui-
bus vr̃ quod pauper expectans põt acceptare
bñficium modicum in eccleſia cathedrali ſm
dominos de rota quod mihi vr̃ ſatis mirũ ex
quo gñaliter & indefinite excluduntur ꝑ illa
verba beneficia eccleſie cath.[b] maxime cũ rõ.
d. c. q̃uis. & p̃miſſoꝶ non eſt illa conſiderare
ſcꝫ bñficiũ paruũ vel magnum ſed honorem
& preeminentiam eccleſie cathedralis, quę rõ
ita militat in bñficio modico exiſtẽte in eccle-
56 ſia cathedrali, ſicut in magno † quo caſu pro-
pter identitatẽ rõnis licitũ eſt extendere con-
ſtitutionem penalẽ & odioſam p̃cipue fauore
eccleſiaꝶ, iuxta glo. in. c. ſciant cuncti. in ver.
57 alios. de elec. lib. vj. † que dicit quod cõſtitu-

a Diſpoſitio add. ꝙ ꝑ iſtam rationem & alias quas non refero Rot. in vna ciuitate dimidie portionis coram R. p. d. Nicolao Aragonia, die. xxviij. Martij. 1536 concluſit diſpenſatum per Epiſcopum ad beneficia poſſe obtinere dimidiam portionem in eccleſia cathedrali, quia ĩ tali dimidia portione ceſſat ratio p̃eminentiæ eccleſiæ cathedralis quę conſideratur in deci. ij. de fil. presb. in no.

b Cathe. add. ꝙ licet maior ratio ſit in vno caſu q̃ in alio iux. tex. in. l. j. § quod autem. ff. de vſu alee, & aleat. nã plus & minus non differunt ſpecie. l. fina. ff. fund. inſtru.

tio penalis dr̃ eſſe fauorabilis & extendenda fa
uore eccleſiarũ, idem dicit Do. cõſil. xxxvij. in
pen. col. & conſi. cvj. in. j. colum. certũ eſt aũt
quod illa verba dũmodo &c. apponunt̃ fauo-
re cathedralium eccleſiarũ ne in eis pſone ho-
58 norabiles obtineant bñficia, † ꝑ quos hono-
rantur eccleſie & ſubleuantur que per paupe-
res ſpoliantur & deprimuntur iuxta glo. in. c.
conſtitutis. in ver. impotẽtia. de appel. ꝑ que
vr̃ dicẽdũ quod illa verba excludunt gñaliter
omnia beneficia exiſtẽtia in eccleſia cathedra-
li. [a] iſtud tñ non pono pro conſtãti ꝑꝑ dictam
deciſionem contrariã dñorum de Rota quo-
rum magna eſt auctoritas apud oẽs. [b] ¶Et ex
59 ſupradictis põt ſumi ratio & cauſa † quare eſt
quod pauperes expectãtes excludunt̃ a cano-
nicatibus & alijs beneficijs exiſtentibus in ec-
cle. cathedrali, & hic clarius eã declaro, videli
cet quia ex quo qs eſt pauper p̃ſumit̃ vilis pſo
60 na. † Hic eſt quod talis minus credit̃ q̃ alteri
diuiti & potenti iuxta illud ſatyrici. Quantũ
quiſq; ſua numorũ in archa tantum habet fi-
dei & ꝓbatur in. l. iij. ff. de teſti. in §. ſancimus
in auctẽtico. eodẽ titu. & in. l. ſpadonẽ §. fi. ff.
61 de excu. tut. † Vñ ſicut magnus honor eſt eſ-
ſe canonicũ eccle. cathedralis vt dicit Inno.
in. c. fraternitatem de ſepultu. & retuli in ſu-
perioribꝰ. Ita aliquid plus eſt eſſe bñficiatũ in
eccle. cathedrali q̃ in alijs inferioribus extra
illã ꝑꝑ illius honorẽ & preeminentiã & ꝓpte-
rea arcentur pauperes expectãtes a beneficijs
& canonicatibus eccle. cath. ridiculum enim
vulgo videret̃ *vi*dere pannoſum clericum be-
neficiatum vel canonicũ in choro cathedralis
eccleſiæ iuxta illud quod dicit glo. in. c. ſtatu-
tum in ver. committantur, de reſcrip. lib. vj.
¶Demum poſt particulas p̃cedentes ponit̃ ta
62 xa. videlicet cuiꝰ fructus &c. † pro declaratio
ne iſtius partis ſciendũ eſt quod olim in hmõi

a Cathedrali add. ꝙ ex quo ẽ data forma ĩ lr̃is, certe ita violat̃ ĩ ꝑuis ſicuti ĩ magnis c. cui de nõ ſacerdotali. &. c. ſi motu ꝓprio de p̃ben. lib. vj. &. c. j. de baptiſ. & trad. mod. in. c. cum dilecta. De reſcrip. lib. vj. ꝙ licet iſta ratio poſſet etiã morderi ex quo quia illa vilitas ceſſaret & aboleret̃ habito canonicatu ex cuiꝰ redditibꝰ facile ſibi veſtes poſſet cõparare q͂a videmꝰ deum ĩfirma huiꝰ mũdi elegiſſe, vt ꝯfũderet fortia, & paupes & ignobiles aſciuit Chriſtꝰ ad apl̃atum vt p̃t ĩ. c. venerabilis. de p̃bẽ. p̃cedens tñ opinio vr̃ magis recepta ꝑ ea q̃ dicunt doct. poſt gl. in. c. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj.

b Apud oẽs add. ꝙ lꝫ ĩ aliq͂bꝰ caſibꝰ a iure exp̃ſſis modicũ attendat̃, tñ r̃larit̃ negari nõ p̃t, ꝙ diſpõ ſimpl̃r loquens minima nõ cõprehẽdit, vt tradũt mod. in. c. de appell̃o. ꝑ illum tex. de appella. & Gom. ĩ §. penales. col. ij. ĩ trac. de actio. In quo gñe vltra Cors. ĩ trac. de minimis. lx. deci. cumulat Iac. flor. de vtin. ĩ repe. l. ſi qs. C. de of. prefect. pre.



lr̃is pauperũ nõ exprimebat̃ certa taxa, ſed dicebat̃ de beneficio ſm ſuę
ꝓbitatis merita cõpetenti vt ponit Lap. alleg. 69. incip. Inno. quę verba
importabãt, vt ꝓuideret̃ expectanti de bñficio ſm qualitatem ſuę pſonę
ad arbitrium executoris, arg. l. pen §. eqtij. ff. de vſu & habi. vt ꝑ Panor.
in. c. fi. de p̃bẽ. & clarius ꝑ Butr. in. c. cũ dilectus, in. ij. col. de iur. patro.
ad qđ ẽt facit bona gl. in. c. j. ĩ ver. abſq; penuria de ſtatu regu. li. vj. Ho
die aũt iſta cõpetẽtia taxata eſt ad certam ſummã diuerſimode tñ ſm di-
uerſitatẽ regionum prout in regula de taxa ĩ forma pauperum, dicit tñ
Ioan. andr. in addi. ſpec. in titu. de conceſ. pręben. in additione magna
quod finis huiuſmodi lr̃arum videt̃ id ponere in arbitrio pauperis ex-
pectantis, ſecundũ quod ſibi volenti poſſit prouideri de minori valo-
re, de quibus verbis dubitat ibi multum. Idem Ioan. and. quia etiam ſi
dicta verba non apponerẽtur poſſet eidem de minori ſumma prouide-
63 ri, † nam quando ſumma ponitur aſcenſiue poteſt tunc etiam de mino
ri prouideri, ſecus quando ponitur taxatiue, & prout vult gloſ. not. in
c. quãuis, in ver. vſque ad certam de prębẽ. lib. vj. & latius declarat Do
mi. conſil. cxxxiij. in. vj. colum. conſequenter expreſſio illorum verbo
rum, videlicet quod volenti poſſit de minori prouideri videtur ſuper-
flua, quia expreſſio eorum quæ tacitę inſunt nihil operatur iuxta iura
vulg. tandem huic obiectioni reſpondet prefatus Ioan. and. ibidem &
in. c. cui de non. de pręben. lib. vj. quem non expedit referre, quia ho-
die non apponuntur illa verba, & bene propter ſupradicta. ¶Vltimo
pro declaratione premiſſorum circa iſtam formam & alias precedentes
64 in quibus exprimitur certa ſumma & valor. † ſciendum eſt quod valor
beneficij non computatur reſpectu vtilitatis quę habetur in reſidendo,
ſed in aportatis in abſentia, vt ſentit notabiliter Oldr. conſil. cxviij. in-
cipien. ex virtute gratię ibi dum dicit, conſtat autem redditus appellari
qui percipiuntur ex corpore beneficij & debentur vnicuique abſenti,
65 † ſubijcit etiam quod quotidiane diſtributiões & anniuerſalia non cõ-
putantur in valore beneficij. nec augent corpus prebende, ex quo dan-
tur ratione opere perſonalis, argu. tex. in. l. j. in. ij. reſpõ. ff. ſi menſ. fal.
mod. dix. & in. l. cum duobus §. ſi inchoãda. ff. pro ſocio. ibi p̃cium. n.
opere &c. idem tenet deci. Rot. 134. incip. qñ impetratur in nouiſ. dan
tur. n. tãtummodo intereſentibus diuinis, & ideo non ſunt de corpore
beneficij, nec ſub illo cõprehẽdunt̃, ad qđ facit qđ legitur & notat̃ in. c.
licet. de p̃ben. & in. c. vnico. de cler. non reſi. lib. vj. Idẽ vult alia deci-
ſio. ccccviij. et dcclxvj. in antiquis. ¶Et predicta ĩtelligo procedere, ẽt
ſi in aliqua eccleſia ex ſtatuto vel conſuetudine nihil percipiant abſen-
tes, quia pari modo valor debebit conſiderari nõ in reſidendo, ſed quã-
tum alias perciperet abſens ſi ſtatutum & conſuetudo non extarent.
66 † Habet enim prebenda ſuos redditus conſuetos licet propter ſtatutum
vel conſuetudinem non debeantur abſenti, & ita intelligo dictũ Oldr.

67 †Puto tamen quod vtilius & magis expediens expectanti eſt quod va-
lor beneficij computetur ſecundum taxationem decimę q̃ ſecundum
communem extimationem quia per induſtriam clericorum creuerunt
redditus beneficiorum, que induſtria non debet eſſe illis damnoſa. l. fi.
C. de alluuio. & notatur in. c. cum. m. fer. de conſti. & in capi. cum cle-
rici. de pac. & ita ſolet in litteris exprimi.

## SVMMARIVM

1 Forma literarum in forma pauperum pro graduatis.
2 Preſcriptio decennalis ſufficit in conſuetudine ſecundum ius cõmune introducta.
Status beneficiorum primeuus ſecularis fuit.
3 Beneficium ſeculare fit regulare ſpatio annorum. xl. ſed ecõuerſo ſufficit decennalis preſcriptio.
4 Preſcriptio quadragenaria requiritur, vt beneficium dicatur ſeculare in communi forma pauperum.
5 Summa maior cur detur in forma iſta, q̃ in ſuperiori.
6 Beneficij ſufficiẽtia conſideraẜ ẜm qualitatem, & dignitatẽ bñficiati.
7 Summa olim non ponebatur in principio gratie in forma pauperum.
8 Inquiri de idoneitate impetrantis non mandatur in literis in forma pro graduatis.
9 Executor gratie pauperis licet ſciat pauperem eſſe idoneum non ſufficit, niſi inquirat.

1 DECIMA †& vltima ptincipalis forma quo ad gratias expectati-
uas eſt pro paupibus graduatis, quę differt in aliquibus a cõi forma pau
perum p̃cedenti, primo quia in iſta poſt illa verba bñficium eccleſiaſti-
cum &c. non poniẜ ab olim clericis ſecularibus aſſignari ↄſuetum, put
ponitur in forma p̃cedenti, ſed ſimpliciter dr̃ conſuetũ clericis ſeculari-
bus aſſignari, & hoc vt reor rõne, quia fauore graduatoꝝ vult ſummus
Ponti. vt intelligaẜ bñficium ſeculare ſeu clericis ſecularibus aſſignari
cõſuetum, qñ per decenniũ pacifice & quiete fuit rectũ ꝑ clericos ſecu-
2 lares, per illud quod dicit Io. and. in. c. fin. de conſuetudi. lib. vj. †vbi
tenet ſufficere decennalem preſcriptionem in conſuetudine ſecundum
ius cõmune introducta, qualis poteſt dici iſta de qua loquimur concur-
rente maxime fauore graduatorum vt ſupra, nã de iure cõmuni omnia
beneficia cenſentur eſſe ſecularia ex eo quod primeuus ſtatus beneficio
3 rũ fuit ſecularis. † Hinc eſt quod de beneficio ſeculari fit regulare dum-
modo legittima preſcriptio quadragenaria. ſ. ſit decurſa, ſed econuerſo
ſufficit decennalis preſcriptio quaſi velint docto. ſufficere tali caſu bre-
uius tẽpus ad hoc vt res reuertatur ad naturã ſuam. c. ab exordio. xxxv.



diſti. cum vulga. itẽ propter fauorem paupe-
rum graduatorum vt ſepius dixi. a Sed in cõ-
4 muni forma pauperum poteſt dici † quod re-
quiratur quadragenaria preſcriptio vt benefi-
cium dicatur ſeculare ſeu rectũ a ſecularibus
clericis, quod denotat illa dictio ab olim que
ponitur in dicta forma communi & obmitti-
tur in iſta, et hoc modo poſſunt cõcordari opi
niones contrarie doc. in. d. c. cũ de beneficio,
& dominorũ de Rota de quibus Dec. xxxij.
incipien. fuit dubitatum, in nouiſ. & Dec.
cccclxxxvij. in antiquis. b ¶Differt inſuper
iſta a precedenti, quia maior taxa datur in iſta
q̃ in precedenti, vt puta in alemania in cõmu
ni forma pauperum datur ad beneficium cũ
cura. xx. ſine cura. xv. marcharum argenti, in
iſta vero pro graduatis ſi cum cura. xxv. ſine
cura. xviij. mar. arg. & ſimiliter in alijs parti-
bus augetur taxa pro pauperibus graduatis re
ſpectiue ad taxam que eſt in forma cõmuni
5 † & iſtud introductum eſt non ſine ratione vt
pinguius prouideaẜ graduatis in redditibus
iuxta. c. de multa. circa fi. de prebẽ. nam dicit
gl. in. c. cum adeo. de reſcri. quod ſimplici cle-
rico ſufficit tale beneficium, ꝙ non ſufficeret
nobili & ſimiliter viro litteraro & graduato, c
6 †. & ideo dicit gl. in. c. clericus. xxj. q. j. quod
ſufficientia beneficij conſideratur ſecundum
qualitatem & dignitatẽ beneficiati, facit etiã
bona gl. in. c. vnico §. ſane. in ver. abſq; penu-
ria de ſtatu reg. lib. vj. Eodẽ modo in alijs for-
mis precedentibus in quibus datur ad largam
maior eſt taxa pro graduatis q̃ pro alijs, vt ap-
7 paret ex regula de taxis beneficiorum † & eſt
aduertendũ, quod olim, non ponebatur ſum-
ma in prin. gratie in forma pauperum. immo
dabatur gratia de omni beneficio competẽti
& poſtea in fine gratie dicebatur, noſtre autẽ
intentionis exiſtit vt ſibi prouideatur de bene-
ficio cuius fructus &c. talem ſummam nõ ex-
cedunt prout declarat Rota in antiquioribus
8 Dec. vj. de preb. Tertio & vltimo differt † qa

a Vt ſepius dixi. add. ꝙ hinc eſt ꝙ licet conſuetudo cõtra ius commune non valeat niſi ſit quadragenaria, fallit tamen niſi per eam reuertemur ad ius antiquum, quia tunc ſufficiunt decem anni, vt tradit Curti. in repeti. c. fin. in glo. rationabilis. de conſuet. cum cõcord. de quibus moderni in vulga. l. ſi vnus §. pactus. ff. de pact.

b In antiquis. add. Fely. in. c. noſtra. in. iiij. corre. de reſcrip. et Barthol. Bellen. in trac. de chari. ſubſi. q. lxxxij.

c Graduato add. ꝙ hoc not. Barth. in. l. ſi conſtante in. iiij. colũ. ff. ſolut. matri.

in iſta pro graduatis non mandatur inquiri de idoneitate impetrantis quaſi iam ſemel cēſeatur approbatus ar. tex. in. l. vnica. & quod ibi no. per bar. C. de athl. li. x. at in precedenti ponitur illa clauſula ſi per ſoler-
9 tem inquiſitionem &c. † que facit conditionem & dat formam executori qua non ſeruata non valet prouiſio etiam ſi pauper alias millies eſſet idoneus & per executorem ſciretur & pronunciaretur eſſe talis quia executori per hoc non crederetur ſed oportet ꝙ hec examinatio fiat certo modo vꝫ ꝑ inquiſitionē ſolertē de qua cōſtare debet, ita formaliter dicit Egid. concl. 668. incip. clauſula allegat Pau. ita tenētem in cle. cum ei quem primo reſpōſo ſuper hoc verbo inquiſitionis de cōceſ. prebē. ℭ Hactenus dictū eſt de decē principalibus formis gratiaꝶ, expectatiuaꝶ alias nō ꝓſequor cauſa breuitatis, dicēdū eſt mō de mādatis de ꝓuidēdo, & de varijs formis executorū, qui aliquando ſunt prouiſores, aliquando compulſores, & quandoqꝫ mixti, de quibus ſigillatim dicetur.

## SVMMARIVM

1 Forma mandati de prouidendo perſone certe de certo beneficio.
2 Clauſula anteferri quem habeat effectum.
3 Clauſula dummodo non ſit ius alteri queſitum preſeruat ius habentes in re, ſed derogat habentibus ius ad rem.
4 Clauſula retrotractiua perinde ac ſi &c. quid importet.
Limitatio cle. j. de conceſ. preb.
5 Gratie due expectatiue habentes eandem datam mutuo ſe impediunt.
6 Habentes eandem datam quando concurrunt, quis preferatur & quid ſi ſunt etiam pares in proceſſu.
7 Prouiſionem nouam habens cur preferatur expectanti.
8 Mandata duo ſi ſint ad idem beneficium, primum preualet niſi de primo fiat mentio in ſecundo.
9 Reſeruationum quedam ſunt generales, quedam ſunt ſpeciales.
10 Effectus clauſule, ēt ſi bñfitiū ſit gñaliter vel ſpecialiter reſeruatū, qs ſit.
11 Clauſula preterqꝫ per obitum apud ſedem, quare ponatur.
12 Papa non ꝓſumit̃ ꝑ verba gñalia velle preiudicare primo reſeruatario.
13 Non obſtantia generaliter prolata nunqꝫ alteri in ſpē preiudicat ſuper iure ſuo, niſi ſpecialiter illud exprimat.
14 Beneficium impetrans in fauorem alterius ſpecialiter reſeruatum non prefertur illi, licet habeat clauſulam anteferri.
15 Reſeruatio generalis vſqꝫ ad certam ſummam quid importet.
16 Pape intentio non eſt velle preiudicare habenti ſpecialem reſeruationem ſuper beneficio.
17 Beneficij reſeruati prouiſio de reſeruatione non facta mentione in quo locum habeat.

De man.



# DE MAN. DE PROVIDEN.

1 PRIMA IGITVR Forma † mādati de ꝓuidēdo eſt qñ ſcribit̃ ꝓ certa ꝑſona & ꝓ certo bñficio, exēplū in. c. ex ꝑte. lo ꝑmo. de offi. dele. ibi dū dicit, vt ſi auunculus ſuus archidiaconatū quē hꝫ ĩ eccleſia illa velit oīno dimittere ipſum ei facias aſſignari, & ſic tale mādatū reſpicit fauorē certe ꝑſone, & cōphēdit certū bñficiū. ℭ Circa hāc formā notādū eſt primo, qđ hñs tale mandatū, ſi in eo eſt clauſula anteferri, prefert̃ expectāti, q eſt prior in data, ēt ſi expectans tēpore date talis mādati iam acceptauerit illud bñficiū, dūmodo ſibi de illo nō obtinuerit prouideri,
2 † & hoc ꝑꝑ clauſulā anteferri, ꝑ quam poſterior in data prefertur priori habenti ſolum ius ad rē, quale eſt illud quod queritur per ſolā acceptationem, vt probatur in. c. quodā. de preben. li. vj. per quē tex. ita tenuerunt domi. de Rota dec. viij. incip. vnus innocētianus in titu. de cōceſ. preben. in antiquioribus. ℭ Ex quo infertur, quod ſi apoſtolicus expectans vacante beneficio illud acceptauit, & antequam obtineat ſibi de illo per executorē vel ſubexecutorē prouideri alius impetrat a papa tale beneficiū tāquā vacans, certe preualet iſtius impetratio, ēt ſi in ſuis litteris ſit clauſula, dummodo tempore date preſentium non ſit alteri ius queſitum, nec poteſt dici ſurrepticia ex eo ꝙ de iure expectātis id eſt de ſua acceptatione non faciat mentionē, ꝓut tenēt domi. de Rota Deciſ.
3 244. incip. licet de more. in nouiſ. † ad hoc ēt facit doctrina Io. and. & doc. in. c. cām que. de reſcri. vbi dicūt qđ dicta cl'a dūmodo nō ſit alteri ius q̃ſitum, ꝓſeruat hñtes ius in re, ſed derogat hñtibus ius ad rem, idē conſulendo tenuit Cal. in tit. de reſcrip. conſi. viij. ad finem, & Roma. conſi. cclvj. ℭ Notandum eſt ſecundo circa iſtam formam, quod habēs tale mandatū de prouidendo vt ſupra, licet illud ſit conditionale, videlicet ſi per diligentē examinationē &c. prefertur expectanti habēti gra-
4 tiam purā, † dūmodo in huiuſmodi noua prouiſione ſit clauſula retrotractiua perinde ac ſi &c. fiatqꝫ purificatio conditionis ante vacationē beneficij, talis. n. purificatio operatur, vt prouiſio eidem poſtea facta ꝑ executorē perinde habeatur, ac ſi tēpore date facta eſſet, ita firmat Rota Deciſ. ccclxxxiij. inci. ſi papa. in nouiſ. limitando iſto modo diſpoſitionē clemē. prime. de conceſ. preben. quod ego intelligo procedere ēt ſi expectans prior in data iā fecerit acceptationē illius beneficij non ſequuta prouiſiōe tēpore date noue prouiſionis, & hoc propter clauſulā anteferri vt dixi in principio. Sed hoc nō procederet in duabus gratijs expectatiuis ſucceſſiue ad eandem collationem duobus conceſſis, quāuis poſterior habeat clauſulā anteferri, & alias de quibus ſupra, propter verba que in huiuſmodi gratijs dicuntur videlicet, qbus omnibus preterquam auctoritate noſtra in canonicos receptis, vel ſimilia beneficia
5 ibidem expectantibus te volumus anteferri. ℭ † Idem dico ſi due gra-

tie expectatiue habent eādē datā, quia alias mutuo ſe impedirent argu.
l. duo ſunt ticij. ff. de teſtamen. tut. &c. ſi quis iuſto. de electio. lib. vj.
6 † & ideo in tali caſu, ſi ambo expectantes concurrunt ſimul ad idem be
neficium, ex quo habent eandem datā & ſimiles ſeu pares clauſulas ſta-
tur diſpoſitioni. c. duob⁹. de reſcriptis li. vj. iuncta Deci. Rote. ccccij.
incip. nota ſi vnus, in antiquis, vbi dr̄ quod tūc p̄fertur diligentior in ꝓ-
ceſſu. ſed ſi pares ſunt etiam in fulminatione ꝓceſſus recurritur ad p̄ro-
gatiuas, de ꝗbus late dicetur in vltima parte huius operis circa lr̄as gra-
tiæ. Ratio autem differētię inter duas expectatiuas adinuicē concurren
tes & mandatū nouę prouiſionis, qn̄ concurrit cum expectante, iſta eſt,
videlicet quia lr̄æ expectātium habentes eandem datā ſunt generales,
nam habitualiter includūt plura beneficia ſed nullum certum, & ideo
7 generi ꝑ genus non derogat̄, ſed recurritur ad ea quæ p̄dixi. † At hmōi
mandatum de prouidendo reſpicit certū corpus talis beneficij iam va-
cantis, & ſic eſt ꝓuiſio ſpecialis, nimirum ergo ſi generi, id eſt lr̄is expe-
ctatiuis, quę ſunt generales vt dixi ꝑ ſpeciem derogant̄ iuribus vulg. &
8 quaſi in terminis in. c. quāuis tibi. de p̄bē. lib. vj. ¶ † Secus dicerem qn̄
concurrunt duo mandata de ꝓuidendo ambo ſpecialia ad idem corpus
beneficij, ꝗa tunc p̄ualet primum in data, etiam ſi reſpiceret tale benefi-
cium cū vacabit, non obſtāte ſecūdo, quod eſt cōceſſum ad illud idē be-
neficium iam vacans, nam cum vtrunq; reſpiciat idem bn̄ficium, & ſic
vtrunq; eſt ſpeciale, debet p̄ualere primū, niſi de primo fieret mentio in
ſecundo prout vult glo. not. & ſequūtur doc. in. d. c. quāuis ſuperius al
legato. Nec ſufficeret ſi in ſecūdo mandato diceret̄, etiam ſi ſit generali
ter vel ſpecialiter reſeruatū, quia talis clauſula non eſt potens ad tollen-
9 dum oēs reſeruatiōes quarum diuerſę ſunt ſpecies. † Quędā enim ſunt
generales vt patet in extrauaganti execrabilis Ioā. xxij. Quędā ſunt ſpe
ciales quo ad certum corpus beneficij, non tn̄
pro certa ꝑſona vt patet in. c. olim. de re iudi.
& in. c. ſi eo tempore. de elec. lib. vj. Quędam
alię ſunt ſpeciales ſuꝑ certo corpore beneficij
& in ſpecie pro certa perſona vt in. c. ex parte
lo primo. de offi. deleg. & in. c. dudum. de prę
10 ben. li. vj.[a] † ex quibus apparet quod licet in
tali mandato poſteriori apponat̄ dicta clauſu-
la etiā ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſerua-
tum, illa tn̄ non eſt apta tollere oēs reſeruatio-
nes patet quia non tollit reſeruationē genera-
lem clauſulā in corpore iuris, vt qn̄ beneficiū
vacat in curia, niſi de illa faceret mentionē ſpe
cialem & expreſſam. c. ij. de p̄ben. lib. vj.[b] † &
ideo cum impetrant̄ beneficia certo modo va

a Lib. vj. add. ꝙ latius proſequuntur Moder. peruſi. in trac. reſeruat.

b De p̄ben. lib. vj. add. ꝙ hoc ꝓcedit ēt ſi in ſupplicationibus vel mādatis fuiſſet apposita illa clauſula quę cōiter apponitur de ſtilo v3 quācunq; generalem reſeruationē īportantē ꝗa ꝑ hoc



cantia & ponit̄ clauſula, et quod vltimus vere
vacationis modus etiam ſi ex illo quęuis reſer
uatio generalis ēt in corpore iuris clauſula re-
ſultet habeant̄ pro expreſſis.[a] ibi ante verbū
habeant̄. ſolent poni hæc verba. vc3 p̄terquā
per obitum apud ſedem. & hoc ne papa in im
petratione hmōi decipiatur. talis enim reſer-
uatio non includit̄ in impetratiōe niſi ſpecia-
12 liter exprimat̄ vt dixi. † Licet alias in ſuppli-
cationibus ꝓuiſionum per obitum ſignādis ꝑ
papam nulla reſeruatio expreſſa vel exprimē-
da cōſueuit caſſari. Pari modo nō debet poſſe
tollere reſeruationē certi bn̄ficij in fauorē cer
te ꝑſonę reſeruati,[b] per ſola illa verba genera-
lia, quia ꝑ hoc in totum excluderetur reſerua-
tiuus † non p̄ſumitur autem ꝙ papa ꝑ illa ver-
ba generalia voluerit ꝓmo reſeruatiuo in tm̄
p̄iudicare, vt excludatur in totum ex quo de il
lius ſpeciali reſeruatione, non fuit informat⁹
arg. c. quibus. & c. ſi propter tua. de reſcrip. lib.
vj. & in hanc partem inclinat Dom. cōſil. xij.
13 incipiē. vtrum ille &c. † vbi allegat Io. mo. in
extrauag. dudum boni. xj. dicente ꝙ hmōi nō
obſtantia generaliter prolata nunquam p̄iudi
cat alteri in ſpecie ſuper iure ſuo, niſi ſpeciali-
ter illud exprimat.[c] Concludo ergo quod illa
verba etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter re-
ſeruatum non p̄iudicant reſeruatiuo habenti
ſpecialem reſeruationē ſuper certo beneficio,
niſi de tali reſeruatione diſpoſitiue fieret men
tio, ſecus ſi cōditionaliter ꝑ ſupradicta ꝓ quo
facit quod in ſimili ſeruat ſignatura gratię. nā
qn̄ Cardinalis in ſupplicatiōe commendę de
beneficio ꝑ obitnm vacante ſibi faciendę nar-
rat defunctum familiarē ſuum continuū com
menſalē additur clauſula. & quod diſpoſitiue
dicat̄, quod fuit familiaris continuus cōmen-
ſalis dicti Cardinalis, non ſufficit ergo pone-
re familiaritatē conditionaliter per ea quę cō-
14 cluſi in p̄cedentibus. † Quæ concluſio proce-
dit & habet locum, ēt ſi in ſecundo mandato
ſeu noua prouiſiōe eſſet clauſula anteferri nō
includeret̄ reſerua-
tio d. c. ij. licet quo ad
alias reſeruatiōes gene
rales ſufficeret, niſi eſ-
ſet reſeruatio ſpālis de
illo beneficio facta cer-
tę ꝑſonę quia tali caſu
requireret̄ ſpecialis mē
tio ſicut de reſeruatio-
ne d. c. ij. vt notabiliter
omnia iſta declarat Ge
mi. conſil. xij. quod eſt
verū niſi papa eidem re
ſeruatiuo cōcederet ꝗa
tali caſu mentio ſpālis
non reꝗrit̄, vt dicit Fe-
der. in tract. de rer. per-
mut. q. iiij. & ad prędi-
cta conferūt ea quę ſcri
bit Fely. in. c. in nr̄a. in
v. corr. de reſcrip.

a Pro exp̄ſſis. add. ꝙ qn̄ ex narratiua pōt cōprehēdi genus reſeruatiōis papa non dr̄ decipi, & ideo īdiuidua mētio non reꝗritur ꝗa ſufficit exprimere eꝗpollens, vt in deciſi. 216. in no. incip. & voluerunt & deci. xiij. de pręben. in antiq. & ita declarat̄ deci. Egid. 9.

b Reſeruat. add. Gemi. conſil. 123.

c Exꝓmat add. ꝙ hoc late proſequitur Deci. conſil. 168.

obſtante eo quod dictum eſt ſupra in pnc. huius formę videlicet qđ ha-
bens mandatū de prouidendo cum clauſula anteferri pfertur expectan-
ti qui ſolūmodo fecit acceptationē prouiſione non ſubſequuta, quia in
illo caſu licet piudicetur expectāti quo ad iſtud bñficium propter nouā
prouiſionē ſecundi impetrantis, tñ ex toto gratia ſua nō perimitur, ſed
remanet ſibi ius ſaluum acceptādi aliud bñficium cadens in ſua gratia.
15 † Idem dico in reſeruatiuo habente reſeruationē generalē, puta in dñio
Venetorum ad certam ſummā, quia hñs nouam prouiſionē certi bñfi-
cij vacantis in. d. dominio pcedet illum, qui nondū fecit de tali benefi-
cio ſibi prouideri per eandem rōnem. l. illud. ff. ad leg. aqui. cum vulg.
Quę rō ceſſat in reſeruatiuo hñte reſeruationē ſpecialem ſup certo bñfi-
cio vacaturo, cui p nouam puiſionem de illomet bñficio iam vacāte nō
piudicatur, qa ſic in totum & ppetuo durante illa vacatione remaneret
16 excluſus, quod eſſet abſurdū & contra mentē Papę † cuius intentio nō
fuit piudicare habenti ſpālem reſeruationē ſup illo bñficio, ex quo de il
la non fuit facta mentio. argu. c. ſup eo. de offi. deleg. & c. quis, de re-
ſcrip. lib. vj. & p hanc rōnem determināt ſimilem qōnem dñi de Rota
17 deci. 244. incip. licet de more in nouiſ.[a] † Quę
ratio ceſſat qñ beneficium eſt reſeruatum ſoli
papę & non in fauorem certæ pſonę, valet. n.
tunc noua puiſio papę licet de tali reſeruatiōe
non fiat mentio, prout tenet Rot. deci. 877. incip. vtrum ſi papa confe-
rat, in antiquis. add. q; eſt aduertendū, q; qñ papa facit mandatū de pui-
dendo ſimile iſti, dr manū apponere, & tale mandatū includit quādam
reſeruationē ſpālem, ſm Egidium in cōſi. 34. verſi. ad ſecundū dubium
cum ſeq. & eſt expſſum in extrauag. Pauli ſecūdi incip. ad Romā. ti. de
pbē. Et talis manus appoſitio impedit ordinariū, & alios inferiores, vt
in d. extrauag. donec habeat res effectum, de quo alibi lati⁹ dicam. Hic
et caderet non impertinenter vna difficultas, quę videret apponere ma-
gnum tumultū oibus pdictis, vz nunquid ea, quę dicta ſunt, vz q; per
illam clam quācunq; generalem reſeruationē importantē non includi
reſeruationem de vacanti in curia, nunquid hoc procedit qñ Papa con-
certit mandatū motu proprio, prout omnia mādata videnť ita cōcedi,
& certe ſi nō conſideret dictū Lap. cum quo ſimpliciter tranſeūt doct.
in. d. c. ij. videt hoc ſufficere, tñ ego putarem contrarium, quia Lap. vi-
detur loqui in gratia de beneficio vacanti, ſed in mandato de vacaturo,
ſatis dubito propter diſparitatem rationum, & ideo cogita.

a In nouiſ. add. Egi. deci. 167.

## SVMMARIVM

1 Forma lrarum qñ ſcribitur pro pſona incerta, ſed de beneficio certo.
2 Executor mandati de prouidendo de certo beneficio perſonæ incertę



alteri vices ſuas committere non poteſt.
3 Vnio quando mandatur fieri eccle. vel beneficij vacanti, executor ad hoc datus alteri vices ſuas non committit.
4 Vnionis mandatum pręcedens an tollatur per nouam prouiſionem.
5 Vnio non poteſt fieri de beneficio non vacante.
6 Ablatiui abſolute poſiti non ſemper ſtant conditionaliter.
7 Clauſula anteferri non habet vim ſuam, niſi ad gratias ſibi ſimiles, non autem ad maiores.
8 Gratia vnionis fiendę eſt omnino diſſimilis, & maior quam ſit gratia mandati de prouidendo.
9 Collatio quæ fit impetranti beneficium in titulum, etiam ſi fiat vigore reſeruationis papalis, non impedit vnionem reſpectu proprietatis beneficij, ſed ſuſpenditur pro illo tempore eius effectus.
10 Pręiudicium modicum eſt in mora non longi temporis.

SECVNDA FORMA principalis mandati de prouidēdo eſt
1 † quando ſcribiť pro perſona incerta ſed ſup beneficio certo, & iſta po-
tius reſpicit fauorem eccleſię q̄ꝫ perſonę. Hinc eſt q; executor talis man-
dati vices ſuas alteri cōmittere non pōt, niſi aliud in lrīs dicatur, tex. eſt
2 & exemplū in. c. is cui, † in ſecūdo reſpō. de offi. deleg. lib. vj. quia vt di
cit ibi tex. in eligendo pſonam idoneam videť fuiſſe electa induſtria p-
ſone talis executoris facit tex. in. c. fi. de offi. deleg. Hoc etiā ponit deci.
3 Rotę. ccccxliij. incip. fuit dubitatū vtrū exec. in nouiſ. † Idem dico qñ
mandať fieri vnio eccleſię vel alicui beneficio vacanti aut menſe epiſco
pali ſede vacante, qa iſtis caſibus verſatur pncipaliter fauor eccleſiæ, put
4 etiam in exēplo proxime pcedenti. † Sed hic cadit dubium ſatis notabi
le, pone q; beneficiū quod venit vniēdum nondū vacet tpe quo fit man
datum vnionis, ſed mandať vniri in euentum qđ rector illius cedat vel
decedat. ¶ Dubitať nunquid eo poſtmodū actualiter vacāte, ſi alius de
eodē ſic vacante obtineat ſibi puideri cum clauſula anteferri, & cū clau
ſula non obſtantiarū generali, debeat pferri in tali beneficio, non obſtā
te mandato vnionis, dico excludendo pus vnum caſum clarū videlicet,
q; ſi papa iam tale beneficiū vniuit & annexuit, tunc habens mādatum
nouę prouiſionis excluditur, non obſtante q; in ſuis literis habeat clau-
ſulam anteferri, quia illa prout in ſuperioribus dixi præſeruat haben-
tes ius in re, quale poteſt dici eſſe illud quod fuit cauſatū ex dicta vnio-
5 ne, licet tempore vnionis beneficium illud nōdum vacaret, † nam vnio
poteſt fieri de beneficio nondum vacante. c. & temporis qualitas. vj. q.
j. & notatur in. c. j. ne ſede vacan. vnde illa verba cedente vel deceden-
6 te rectore † licet ſint ablatiui abſoluti qui alias conditionem faciunt vt
in. l. a teſtatore. ff. de condi. & demon. & per glo. in. l. cum ab eo. ff. de
contr. emp. tamen iſto caſu nō ſtant conditionaliter ſed ſolum diē adij-

ciunt quę omnino eſt exitura: nam certũ eſt quod rector illius beneficij aut cedet aut decedet, & ita ꝑ hæc & alia motiua tenuit in ſimili quęſtione Old. conſi. ccxxiij. incip. factũ tale eſt. Hinc ĩnoleuit praticha, quando in vacãtibus per obitum ponitur clauſula. Et cum ſuſpenſione quarumcunq; reſeruationum vnionum grãrum expectatiuarum &c. dicta clauſula ſolet caſſari, quia reſeruationes & vniones eo tunc cum beneficia vacant ſortiuntur effectum, & ideo non vult papa per nouam prouiſionem derogare vnioni iam factę per ſupradicta. ¶ Sed caſus dubitabilis eſt qñ papa non vniuit a ꝑncipio, ſed vniri mandauit bñficium vacaturum ꝑ ceſſum vel deceſſum, quo caſu nondum dr̃ ius in re quæſitũ taliter impetrãti, ſed ſolũmodo ius ad rem quod videt̃ tolli per clauſulã anteferri appoſitam in noua prouiſiõe per ea quę in ſuperioribus dixi.[a] Nihilominus hoc non obſtante idem puto dicendũ iſto caſu qđ dixi in caſu ꝓxime ꝑcedenti, quia clauſula anteferri appoſita in noua prouiſione non extẽ

a Dixi. add. ea q̃ tradunt moder. in c. capitulum. de reſcrip.

7 dit vim ſuam niſi ad gratias ſibi ſimiles, non autem ad maiores arg. eoꝝ que habent̃ in. c. ſedes. de reſcri. & in. c. qui

8 agendum de procu. li. vj. † ſed ſic eſt quod gratia vnionis fiende eſt omnino diſſimilis & maior q̃ʒ ſit gratia mandati de prouidendo, nã illa eſt perpetua, hęc temporalis, illa fauorabilis, hec odioſa. c. quamuis, de preben. li. vj. illa eccleſiam ſeu bñficium per modum proprietatis applicãt alteri eccleſie, vt augeatur cultus diuinus, vel ob aliam iuſtã & rõnabilẽ cauſam. c. eam te. in fi. de eta. & qualita. & in. c. vnico. x. q. ij. Hęc autẽ per modum tituli per quem potius prouidetur perſone q̃ʒ eccleſie, conſtat aũt inter predicta eſſe magnam differentiam vt legitur & notatur in. c. eum qui. de eo qui mittitur in poſ. lib. vj. Preterea aliter dicendo excluderetur in totũ ius vnionis & ſic militat ratio, qua in ſimili vtunt̃ domini de Rota diciſ. ccliiij. inci. licet de more in nouis & in hanc ſententiã vr̃ inclinare Old. in. d. conſil. de quo ſupra. Poſſet tñ dici fauendo iſti qui habet nouam prouiſionem ad hoc vt dicta clauſula anteferi aliqd operet̃, ꝙ vnio poterit tunc fieri ſed eius finalis & totalis effectus ſuſpenditur pro illo tẽpore, quo iſti impetranti confertur beneficiũ id

9 eſt durante eius vita. † Collatio. n. que ſit impetranti beneficium in titulum etiam ſi fiat vigore reſeruationis papalis non impedit vnionem reſpectu proprietatis bñficij ſed ſuſpẽditur pro illo tẽpore eius effectus, prout firmat Rota deciſ. xix. incip. nota quod reſeruatio in antiquis. & iſta pars equitatem habet in ſe. videlicet vt vtraq; gratia ſuo tẽpore ſorciatur effectum maxime cum habens nouam prouiſionem poſſit breui

10 mori † & ſic in mora non longi tẽporis modicum eſt preiudicium. l. ſi debitori. ff. de iudi. l. quotiens. C. de precip. impe. offer. differtur enim vt dixi effectus vnionis ad tempora & non perpetuo arg. l. cũ ita. ff. de



condi. & demon. Sed prima pars vr̃ verior in puncto iuris & propterea ad omnẽ dubitationem tollendã conſueuit apponi in tali mãdato noue prouiſionis hęc clauſula ſuſpendentes quaſcunq; vniones &c.

## SVMMARIVM

1 Forma litterarum qñ ſcribitur pro perſona incerta de incerto bñficio.
2 Littere facultatis ſunt fauoribiles, & quę ſint.
3 Res facilius renaſcitur, q̃ʒ de nouo naſcatur.
4 Littere facultatis a mandato de prouidendo in quibus differant.
5 Impetrans litteras facultatis a papa pro ſe, & ſi ordinariꝰ habeat facultatatem conferre ſibi beneficium alias forte reſeruatum vel deuolutum, dicitur recipi auctoritate ordinarij.
6 Impetrans lr̃as facultatis an teneatur facere mentio. de bñfi. obtentis.
7 Nominatus per lr̃as facultatis an & qñ ꝑferatur apoſtolico impetranti.
8 Impetrans apoſtolicus ꝑfertur noĩato, niſi prius ſit fcã prouiſio noĩato.
9 Papa licet litteras facultatis concedat, non ob hoc a ſe poteſtatem conferendi abdicat.
10 Noĩati per Reges hiſpanie virtute apoſtolici indulti non preferuntur apoſtolicis expectantibus, niſi aliud indulto caueatur.
11 Reges habentes indulta nominandi ſunt nudi miniſtri pape.
12 Laicus qualiter exerceat ſpiritualia ex pape priuilegio.
13 Electo quale ius acquiratur ante confirmationem, & preſentato ante inſtitutionem.
14 Reges habentes indultum nominandi, ad beneficia reſeruata nominare non poſſunt.
15 Nominatus a rege habente indultum an preferatur nominato a Regina ſimile indultum habente.
16 Nominati per reges ob indultum an preferantur ſcriptoribus apoſtolicis, vel alijs officialibus.

1 TERTIA FORMA mandati de prouidendo eſt † qñ ſcribitur pro incerta perſona & de incerto bñficio, de qua hr̃ in. c. q̃ʒuis lo. ij. de prebẽ. lib. vj. ibi dum dicit poteſtatẽ dedimus bñficia ſex clericoꝝ tuorum cedentiũ vel decedentium auctoritate noſtra perſonis idoneis conferendi. ſimilis forma ponitur in. c. dudum eo. titu. & lib. pro cuius declaratione ſciẽdũ eſt quod hmõi littere vt plurimum cõcedunt̃ ordinarijs ſuper beneficijs reſeruatis, vel alias legittime ad curiam deuolutis.

2 † Que proprie appellantur littere facultatis & ſunt fauorabiles vt probat bonus tex. in. c. ſi cui. de preben. lib. vj. nam per eas reducitur ordinarius ad ius ſuum primeuum & naturale, conferẽdi ſcilicet bñficia ſuę eccleſię & dioceſis, facit tex. in. c. ab exordio. xxxv. di. & in. l. ſi vnus §.

pactus.ff.de pact.iuncta.l.filio quem pater.ff.de lib. & poſth.ibi.non
tranſlatus ſed redditus &c.& ita per iſtam ratione͂ tenet Pet.de ancha.
3 conſi.cxxxj.incip.ad excluſione͂. † pro quo e͂t facit,quia facilius res re-
naſcitur q͂ de nouo naſcatur, vt probat bonus tex.in.l. ſi teſtame͂tu͂.ff.
de teſta.l.inter §. ſacram.ff.de verb. oblig.Ex quibus patet ꝙ ſi ſcribit
ſub predicta forma alij quam ordinario collatori dicetur ma͂datum de
4 prouide͂do,& no͂ littere facultatis,inter que longa eſt differe͂tia. ❡ † Et
primo quia per litteras facultatis non dicit grauari eccleſia, & ſic non
habet locum diſpoſitio.c.mandatum, cum ſua materia, de reſcri.ſed p
mandatum de prouidendo bene grauatur,vt dicit glo.not. in.c. cu͂ ali-
quibus,in ver.concedimus facultate͂,de reſcrip.lib.vj. ❡Secundo diffe
runt in alio,quia cu͂ littere facultatis dirigantur ordinario prouiſus vel
5 receptus virtute eaꝝ ce͂ſetur receptus auctoritate ordinarij, † ex quo ſe-
quitur quod ſi quis impetrat hmo͂i litteras a papa pro ſe vt ordinarius
habeat facultatem conferre ſibi beneficiu͂ alias forte reſeruatum vel de-
uolutum cum dicatur recipi auctoritate ordinarij & non pape per di-
6 ctum.c.cum aliquibus † vt dixi,forte taliter impetrans no͂ habet neceſ-
ſe facere me͂tione͂ de b͂nficijs que obtinet iuxta diſpoſitione͂ clem.ſi.de
offi.ord.ↄ̄rium tn͂ in hoc tenet Io.mo.Arch.& Moder.in.d.c.cu͂ aliq
bus mouentur bona ratione,que e͂t mihi placet videlicet,quia per tales
litteras remouetur impedimentu͂ pp quod ordinarius conferre non po
terat,& ſic per eas preparatur via ad obtinendum b͂nficiu͂, vnde ide͂ ius
debet eſſe de termino quod de via que ducit ad terminu͂.l. oratio.ff.de
ſponſ.& in regula cum quid cu͂ vulg.facit e͂t bona gl.in.c.ſi apoſtolice,
in glo.pe.de preben.lib.vj.Dictum ergo circa iſta͂ ſecunda͂ differentia͂
verum eſt in ſe,licet illatio no͂ ſit vera per ſupradicta. ❡ † Ex quo dicto
7 infero ꝙ ſi prouiſus auctoritate mere apoſtolica concurrit cu͂ nomina-
to per litteras facultatis,certe apoſtolicus prefert noiato arg. c. hi qui.
&.c.ſi a ſede.de prebe͂.lib.vj.quod abſq; dubio procedit, ſi vtraq; pro-
uiſio repiat facta eade͂ die,tu͂c.n.neutro eoꝝ poſſide͂te,ille,cui papa pui
dit pp eiuſde͂ maiore͂ prerogatiuam.erit alteri preferendus,vt i dictis iu
8 ribus. † Sed ſi noiato per lr͂as facultatis facta ſit prius prouiſio,tunc pre-
fertur apoſtolico poſtea prouiſo,prout tenet Pet.de anch. conſil.ccxv.
incip.ſcripſit papa,alias ſi noiatus per tale͂ facultate͂ concurrat ad prebe͂
da͂ vacante͂ cu͂ impetrante apoſtolico,tunc impetra͂s apoſtolicus prefer-
9 tur noiato † quia papa concedendo lr͂as facultatis,pp hoc non ligauit ſi-
bi manus ne videatur a ſe poteſtatem co͂fere͂di
abdicaſſe.c.dudum,de p͂be͂.lib.vj.& ita tenet
rota in antiquis deciſ.lv.incip.nota ꝙ vbi ali
10 quis.[a] ❡ † Et iſta ſunt notanda ad noiatos p
Reges Hiſpanie virtute indulti apoſtolici, vt
non preferantur impetrantibus ſeu expecta͂-

a Aliquis add. ꝙ volunt moder. in tract. de Bene.in. 29.q.iij.par. col.j.





tibus apoſtolicis,niſi aliud caueat in indulto regu͂,iuxta cuius tenore͂ &
continentiam iudicandum eſt.c.porro.&.c.recepimus de priuil. ratio
ſummitur ex premiſſis & magis ſpecifice ex hoc quod ſequit videlicet
11 † qa in iſta nominatione prefati regis & alij habentes ſimilia indulta
ſunt delegati,immo potius nudi miniſtri pape,iuxta illud qd dicit Ioa͂.
12 an.in.c.ij.de pręben.li.vj. † quotiens papa ex priuilegio transfert iura
ſpiritualia in laicum no͂ execrat illa nec ſunt in laico vt fundata in ipſo
ſed vt in miniſtro & agente nomine pape,ad quod facit bonus tex.que͂
ibi ad hoc ponderat dominus Anto.in.c.cu͂ apoſtolica,de hijs que fiu͂t
a prela.Nec obſtat ſi diceret ex quo ſunt nudi miniſtri vt ſupra ergo vi-
detur quod nominatus p eos cauſat ius a papa non ab ipſis nominanti-
bus arg.l.ſi quis ticio.ff.de leg.ij.& ſic poteſt dici nominatus p papam
quia is facit cuius nomine ſit ſeu cuius auctoritate & mandato actus ex
plicatur.c.mulieres in ſi. de ſenten.exco͂. quia ad hoc reſpondetur qd
taliter nominatus conſequit ex tali noiatione ſalte͂ facultate͂ ad obtine͂
dum plenum ius in b͂nficio perficiendu͂ facto & miniſterio pſone eccle-
ſiaſtice ſciltcet executoris, vnde apparet quod aliquale ius p͂paratoriu͂
13 ſalte͂ cauſat nominatus a nominante argu.l.oratio.ff. de ſpon. † prout
e͂t dicitur in iure quod querit ex p͂ſentatione patroni quo media͂te per-
uenitur ad inſtitutione͂,& ſimiliter in electione per qua͂ ante confirma
tione͂ querit ius proſequendi electione͂ ad obtinendu͂ plenu͂ ius per con
firmatione͂ ſuperioris, vt tenet glo.ord. in.c.noſti. & ibi Inno.& in.c.
ex traſmiſſa.de elec.ponunt domini de rota Dec.ccccxcij.incip.cu͂ ad
14 capitulu͂ in nouiſ.hoc mo͂ intelligentes gl.in.c.qua͂to.lxiij.di. ❡ † An
aute͂ reges vigore talis indulti poſſint nominare ad prębe͂das vel digni-
tates reſeruatas,puto quod no͂,niſi aliud exprimatur in indulto, & hoc
propter decretu͂ appoſitu͂ circa b͂nficia reſeruata,ro͂ne cuius vr͂ Papa vo-
luiſſe habere pro illicito quicquid in ↄ̄rium fieret abſq; ſua licentia ſpe-
ciali,arg.c.dilecto ad fine͂ verſic.niſi forte.de pręben.& que notat Fel.
& Moder.in.c.cu͂ acceſſiſſent.de conſtitut. ſcie͂du͂ eſt tn͂ ꝙ in Curia no͂
derogatur indulto dictoꝝ Regu͂ quoad Canonicatus & prębendas gra
duatoꝝ in eccleſijs cathedralib⁹ & Metropolitanis caſtelle,et regionis.
15 niſi ad eoru͂de͂ regis & regine inſta͂tia͂. ❡ † Sed quid ſi Rex habet indul-
tu͂ nominandi tot idoneas pſonas in tot eccleſijs. & Regina habeat ali-
ud indultu͂ conſimile,pone,ꝙ nominant quilibet eoꝝ de per ſe ad ean-
dem prębe͂da͂ in genere puta ab prima͂ vacaturam in certa eccleſia, quis
vel vter eoꝝ preferatur,dico ꝙ ſi in altero indulto caueatur ꝙ nomina
ti vel nominandi ab eo nominatis & nominandis ab alio preferantur,
tunc caſus eſt clarus,& ſatis eſt ꝙ ita principi placuit.§.Sed ꝙ principi.
inſti.de iure natu.glo.in.l.relegati.ff.de pe͂.alias ceſſantibus predictis
clauſulis antelationu͂, prius nominatus p vnum prefertur alteri poſtea
nominato in aſſecutione prime præbende vacantis, prout ſentit Rota

16 deciſi. dccclxxxj. incip. Papa. in antiquis. ¶ †Sed an taliter nominati
per reges preferãtur ſcriptoribus apoſtolicis, vel alijs officialibus, & in
hoc non poteſt dari certa rñſio, quia inſpiciendus eſſet tenor indulti &
priuilegiorũ & iuxta illum iudicãdum. d. c. accepimus. de fide inſtr. &.
c. porro de priui. Pridie tñ fuit iudicatũ in Rota pro nominato per Re-
gem Hiſpanie ꝯ ſcriptorẽ apoſtolicum propter clauſulas fortiores con-
tẽtas in indulto cõceſſo regibus Hiſpanie per Alex. Papã. vj. in quo vo
luit ꝙ nominati per indultum preferantur omnibus alijs exceptis decẽ
familiaribus ſue ſanctitatis in cancellaria deſcribẽdis. & licet idẽ Alex.
conceſſerit ſcriptoribus apoſtolicis preogatiuas deſcriptorum non ta-
men cenſetur voluiſſe eos preferre nominatis per indultum ag. c. tibi
qui. de reſcrip. lib. vj. &. c. ſuper eo. de offi. dele. cum ſimilibus. adde ꝙ
prędicta minus dubium haberent, qñ Regibus non ſolum fuiſſet con-
ceſſa facultas nominandi. ſed etiã cõferendi beneficia, quod Papa face-
re poteſt, quia tali caſu etiam prouiſio Papę facta in ſpeciẽ non valeret,
vt exemplũ refert ſpecul. in titulo de Legato § nũc tractemus, verſ. ſed
nunquid Legatus etc. vbi dicit, ꝙ ex quo Rex francię, pręcedebat habe
re collationem prębendarum eccleſię lauden. licet Papa Nicolaus con
tuliſſet ibi quandam prębendã, quã ante ſuam promotionẽ obtinebat,
nihilominus Rex eam alteri contulit, talia etim beneficia grauari non
poſſunt. Et eſt aduertẽdum, ꝙ Reges pluribus modis poſſunt de bene-
ficijs eccleſiaſticis diſponere ex licentia ſedis apoſtolicę. primo tanq̃
Patroni, prout faciunt Reges Caſtellæ legionis & Galliciæ, de quibus
loquitur tex. in ca. cum longe. lxiij. diſtict. & hoc priuilegium, quod in
ſola pręſentatione conſiſtit eſt commune omnibus, etiam inferioribus
nobilibus habentibus iuſpatronatus, de quibus vna regula cancellarię
ſpetialiter loquit᷑ ſecundo modo cõperit Regibus facultas nominandi,
vt ſuperius eſt dictũ, in qua nominatione multa ſpetialia inducta ſunt,
quę differunt in pręſentatiõe, prout latius citra hoc dirigit Comas glo-
ſator pragmaticæ ſanctionis, præſertim in tit. de elect. & de collatio.
Tertio modo competit Regibus iſta facultas per viã collationis, & iſta
fuit multum vſitata antiquis tẽporibus, de quibus loquit᷑ collecta, in ca
pitulo, Cum dilecta, in prin. de conceſ. prębend. & tale priuilegiũ con-
ferendi bñficia habuit ab antiquo Rex Angliæ, vt refert Oldradus in
conſil. j. in ſecunda col. & Bal. in lege reſcripta in ſecunda colum. C. de
preci. Impera. offe. quo loco dicit idẽ de Rege vngariæ. & iſtã eandem
facultatẽ Hadrianus Papa cõceſſit Carolo Francorũ Regi, vt patet i. c.
Hadrianus. el. ij. cũ ſequentibus. lxiij. diſtinct. & ſpetialiter in eccleſia
Carnotẽ. dicti Reges conferunt bñficia, vt dicit ſpecul. in titulo, ne ſe-
de vac. in fine. & cõpoſtel. in. c. ꝙ ſicut. col. fi. verſi. nunquid ille de ele-
ctio, & de dictis Regibus Franciæ loquitur tex. in. c. dilectus. el. iij. de
prębend. ibi ex donatione Regis prębendatũ collationẽ haberet in. c.



& ꝙ conferant decanatus tenet Io. And. in. d. c. dilectus, dum allegat
textũ in. c. cum inter in parte deriſa, de conſuet. & eandẽ facultatẽ con-
ceſſit Leo Papa othoni Theutonicoꝝ regi, & dicit glo. in. c. imperium
ſex. diſtinc. & Rex Apulię eandẽ facultatẽ habuit, vt dicit glo. in ſum-
ma xvj. q. vij. & de iſtis Regibus pariter & de Imperatore habentibus
dictã facultatẽ loquit᷑ Io. And. in. c. is cui de p̄bẽ. lib. vj. & dicit ſpecul.
in ti. de pręb. § reſtat, verri. item nota &c. ꝙ Impator habet priuilegiũ,
quod aſſerrit vidiſſe bullatũ, ꝙ in qualibet eccleſia Alemaniæ poſſet
facere vnũ recipi. & ibi Io. And. dicit idẽ de Regibus Franciæ, ex An-
glię. & talia bñficia ſic ad Reges pertinentia dicunt᷑ hodie regalia, vt pa
tet in conſtitutionibus Regis Frãcię, x. & xj. referunt moder. in tract.
bigamię. q. v. in quibus expectatiuę locũ non habent, vt not. gl. magna
in titulo de Annatis § itẽ ꝙ dicta in ver. regalię in pragmatica, & tradũt
moder. in tract. beneficia. in ſecunda parte. q. xxij. in quibus facultati-
bus, propter euitandũ ſcandalũ Reges manuteneri deberẽt, vt dicit Io.
An. in. c. ij. de præbend. lib. vj. & circa hoc ſufficiant hic.

## SVMMARIVM

1 Forma literarum executoris ad prouidendũ poſt ordinarij negligentiã.
2 Exequutor datus ſub forma de qua hic in quo differat ab executore ſim
pliciter ad prouidendum dato.
3 Ordinarius lapſo termino, licet res ſit integra, prouidere non poteſt.
4 Nominatione ſemel de aliquo facta finitur facultas nominandi.

1 QVARTA FORMA Principalis, eſt † quãdo datur executor
ad prouidendum poſt negligentiam ordinarij, qui debet facere manda-
tum ſiue preceptum illi ad cuius collationem taliter ſcribitur, vt infra
certum terminum competentem prouideat impetranti, quo elapſo &
illo in negligentia exiſtente, ex tunc in ipſum executorem transferatut
poteſtas prouidendi, vt eſt caſus in. c. ſi capitulo. de conceſ. prębend. li.
2 vj. † Et ex hoc apparet quod executor datus ſub prædicta forma differt
ab executore dato ſimpliciter ad prouidendum in hoc, quia primus de-
bet requirere prius ordinarium antequam poſſit ipſe prouidere, vt pa-
tet ex premiſſis, ſecundus põt per ſe abſq; aliqua requiſitione ordinarij
mandatum apoſtolicum exequi, vt ſentit Inno. et expreſſius tenet hoc
3 Panor. in. c. ſuper eo. de officio delega. † An autẽ lapſo termino re ad
huc exiſtente integra poſſit ordinarius purgare morã ſi velit parere mã-
dato vt ſupra ſibi facto. Inn. in. c. propoſuit de conceſ. præben. tenet ꝙ
non, arg. c. litteras. eo. ti. &. l. mancipiorum. ff. de opti. leg. pro quo fa-
cit, quia non debet poſſe ordinarius lapſo iam termino vlterius variare
in preiudicium executoris, cui honor ẽ facere prouiſionem & fungi in

hoc vice pape, argu. c. precipimus. xciij. di. hoc etiã videntur ſequi mo-
der. in. d. c. ſi capi. que determinatio procedit maxime eo caſu, quando
executor lapſo termino pronũciaret ſe ſolũ debere exequi, quia vt dixi
ordinarius ſemel excluſus non põt vlterius variare ad qđ benefacit qđ
dicunt domi. de Rota deci. xxxv. incip. nota quod vbi eṗs, in antiquis
4 † ꝙ per nominationem ſemel factam de aliquo excluditur eṗs a faculta-
te iterum nominandi, q̃uis primo nominatus renunciet nominationi
de ſe facte ar. l. apud aufidium. ff. de opti. leg.

## SVMMARIVM

1 Forma lr̃arũ de executore ad prouidendũ in alicuius cõditionis euẽtũ.
2 Impetrans in forma ſpeciali prefertur impetranti in forma pauperum in bñficio vacante ante purificationem conditionis.
3 Clem. cum ei quem de conceſ. preben. hic limitatur.
4 Gratiam conditionalem habens ad certum corpus beneficij prefertur ſecundo impetranti illud pure.

1 QVINTA FORMA Eſt † quando datur executor ad prouidẽ-
dum in euentum alicuius conditionis puta ſi ad id acceſſerit epiſcopi et
ca. aſſenſus, aut alia cõſimilis, et tunc pari mõ poteſtas hmõi executoris
ſuſpenditur in euentũ illius conditionis, in tantum ꝙ ſi interim aliquis
alius obtineat prouiſionem pure a papa erit ꝑferendus primo, vt proba-
tur in. c. ſi pro te de reſcr. lib. vj. per quem tex. ſimilem queſtionem de-
2 terminat Old. cõſi. ccxxxiij. incip. credo de iure. † vbi dicit ꝙ impetrãs
in forma ſpeciali prefertur illi qui impetrauit in forma pauperũ in bñfi-
cio vacante ante purificationem cõditionum, de quibus in litteris pau-
perũ, & ratio eſt ſm eum quia in poteſtate illius videlicet ſuperioris ex
cuius facto ius cauſabitur fuit impedire illud ante purificatas conditio-
nes. l. qui balneũ. in. ij. reſpõ. & in. l. qui potior. ff. qui pot. in pig. hab.
3 ¶ † Predictã tñ illationẽ quã feci ſupra in prin. iſtius forme in ver. intã-
tum &c. intelligo ſane & declaro dupliciter. Primo vt procedat, niſi in
litteris primis conditionalibus eſſet clauſula retrotractiua, videlicet, ꝑ-
inde ac ſi die date ꝑſentium ꝑbendam eidem vel beneficium contuliſſe-
mus, & iſto caſu ſequuta purificatione conditionis primus debet ꝑferri
ſecundo pure impetranti, qa prouiſio primi ꝓꝑ ſubſequutã purificatio-
nem prouiſio inquam ex poſt eidẽ per executorẽ facta perinde habet,
ac ſi tẽpore date facta fuiſſet, ꝑut tenet domini de Rota deciſ. ccclxxxiij.
incip. ſi papa in nouiſ. Hoc etiam tenet Car. in dicta clem. cũ ei quem,
de conceſ. ꝑbẽ. ita limitãdo diſpoſitionẽ illius tex. ꝓꝑ verbum perinde
4 &c. ¶ † Secundo eam intelligo & declaro, vt procedat niſi prius habẽs
gratiã ꝯditionalẽ impetraſſet certũ corpus bñficij, qa tunc ꝑfert ſecũ im-



petranti illud idẽ bñficiũ ante euẽtũ ꝯditionis primi, q̃uis iſte ſecundus
ĩpetret illud pure dũmõ in ſua ĩpetratione nõ fecerit mẽtione de prima
gr̃a illius primi lꝫ ꝯditionali. ad qđ facit bonus tex. in. c. ex parte, lo pri-
mo, de offi. dele. vbi ſm cõmunẽ lecturã vtraqꝫ gr̃a erat ſpecialis, qa refe-
rebat ad idẽ corpꝰ bñficij, & tñ papa ibi dicit, qđ ſi memor fuiſſet ſe ſcri-
pſiſſe pro primo nõ conceſſiſſet gratiam ſecundo, & ita in terminis per
illũ tex. tenuit Domi. conſil. cvij. incip. ſuper primo dubio, qcquid di-
cat Card. in dicta cle. cum ei quem, quia primum eſt verius.

## SVMMARIVM

1 Forma executoris ad prouidendũ iuxta formam lr̃arum legati.
2 Legatus nõ poteſt dare ius ad vacaturum beneficium, nec reſeruare beneficium iurispatronatus laicorum.
3 Papa ſolus poteſt ſanare nullitates a iure poſitiuo prouenientes.
Et quando ſanare intelligatur.
4 Legati mandatum de prouidendo re integra finitur per eius mortem, & finito legationis officio.
5 Legatus non poteſt mandare aliquem recipi in canonicum contra ſtatuta, & priuilegia eccleſiæ.

1 SEXTA FORMA eſt † quãdo datur executor ad ꝓuidendum
iuxta vel ſm formam lr̃arum legati, prout qñ gratia legati confirmaẗ per
papam in forma ſpeciali, quo caſu cenſeẗ gratia papalis. c. ſi apoſtolice.
2 de ꝑben. lib. vj. † Ex qua cõfirmatione ſequiẗ iſte effectus, ꝙ ſi gr̃a lega-
ti eſt nulla, vt quia ſimpliciter promiſiſſet primũ vacaturum, & non per
viam ſeu modum reſeruationis, & ſic nulliter, cũ legatus non poſſit da-
re ius ad vacaturum, vt dicit glo. in. c. ſi eum. de ꝑben. lib. vj. per. c. dile-
ctus filius. eodem tit. in antiquis, vel quia reſeruaſſet in fauorẽ alicuius
beneficium iurispatronatus laicorũ, quod facere non poteſt de iure cõ-
muni. c. dilectus. de officio leg. cum cõcor. vel ſimilibus caſibus gratia
legati exiſtente nulla ſi papa ex certa ſcientia ſcribat ſub forma ꝑmiſſa,
tunc gr̃am nullam firmam & validam facit, quia vt dixi iam cenſeẗ gra-
3 tia papalis † ipſe enim ſolus poteſt ſanare nullitates a iure poſitiuo. c. j.
de tranſac. cum ibi nota. ſanat autem ſiue ſanare intelligiẗ eo ipſo quod
confirmat ex certa ſcientia gr̃am nullam, argumento eorum quę notã-
tur in. c. ij. de ſciſma. & in. l. quidam conſule-
bant. ff. de re iud. [a] ¶ † Sequiẗ & alius effectus
4 ex huiuſmodi lr̃is nam licet mandatum legati
de prouidendo ſuper certo beneficio vacante
expiret ipſo iure legato moriẽte re integra, vt
ꝑ Egidium cõcluſione. 543. incip. ꝯcluſio &c.

a De re iud. add. moder. & quia. ff. de iur. om. iud.

ꝑſeruatur tñ & non expirat quando papa ſcri-
bit in forma ꝑmiſſa, pari modo licet mandatũ
legati re integra expiret, nedum ꝑ eius mortẽ,
prout dicit Egidius, ſed etiã finito legatiõis of
ficio, qñ ad collationẽ vacantis ꝓceſſum non
extitit, non expirat tñ quando papa cõfirmat
talem grãm ſcribẽdo vt ſupra ſm glo. in. d. c.
ſi apoſtolice. ¶ † Tertius effectus eſt, nam mã-
5 datum legati nõ poteſt neceſſitare canonicos
ad recipiendum aliquẽ contra ſtatuta eccleſię
& ipſius ꝑuilegia, vt ꝑ gl. not. in. c. pro illoꝝ.
de ꝑben. & ponit Panor. in. c. cnm. M. fer. in
glo. ſup ver. vltra numerũ in fi. de conſtit. illis
tñ per lr̃as papę ſub forma ꝑmiſſa derogatur, a
per rationes de quibus ſupra.

b Derogatur add. ꝙ late proſequitur hoc Petr. andr. in tract. de offic. lega. lib. iij.

## SVMMARIVM

1 Forma qñ mandatur executori, vt illi pro quo ſcribit̃ prouideat de canonicatu, & ꝑbendã ei conferat, cum primũ eam vacare contigerit.
2 Executor ad prouidendum de canonicatu & præbenda, an poſſit conferre antequam vacent.
3 Papa in dubio non preſumitur velle rumpere certum numerum in eccleſia niſi exprimat.
4 Executor ad prouidendum de canonicatu non poterit prouidere de canonicatu in eccleſia numerata.
5 Executor non poteſt reſeruare certam ꝑbendam anteꝗ̃ vacet.
6 Executor poteſt primum beneficium vacaturum, & ſecũdum ac etiam alterius, reſeruare.

1 SEPTIMA PRINCIPALIS forma eſt † quando mãdatur
executori, vt illi pro quo ſcribitur prouideat de canonicatu & pręben-
dam eidem conferat, cum primum eam vacare contigerit, iuxta ea quæ
habentur in. c. abbatem. de reſcrip. pro cuius declaratione notandum
eſt quia ſm aliquos ſolet poni in huiuſmodi mandato vt prouideat de
canonicatu ſtatim, prout ponit glo. quæ vtitur his verbis in hac forma
in. c. ſi clericus in ver. poſtea. de prębend. lib. vj.
2 ¶ Vnde non immerito poteſt dubitari † quid ſi in literis non exprimã-
tur illa verba de canonicatu ſtatim &c. an executor poſſit conferre ca-
nonicatum impetranti, antequam vacet.
¶ Circa quod ſunt varię opiniones, ſed finaliter ſtãdum eſt ſtilo curiæ
qui habet, vt executor poſſit de canonicatu prouidere ĩ tali caſu, ſed ita



demum quando in literis adeſt clauſula videlicet non obſtãte certo ca-
3 nonicorum numero, alias minime † quia in dubio Papa non ꝓſumitur
voluiſſe rũpere certum numerũ in illa eccleſia niſi aliud exprimat, ſm
Compoſt. in. c. eam te. de reſcrip. Nihilominus Domi. & Pet. de anch.
quos ſimpliciter refert & ſequitur Franc. in. d. c. ſi capitulo. tenent ꝓce
dere ꝓdictam concluſionẽ de mero iure, ꝗ̃uis ſtilus id non haberet, mo
4 uentur iſta ratione † quia qñ in lr̃is aliud non exprimitur non videtur
includi eccleſia habens certum numerũ. c. pro illorum. de ꝑben. conſe-
quenter non põt executor tali caſu prouidere de canonicatu in eccleſia
numerata ex quo lr̃ę illam non includunt. arg. c. ſi. de ꝑben. Quid autẽ
5 econuerſo, † an executor poſſit conferre vel reſeruare ꝑbendam anteꝗ̃
vacet, dico ꝙ certam cõferre non põt, nec aliquem proceſſum ſuper ea
facere, vt probatur in. c. ne captande. ver. quod ſi fecerit. de cõceſ. prę-
ben. lib. vj. vbi probatur, quod ſi executor ad prouidendũ expectãti de
beneficio vacaturo certum beneficiũ nondum vacans ſuę prouiſioni re
ſeruet inhibeatqꝫ &c. talis reſeruatio & proceſſus inde ſequutus nõ va-
lẽt ex defectu poteſtatis ipſius executoris, qui nõ põt reſeruationem fa-
cere ſuper certo bñficio nondum vacante, & ideo huiuſmodi ſua reſer-
uatio tanquam nulla non afficit illud bñficium, quominus eueniẽte va
catione poſſit ordinarius de illo diſponere, vt eſt caſus rotundus in d. c.
ne captandę, quem tex. ad hoc vltimum dicit eſſe ſing. Rom. conſi. 335.
6 incip. circa primum. in. iij. col. † Sed primum vacaturũ bene poteſt in
genere reſeruare & ſecundũ ſiue etiam vlterius ſi hoc illi competit ex be-
neficio lr̃arum vt dicit tex. in. c. executor. de conceſ. pręben. lib. vj. Ra-
tio differentię inter prędicta iſta eſt, quia primo caſu timetur, & ſubeſt
votum captande mortis illius, cuius ꝑbenda ſeu beneficium ſic in ſpe-
cie reſeruatur, quę ratio ceſſat in ſecundo caſu, vt patet in dictis iuribus
& ponit Egidius in ſimili caſu. concluſione. 588.

## SVMMARIVM

1 Executor ad compellẽdum non poteſt prouidere, ſed ſolum inobediẽtes excommunicare, nec in poſſeſſionem mittere poteſt.
2 Inueſtitura quæ fit de beneficio non pręcedente collatione vim collationis habet.
3 Inductio in poſſeſſ. bñficij non põt fieri, niſi ꝓcedat collatio canonica.
4 Executor ad prouidendum in quibus differat ab executore ad compellendum, & infra nu. 10.
5 c. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. de conceſ. pręben. quomodo intelligantur.
6 Geſta contra mandatum papæ quando valeant.
7 Decretum irritans quid operetur.
8 Conſtitutio noua hñs decretum an liget ſtatim, vel poſt duos menſes.

9 Conſtitutio noua hñs decretũ irritãs non ligat ignorãtes quo ad penã.
11 Subexecutor an debeat eſſe qualificatus.
12 Miniſterium nudum ſimplici clerico demandari poteſt.

OCTAVA FORMA EST PER quam deputantur exe-
cutores ad compellendum, puta quando datur executor, vt compellat
1 ordinarium ad faciendum quod ſibi mandatur† ad cuius euidentiã ſciẽ-
dum eſt quod executor taliter deputat⁹ non põt prouidere ſeu inſtitue-
re ſed ſolũmodo excõmunicare obedire nolentes, vt dicit glo. & latius
doc. in. c. abbatem. de reſcrip. item non põt in poſſeſſionẽ mittere, ẽm
glo. ibidem. ratio eſt quia inducẽdo in poſſeſſionẽ per indirectum et in
quandã cõſequentiam ꝓuideret, iuxta illud quod notant Compoſt. &
2 Io. and. in nouella. in. c. tranſmiſſa. de elec. † dicẽtes ꝙ inueſtitura quæ
fit de beneficio non p̃cedente collatione habet vim collatiõis, ad quod
bene facit tex. in. c. pro illorum. ibi inueſtiuit. de p̃bẽ. illud idem tenet
Roma. conſi. 337. incip. quo ad primum, ratio horũ eſt quia ad poſitio-
nem ſequentis ex p̃ſumpta intentione illud agentis ſeqtur poſitio ne-
ceſſarij antecedentis. l. ad rem mobilem iuncta. l. ad legatum. ff. de pro-
3 cur. † ſed ſic eſt quod inductio in poſſeſſionẽ canonicat⁹ & p̃bendæ ſeu
alterius beneficij non põt canonicę fieri abſq; eo quod pręcedat cano-
nica collatio & inſtitutio, vt in regula. j. li. vj. ergo ſequitur ꝙ talis exe-
cutor ad cõpellendum qui prouidere non poteſt vt dixi non poteſt etiã
inducere in poſſeſſionem virtute ſui mãdati,
4 niſi aliud in eo dicatur.[a] ¶ † Et ex p̃dictis pa-
tet vna differentia inter executorẽ ad prouidẽ-
dum & iſtum qui datur ad cõpellẽdum. nam
iſte ꝓuidere non põt, nec in poſſeſſionẽ indu-
cere vt ſupra, ſed ille bene põt. Eſt & alia diffe-
rentia, nam per ſolam p̃ſentationem mandati
de prouidẽdo factam per executorẽ ad proui-
dendum capitulo & canonicis, ad quos proui-
ſio ſpectat ſeu alteri ordinario collatori, affi-
citur p̃benda, ita vt ſi alteri conferat̃ non valet collatio ſeu ꝓuiſio, q̃uis
executor non fecerit aliquã inhibitionem vel reſeruationẽ, vt eſt caſus
in. d. c. ſi capitulo p̃allegato, qui effectus non ſeqtur ex preſentatione li-
terarum, quã facit executor ad compellendũ, vt probatur in. c. ſi ſoli or-
5 dinario de conceſ. preben. lib. vj. † & hoc modo cõcordant̃ illa duo iu-
ra quę prima facie videntur contraria. Ratio autẽ iſtius diuerſi iuris po-
nitur per gl. in. d. c. ſi cap. in ver. exequatur. videlicet quia eo caſu quo
dat Papa executorẽ ad prouidendũ videt̃ ad ſe vel ad ſuum executorem
aduocare diſpoſitionẽ beneficij illius, & per conſequens adimit illã or-
dinario, argu. c. vt noſtrum. de appel. At quãdo dat executorem ad cõ-
pellendum

a Dicatur add. ꝙ de hoc eſt deci. Rotę in no. de cõceſ. preb. deciſ. xv. al's nu. 439. incip. item fuit dubitatum.



pellendum ceſſat penitus p̃dicta ratio & valet tunc collatio alteri ꝑ or-
6 dinarium facta non obſtante mandato papæ vt ibi. † ad quod bene fa-
cit gl. in clemẽ. j. in ver. inhibentes. de iurepatro. quę dicit valere geſta
contra mandatũ Papę per eum qui alias circa illud habet iuriſditionẽ
ex ſe, licet contrafaciens veniat puniẽdus per
iura preallegata.[a] ¶ Hoc tamen intelligo ve-
rum, niſi in mandato executoris ad cõpellen-
7 dum Papa appoſuiſſet decretum irritans. † qa
per hoc ligantur manus ordinarij etiam ante
preſentationem talis mandati, vt notatur in
dicto. c. ſi ſoli. in glo. ſuper ver. contra ipſam.
videtur enim ſuperior apponendo decretum
habere pro illicito, omne quod in cõtrarium
fieret per inferiorem etiam ignorãtem. c. dilecto verſ. niſi forte. de prę-
8 ben. & in. c. penult. eo. tit. lib. vj. † facit ad quod in ſimili dicitur quod
licet noua conſtitutio non liget, niſi poſt duos menſes a die publicatio-
nis, vt in auct. vt factę no. conſtitu. & per glo. in. c. ij. in fine. de conſti-
tut. legitur, & notatur in. c. nouerit. de ſentent. excõmu. tamen ſi noua
conſtitutio habet decretum irritans ſtatim ligat etiam ignorantes pro-
pter naturam decreti, & in hoc decretum ipſum non imitatur naturam
conſtitutionis, cui apponitur, vt ſentit gloſ. in. c. j. in ver. referri. de con
ceſ. pręben. lib. vj. cum alijs per Philippum franc. ſuper data eiuſdem li
bri. quicquid in hoc dicat gloſ. in prohe. clementinarum in verbo de
cetero. Intelligo tamen ſane iſtud vltimum dictum. videlicet vt pro-
pter naturam decreti appoſiti in conſtitutione alteretur natura conſti-
9 tutionis vt ſtatim liget etiam ignorantes, † intelligo inquam procede-
re quoad nullitatem actus, qui in contrarium geritur, ſed non quo ad
penam, quæ non ligat ignorantes, vt vult gloſ. not. in ver. ex nunc in
clemen. ij. de hereti. idem notat Lappus, Abb. in clemen. j. de elect. &
Panor. in prohe. clem̃. Reperitur alia differentia, & ſic tertia inter prę-
10 dictos executores, † nam illi qui dantur ad prouidendum debent eſſe
qualificati prout requirit. c. ſtatutum. de reſcrip. libro. vj. quia vt plu-
rimum tales executores dantur cum clauſula. videlicet vocato dicto
A. & alijs qui fuerint, euocandi &c. maxime quãdo beneficium ſuper
quo ſcribitur eſt iam plenum, quo caſu ſunt veri iudices, quia debent
procedere vocata parte & cum cauſę cognitione. c. exhibita. de iudi.
conſequenter in talibus executoribus habet locum diſpoſitio. d. c. ſta-
tutum tam quo ad perſonas q̃ quo ad loca, prout expreſſe firmat deci-
11 ſio Rotę in nouis. ccclxx. incipien. ex hoc & propter primum. † Idem
procedit in ſubexecutore cui non poteſt committi aliquid ꝙ requirat
cauſæ cognitionem cum poteſtate aſſumendi officium iudicis, niſi ſit
qualificatus vt ſupra prout ponit alia deciſio. xcix. incipien. nota quod

a Preallegata add. ꝙ de hoc eſt caſus in. c. dilectus. el. ij. de pręb.

12 executori in antiquis. a † Nudum autem miniſterium ſimplici presbitero aut clerico poteſt demandari ſm dominos vbi ſupra arg. l. ſtatu liberã §. fi. ff. de ſtatu li. at ceſſant prædicta in executoribus, qui dantur ad compellendũ, quia tales ſunt nudi miniſtri, & meri executores in compellẽdo ordinarium, & p̄ hoc poteſt dici quod in eis vendicat ſibi locum diſpoſitio. d. c. ſtatutum, & hoc modo intelligo vnam deciſio. in nouiſ. ccclxix. incip. ſi in forma quamuis prefata deciſ. videantur innuere idem in executoribus ad prouidendũ quod ſatis poſſet procedere in executore ſimpliciter dato ad prouidendũ de beneficio iam vacante, & per neminem occupato, alias ſi haberet aſſumere partes iudicis tunc procederet quod ſuperius dixi, & hoc modo poſſunt reduci ad concordiam prefate deciſ. b

a Antiquis. add. ꝙ ita cõcluſit Rot. de menſe Nouẽb. 1537. in vna abulẽ. iniuriarũ corã Moludano vbi plus voluerunt dñi ꝙ hoc procederet ẽt ſi ſub executore eſſet data poteſtas iuxta q̃a debet attẽdi digni⁹ vt latius dictũ fuit in infirmationibus in ſcriptis quas breuitatis cauſa nõ refero.

b Deciſ. add. ꝙ ad hoc tñ vidẽda ſunt quę tradunt Mod. poſt glo. in cle. j. de offi. vica. & quę dicit Vitalis in tract. clauſu. Fely. & alij in. c. fi. de preſump. & in. c. de cetero. de re iudi.

## SVMMARIVM

1 Forma dandi executores mixtos.
2 Executor mixtus quare dicatur.
3 Executor mixtus ante p̄ſentationẽ lr̃aꝶ proceſſnm fulminare non põt.
4 Executor ad prouidendũ datus, ſicut debet eſſe q̃lificatus, ita & mixt⁹.
5 Ab executore mero licet non appellatur, a mixto tamẽ appellat̃.
6 Cõpoſitum ex duobus ſimplicibus aſſumit naturã ſimplicis dignioris.
7 Affectio prębendæ ad hoc vt inducatur per executorem mixtũ vnum de quatuor requiritur.

1 NONA FORMA eſt executorum, qui dicuntur mixti † videlicet partim ad prouidendũ & partim ad compellendũ. prout quando datur executor qui illum pro quo ſeribitur in canonicũ recipi faciat p̄ ordinarium vel capitulũ, & de prębẽda ſi quę vacat alioquin de vacatura
2 prouideat. † Iſte executor ideo dicitur mixtus, quia in aliquo participat de executore ad prouidendũ, & in aliquo de executore ad compellendum, nam ſicut executor ad pronidendũ nihil facere poteſt ante p̄ſentationem lr̃arum, vt no. Io. and. in. c. duobus. de reſcrip. lib. vj. cum multis alijs iuribus quę allegat deci. Rot. in nouiſ. 459. incip. circa tertium.



3 ¶ † Eodem modo executor mixtus non põt exequi gr̃am, nec aliquem p̄ceſſum fulminare ante p̄ſentationẽ lr̃aꝶ vt probat tex. iuncta gl. et ibi Archi. i. c. tibi qui. eo. ti. & libro, q̃ tex. ponit formã executoris mixti.
4 ¶ † Secundo cõuenit cum illo, q̃a ſicut datus ad prouidendũ debet eſſe qualificatus vt ſuperius dixi in forma p̄cedenti, ita & iſte mixtus, q̃a nõ habet nudum miniſteriũ vt prędixi. † facit ad hoc bonum ſimile, nam
5 licet a mero executore ſententię nõ appellet̃ regulariter. l. ab executione. ff. de appella. tñ a mixto bene appellatur, eo quod tunc nõ habet nudum miniſteriũ, ſed procedit ad executionem cum aliquali cauſę cognitione, iuxta notata in. c. quod ad conſultationẽ. de re iudica. & in. l. ab
6 executione. C. quorũ appel. non reci. ¶ † Pręterea cõpoſitum ex duob⁹ ſimplicibus aſſumit naturã ſimplicis dignioris, vt probatur in. c. p̄ tuas de arbi. & patet ex notatis p̄ glo. fin. in. c. vnico. de iure patr. lib. vj. vbi dicit ꝙ laycus patronus propter eccleſiam ſeu clericũ compatronũ habet ſex menſes ad p̄ſentandum facit. c. quod in dubijs. de conſecr. eccleſiæ vel al. ex quibus patet ꝙ executor mixtus debet eſſe qualificatus ſicut exec. ad prouidẽdum. ¶ Participat tñ etiam in executore ad cõpel-
7 lendum † nam ſicut per ſolam p̄ſentationem lr̃arum factam executori ad cõpellendum non afficitur p̄benda, niſi concurrat aliquid eorũ quæ ſtatim ſubijciam, ita & in iſto mixto requiritur vnum de quatuor vt inducatur affectio. videlicet quod ordinario collatori intimetur p̄ iſtum executorẽ quod vult p̄bendã ſeu bñficium cõferre. Aut q̃d illud ſibi reſeruet. ſeu q̃d illi interdicat illius collationẽ. ſiue q̃d decretum interponatur. vt eſt caſus in. c. tibi qui. de reſcrip. lib. vj. cum ibi notatis.

## SVMMARIVM

1 Executores gratiarum poſſunt deputare ſubexecutores.
2 Delegati principis ſubdelegare poſſunt.
3 Subexecutores in vim clauſule ceterum debent eſſe clerici.
4 Laicus purus non poteſt prouidere in vim clauſule ceterum.
5 Papa ſolus põt dare puro laico p̄tãtem prouidendi de beneficio.
6 Executor de iure communi executionem generaliter ſubdelegare non poteſt, licet de conſuetudine & ſtilo aliter ſeruetur.
7 Stilus iuri communi preualet.

DECIMO ET VLTIMO Pro declaratione p̄miſſoꝶ dubi-
1 tari põt de aliquibus, † & primo vtrum executores hmõi gr̃arũ poſſint cõmittere executionẽ alijs faciendo eos ſubexecutores & q̃bus, itẽ ſub qua forma. ad primũ dico ꝙ pñt facere ſubexecutores, quia hñt iuriſditionẽ delegatam, nam eoꝶ materia ponit̃ in tit. de offi. deleg. vt patet in. c. ſi ſuper gr̃a. & in. c. is cui. de offi. delega. lib. vj. ex quo datur intel-

ligi qđ ſunt delegati ꝑ illud quod dicit glo. in. c. j. eo. ti. & lib. & in. c. cũ
2 bi q̃ de reſcrip. † vnde ex quo ſunt delegati ṗncipis pñt ſubdelegare. l. a
3 iudice. C. de iudi. & i. c. cũ cãm. de appel. ¶ † Qui aũt, & quales pñt eſſe ſubexecutores in vim cl'e ceterũ. dico qđ debent eſſe clerici. & licet vna deci. 99. incip. nota qđ executor in antiq̃s videat̃ requirere, qđ ſint p̃sbiteri ſeu curati. tñ ſm ſtilum curię ſatis eſt qđ ſint ſimplices clerici, ꝓut at-
4 teſtatur alia deciſi. 369. incip. ſi in forma in nouiſ. † Ex quo infero quod purus laicus non põt ꝓuidere tanq̃ ſubexecutor in vim clauſule, ceterũ quia laicis de rebus ſp̃ualibus nulla eſt attributa facultas. c. eccleſia ſan-
5 ctę Marię. de ꝯſti. c. decernim⁹. de iudi. & in. c. fi. de reb. ec. nõ alie. † ſolus. n. papa, & nõ alius põt dare puro laico ptãtem ꝓuidendi de bñficio, ꝑ illud qđ notat̃ in § verũ. 32. di. ¶ Ad vltimũ ſub qua forma deputant̃
6 ſubexecutores, rñdeo quod in hoc ſtilus diſcrepat a iure † q̃a de iure cõi executor nõ põt ſubdelegare executionẽ generaliter oĩbus qui fuerint requiſiti qđ procedit ſiue dicam⁹ hmõi ſubexecutores eſſe iudices, ſiue ꝓcuratores, ſeu defenſores, aut executores, q̃a omni caſu non valet talis g̃ñalis ſubdelegatio, ꝓut exp̃ſſe firmat Lap. allega. 127. incip. Anaſta. canonic⁹ idem tenet Domi. ꝯſi. 75. incip. in cauſa magiſtri &c. de ſtilo tñ & conſuetudine aliter ſeruatur, quia mandat̃ g̃ñaliter abbatibus p̃poſitis Archi. & qui q̃dem ſtilus p̄ualet iuri cõi iuxta iura vulga.[a] ¶ † Dictum eſt hacten⁹ de varijs formis literarum beneficialium circa gratias expectatiuas. & mandata de prouidendo. dicendum eſt modo de ſecunda parte principali huius operis.

a Vulga. add. q̃ de iſtis plura ponit Bellen. in trac. chari. ſubſi.

## SVMMARIVM

1 Beneficia ſimplicia que ſint.
2 Beneficium nullam curam habet, niſi habet clerum, & populum.
3 Beneficia ſimplicia quotuplicia ſint.
4 In bñficiorum impetratione an debeat fieri mentio de p̃ſtimonijs.
5 Preſtimonia an ſint beneficia eccleſiaſtica.
6 Beneficia plura ſimplicia an quis ſine diſpenſatione obtinere poſſit, vt infra nu. 8.
7 Beneficia plura habens quorum alter per ſe ſufficeret, non poteſt ſine peccato aliud retinere.
8 Beneficium etiam minimum de iure communi reſidentiam requirit.
9 Clerici coniugati beneficia in ſtipendium habere poſſunt.
10 Incõpatibilitas circa bñfia dupliciter ꝯſiderari põt, & ĩfra numero. 12.
11 Beneficiorũ pluralitas toleranda eſt circa ſublimes & litteratas ꝑſonas.



13 Perſonatum habens ſi recipit dignitatem vel beneficium curatum, aut econuerſo, primum vacat.
14 Officia plura perpetua ſimul ſine diſpenſatione obtinere non poteſt.
15 Capellaniam ſi habens ibidem cõſequatur canonicatum per aſſecutionem alterius non vacat primum ipſo iure, cum ſint difformia.
16 Canonicus impetrans beneficium facta mentione canonicatus, & non prębende, nulliter impetrat.
17 Papa in dubio preſumitur ſe conformare cum iure communi.
18 Canonicus impetrans beneficium non debet facere mentionẽ de præbendis conſecutiuis, nec de portionibus præbendalibus.
19 Canonicus impetrans beneficium an debeat facere mentionem de prębenda tantum, & canonicatum tacere.
20 Cura duplicirer conſiderari poteſt large, & ſtricte.
21 Curam ſtricte ſumptam nullus, niſi ſit ſacerdos habere poteſt.
22 Beneficium dicitur curatum, etiam ſi actu curam non habeat.
23 Eccleſia non dicitur curata per actum ſepeliendi vel baptizandi.
24 Baptizandi actus quandoq; per laicum exercetur.
25 Laici curam preſcribere non poſſunt.
26 Cura fori penitentialis poteſt preſcribi per illos, qui ſunt capaces.
27 Beneficium vt dicatur curatum, que requirantur.
28 Fratres predicatores, & minores licet poſſint exercere ea que ſunt fori penitentialis non tamen cenſendi ſunt curati.
29 Curam nomine alieno exercens non dicitur curatus.
30 Eccleſia vacare dicitur per mortem vicarij perpetui.
31 Curatus, vt quis dicatur, requiritur, quod tanquam prelatus ſuo nomine ſingulatiter ad regimen parochialis eccleſie, & populi aſſumat̃.
32 Curatus neuter cenſetur ſi duo inſtituantur in eccleſia parochiali.
33 Beneficium curatum vt quis poſſit obtinere que requirantur & infra numero. 39. &. 40.
34 Papa ſolus contra concilia diſpenſat.
35 Epiſcopus ex magna cauſa poteſt diſpenſare cum monacho aſſumẽdo ad parochialem eccleſiam.
36 Maior ſeptem annis reputatut idoneus etiam ad canonicatum eccleſie cathedralis.
37 Epiſcopi quare diſpenſant cum minoribus. xxv. annis circa dignitates, ſed non circa curata.
38 Diſpenſationes ſuper defectu etatis quomodo concedi ſolent.
41 Declaratio extrauagan. execrabilis Iona. xxij. &. c. de multa de p̃bend.
42 Bñficiũ ſimplex requirens reſidentiã cum alio curato in cõpatibile dr̃.
43 Diſpoſitio conſtitutionis execrabilis eſt penalis.
44 Conſtitutioni execrabilis vt ſit locus, que requirantur.
45 Dignitas nõ hñs curã ſtricte vel large nõ cadit ſub ꝯſtitutio. execrabilis.

46 Capitulum conuocans non poteſt de iure aliquam iuriſditionem con-
tra non venientes exercere.
47 Pena canonicorum vocatorum venire contemnentium.
48 Conſtitutio execrabilis vt habeat locum, requiritur, ꝙ vtriuſq; benefi
cij incompatibilis habeatur pacifica poſſeſ.
49 Poſſeſſio pacifica que dicatur, quo ad capitulum de multa, de præben.
& iurium coſimilium.
50 Poſſeſſione in pacifica aliquamdiu ſtetiſſe quis dicatur.
51 Dictio diu ſecundum ſtilum curie refertur ad. xl. dies.
52 Vacatio primi curati, vt dicatus facta, requiritur, ꝙ habeat poſeſ. paci-
cā, nedū beneficij, ſed etiam fructuum, vel maioris partis eorum.
53 Beneficia promoti ad epiſcopatum non vacant etiam poſt conſecratio
nem, & adeptam poſſeſ. ſi fructus epiſcopatus aliquo tempore alte-
ri debentur ex cauſa.

## DE QVALITATE ET STATV BENEFICIO.

VT SCIRI poſſit que & qualia bñficia includantur in hmōi lite-
ris beneficialibus. Item que ſint compatibilia, et que non, ſciendum eſt
1 ergo multas, & varias eſſe qualitates eccleſiaſticorum beneficioꝝ † nā
quedam ſunt ſimplicia, prout ſunt illa, que non hñt populum vel clerū
& hoc de iure cōi. Hinc eſt quod aſſerēti bñficio curam non imminere
2 non incūbit probatio talis negatiue † quia de iure ita eſt quod nullum
bñficium habet curam niſi habeat populum vel clerum, vt dicit Egidi-
3 us cōcluſione. dclxxvj. ĩci. ſi impetrans. † hoꝝ aūt ſimpliciūq̄dā ſunt me
re ſimplicia ſeruitoria, prout qñ hñt aliquod onus annexū, puta dicere
miſſam vel iuuare preſbiterum curatum in canendo, & alijs ſimilibus,
arg. c. ſignificatū de prębēdis. vbi dr̄ quod prębende erat onus annexū,
quod eam obtinens teneretur quottidie celebrare miſſam de ſan. Ma-
ria, faciunt notata in cle. j. de offi. vic. Nonnulla appellantur preſtimo-
monia que & ipſa ſunt beneficia eccleſiaſtica prout tenet Ioā. an. in. c.
poſtulaſti. de reſcrip. ad quod facit bonus text. in. c. fi. in prin. de cōceſ.
4 preben. lib. vj. ¶ † Ex quo infertur quod de illis etiam debet fieri men-
tio in impetrationibus beneficioꝝ ſicut de beneficijs vt per Ioā Cal. in.
c. in noſtra. de reſcrip. & per Pan. in cle. ij. de offi. ord. Licet ꝯriū teneat
5 idē Ioan. and. in. c. vnico. de rerum permuta. lib. vj. dicēs † quod preſti-
monia non ſunt beneficia eccleſiaſtica ſed quedam ſtipendia de quibus
non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali. Idem ſentit
Oldra. cōſi. cxxxix. alias. cxliij. in titu. de reſcrip. Reperio tñ quod hāc
contrarietatē reducit ad concordiam do. cōſi. lxxxix. inci. vacante Ar-
chidiaconatu. in fi. vbi dicit conſiderandā eſſe naturam preſtimonioꝝ.
nam ſi p̄ſtimonium datur in titulum perpetuum et habet annexum ali-



quod obſequium ſpirituale, ita quod intitulatus in eo arctatur ad ſerui-
tium eccleſiaſticum, dummodo illud ſit tale, quod non poſſit expediri
per laycum, tunc iſtis concurrentibus dr̄ beneficium eccleſiaſticum, &
de eo debet fieri mentio ſpecialis ſicut de aliís bñficijs. c. ad aures. et. c. ſi
proponente de reſcrip. c. non poteſt. &. c. ſi motu proprio. de prebēd.
in. vj. aut conſiſtit in ſola temporalitate, & nullum ſeruitium ſpirituale
6 habet annexum. & tunc procedit prima opinio. Dubitatur modo † an
pluralitas horum ſimplicium ſit permiſſa de iure, quod eſt vtile ſcire ad
multa, precipue propter clauſulam volumus aūt q̄ apponitur in litteris
expectatiuis pp bñficia incompatibilia, in hoc dubio doc. reperiuntur
varij, nam aliqui tenent quod ſit prohibita, quia cum de iure cōi bñfici
um ēt minimum requirat reſidentiam. c. conquerente de cleri. non re-
ſiden. & bñficia que requirunt reſidentiam ſunt incōpatibilia ergo ſe-
quitur quod pluralitas ēt ſimplicium eſt prohibita de iure niſi obtineat
7 diſpenſatio. † & ideo dicit glo. in. c. dudum. in ver. retinere de electio.
quod qui habet plura bñficia quorū alteꝝ per ſe ſufficere, non pōt ſine
8 mortali peccato retinere aliud, ſed diſpēſatio reddit licitum quod erat
illicitū. † Verior tñ vr̄ eſſe diſtinctio dñi Anto. de butri. in cle. gratie
de reſcri p. quā refert & ſequitur Domi. in. c. gratia. eodem tit. lib. vj. vi
delicet quod aut bñficia requirunt reſidentiam de iure cōi conſuetudi-
ne vel ſtatuto, & tunc pluralitas talium eſt prohibita. aut ius cōſuetudo
vel ſtatutum diſponunt, quod non requirant reſidentiā, & in his plura-
litas eſt permiſſa, ēt ſi redditus ſint pingues, dūmodo in altero deſeruia-
tur per ſufficientem ſubſtitutum in onere, ſi quod habet, aſſignata ſibi
congrua de redditibus portione. c. eam te. de eta. & qualit. Aut ſtatutū
vel conſuetudo nihil diſponunt de reſidentia, & tunc quia vt dixi de iu
re cōi beneficium ēt minimum requirit reſidētiam, pluralitas cenſetur
prohibita de iure niſi adſit diſpenſatio vt ſupra vel niſi ſunt talia bene-
ficia que non conferuntur in titulum ſed in ſtipendium, puta pro ſuſtē-
tatione pauperū clericorū, in quibus non requiritur aliqua reſidentia
9 † hinc eſt quod clerici coniugati poſſunt illa retinere vt eſt caſus multū
no. in. c. ſi qui vero ſunt clerici. xxxij. di. et ideo de talibus beneficijs nō
eſt neceſſe in impetratione facere mētionē. vt vult vna deciſ. in antiqs.
232. quam refert Io. milus in ver. gratiā bñficij impetrans. Ex qbus ap-
paret quod habere plura ſimplicia in titulum ſine diſpenſatione regula
riter eſt prohibitum de iure, niſi cautū eſſet exp̄ſſe, quod non requirant
reſidentiam vt ſupra & ne videatur hoc mirum quod ſimplicia ēt bene-
ficia ſint incompatibilia de iure, cum vſus & experientia ſe habeat in cō
10 trarium. † Ideo ſciēdum eſt quod incompatibilitas pōt duobus modis
conſiderari. vno mō dicuntur illa bñficia incompatibilia q̄ ſimul licite
& ſine peccato abſq; diſpenſatione teneri non poſſunt & hoc mō plura
ſimplicia in titulū dicuntur incōpatibilia vt ſuperius dixi, dūmodo al-

terū per ſe ſufficiat,iuxta dictū Hieronymi tranſſumptiue in.c.j.xliiij.
di.dum inquit tibi dico o ſacerdos de altari viuere nō luxuriari permit
titur.alias eſt genus negociationis,& turpiſſimū vitium auaritie, quod
deteſtatur idē Hierony.in epiſtola ad ruſticum tranſſumptiue autem
in.c.diaconi.xciij.di.dum dicit ex quo in eccleſijs ſicut in Romano Im
perio creuit auaritia perijt lex de ſacerdote,& viſio de propheta.Sed cu
riales hec non bene ſeruant,immo multi de patrimonio Ieſu chriſti di-
tati retrocedunt,vt dicit tex.in.c.cum ex eo.de electio.lib.vj.& oēs ſu-
11 mus in eadem damnatione.† Circa tamen ſublimes & literatas pſonas
huiuſmodi pluralitas facile eſſet tolleranda per illud ꝙ dicit tex.in.c.
de multa in fi.de prebend.

12 ¶ † Alio modo & ſecundo caſu illa dicuntur beneficia incompatibilia
per quorum vnius aſſecutionem aliud vacat.d.c.de multa vbi diſponi-
tur quod quicunqꝫ habens beneficium curatum vel dignitatem aut per
ſonatum etiam non curatum, ſi recipit ſecundum, tale vacat primum
ipſo iure.& idem eſt ſi recipiat alterum de hijs prohibitis ſimul cū alio
13 † vnde ſi habens perſonatum recipit dignitatem vel beneficium curatū
aut econuerſo, vacat primum,vt ibi & in.c.primo de conſuetu.lib.vj.
14 † vbi additur idem de officijs perpetuis,vt quis non poſſit retinere plu-
ra ſimul ſine diſpenſatione,& de tali incompatibilitate intelligitur illa
clauſula volumus autē &c.Circa iſtā incompatibilitatem conſiderātur
quatuor tempora,prout eleganter proſequitur Cardi. conſi.iij.incip.
domina &c.vt ibi latius per eum † vbi etiam cōcludit quod Canonica-
15 tus & Capellania non ſunt incompatibilia de iure in eadem eccleſia,ac
cipiendo incompatibilitatē ſecundo modo, & ideo habens capellaniā
ſi cōſequatur canonicatum ibidem per aſſecutionem alterius primum
non vacat ipſo iure,cum ſint difformia,faciunt notata per docto.in.d.
c.primo de conſuetu.& in.c.cum iam dudum de prebend.puto tamen
ego quod cadunt ſub prima incompatibilitate, quia negari non poteſt
quin Canonicus prebendatus dicatur beneficiatus vt colligitur ex vna
deciſ.in nouiſ.ccccxlv.incipien.Si legatus. & ideo ſi habet ſufficientē
prebendam tali ſufficientia de qua per glo.& docto.in.c. cum adeo.de
reſcrip.& in.c.de monachis de preben.non poterit abſqꝫ diſpēſatione
retinere eam licite, & ſine peccato vna cū alio beneficio. Hinc dicunt
16 doc. † ꝙ Cauonicus impetrans beneficium facta mentione Canonica-
tus tm̄ & nō prebende,nulliter impetrat,quia poteſt eſſe quod ſit cano-
nicus non prebendatus, ideo ſupplicatio ſua nō informat plene Papā,
qui forte non conceſſiſſet aliud beneficiū obtinenti prebendā,ſi de pre
benda fuiſſet expreſſum, cū ſint incompatibilia primo modo vt ſupra
17 dictum eſt, † Papa aūt in dubio p̄ſumitur formare ſe cū diſpoſitione
iuris comunis.c.cām quę.de reſ.& in capi.propoſuit.de conceſ.p̄be.et
iſtam concluſionem firmat Pann.& Moder.in.c. cum adeo de reſ.&





deci.rote.ccccxlix.incip.quidam habens in nouis. Quod verum eſt,&
procedit ſecundum Compillatorem ibidem de canonicatibus & prebē
18 dis diſtinctis.¶ † Secus in non diſtinctis,& preſertim in prebendis cō-
ſequutis quas quis conſequitur eo ipſo ꝙ Canonicatum adipiſcitur.c.
ſi.de conce.preb.lib.vj.¶ Idem de portionibus prebendalibus in qui-
bus caſibus prebende cenſentur annexe canonicatibus, & ſunt de iuri-
bus,& pertinentijs ipſorum de quibus neceſſarium non eſt facere men
19 tionem,arg.c.ſuper eo.de prebend.lib.vj.¶ † Quid autē econtra vtrū
ſufficit facere mentionem de prebenda & tacere canonicatum? domini
de Rota antiquitus tenuerunt quod ſic, vt ponit deciſio.dxlvij.incip.
vtrum canonicus,& alia in antiquioribus in ti.de prebē.ſecunda in or-
dine,quia iſto caſu ceſſat ratio retrahens papam a conceſſione que mili
20 tat in caſu precedenti.¶ † Circa ſecundam qualitatem beneficiorum q̄
ſunt curata ſciendum eſt ꝙ cura poteſt conſiderari dupliciter, videlicet
large & ſtricte,vt ponit Inno.in.c.cum ſatis.de offi.archi.large cura dr̄
poteſtas fori contentioſi prout eſt ſuſpendere, excōmunicare, abſolue-
re,viſitare,& alia huiuſmodi,que tendunt ad correctionem morum.c.
dudū eccleſia de elec.& ibi bona gl.hāc curam p̄nt habere Archidiaco
ni.& alij inferiores prelati.c.j.de offi.archi. & per doc.in.c.cum con-
21 tingat.de fo.compe.¶ † Stricte cura dicitur ptās ligandi & ſoluendi in
foro peni.& hec in nullo p̄t eſſe, niſi ſit ſacereos.c.in nouo.xxj.diſt.&
22 in.c.oīs de peni.& remi.¶ † Dr̄ ergo beneficiū curatum illud de quo
conſtitutum eſt, quod habeat poteſtatem fori penitentialis dato quod
actu non exerceat curam vt quia receſſerunt parochiani prout formali-
ter dicit Car.conſil.xlviij.incip.quidam nobilis.licet in hoc vltimo cō
trarium teneat Fede.de ſenis.conſi.cxxxv.inci.caſus talis eſt, vbi dicit
quod lꝫ olim beneficium fuerit curatum ex quo tm̄ modo non eſt,vt qa
actu non habet parrochianos,nō dr̄ incompatibile,ita vt per aſſecutio-
nem illius vacet aliud curarum.allegat Hoſt.in.c.quia nōnulli de cle.
non reſid.& qd̕no.Io.an.in.c.licet canon.de elec.li.vj.Nihilominus
vtraqꝫ opin.diuerſis reſpectibus pōt eſſe vera, prima quo ad hoc vt de
tali cura fiat mentio in impetratione,ſecunda vt non dicatur incompa-
tibile cum alio curato de quo latius per doc.in.c.de multa. de preben.
23 ¶ † Illud etiam notandum eſt,quod ibidem ſubijcit Fede.videlicet qd̕
actus ſepeliendi non facit dici eccleſiam curatam, nam ſine cura poteſt
habere cimiterium ex conſuetudine,vel conceſſione ep̄i.alleg. Archi.
in.c.j.de ſepul.& Hoſt.in.d.c.quia nonnulli. Similiter per actū bapti-
zandi non intelligitur quis habere curam,ex quo nō habet certam par-
rochiam,ꝙ etiā tenet Pau.in cle.vnica de baptiſmo, & ſequit̄ Car.in.
24 iiij.q. † quia actus bapzandi licite qn̄qꝫ exercetur p̲ laicū vt in §.verū.
xxxij.di.& tm̄ laicus nō eſt capax cure,nec etiam mulier ſiue loquamur
quo ad forum penitentiale, ſiue quo ad contentioſum.c. omnis.&.c.

25 noua. de peni. & remiſ. † Immo tales perſone non poſſunt preſcribere
curam, quia preſcriptio non procedit ſine poſſeſſione tales autem ſunt
incapaces poſſidēdi ſpiritualia. c. cauſamqꝫ de preſcri. cum vulg. † Sed
26 per alios qui ſunt capaces poſſidēdi huiuſmodi iura poteſt preſcribi cu-
ra fori etiam penitētialis, vt ponit Cir. in cle. ij. §. ſi. de relig. domi. et in.
27 d. c. cum ſatis de offi. archi. quod eſt notandum. ¶ † Patet igitur ex pre
miſſis beneficium dici curatum quando habet certam parrochiam ſeu
aliquādo habuit cum poteſtate fori penitentialis, que conſiſtit circa ea
28 que premiſi. † Ex quo datur intelligi ꝙ nō ſufficit poteſtas fori penitē-
tialis ſiue certa parrochia ad hoc vt quis dicatur curatus, alias quilibet
ſacerdos ex quo habet poteſtatem ligandi, & ſoluendi diceretur cura-
tus quod eſſet abſurdum. & hoc ſentit glo. notabi. in clementina du-
dum, in verſiculo impendant. de ſepultu. dicens quod licet fratres pre-
dicatores & minores poſſint ex priuilegio illius conſtitutionis, & cle-
menti. exiui. exercere ea que ſunt fori penitentialis, non tamen per hoc
ſunt cenſendi curati, & ratio eſt ſecundum glo. ( quam rationem ergo
pondero ) quia nec ipſi aſtricti ſunt ad exercitium cure, nec fideles ſunt
aſtricti, vt in foro penitentiali ad eos recurrant, ad idem bona gloſſa in
clementina prima in verſiculo preſbyteri de priuile. quam dicit ſing.
Panor. in. c. ſignificaſti. de foro cōpe. & in. c. omnis. de peni. & remiſ.
29 ¶ † Requiritur, & aliud vltra parochiam & parochianos vt quis dica-
tur curatus, videlicet quod exerceat curam nomine ſuo, & non alieno
vt ponit Petr. de ancha. & Imo. in clemen. vnica de officio vica. & late
per doc. in. c. extirpande §. qui vero de prebend. in quibus locis tracta-
tur etiam an perpetuus vicarius dicatur curatus, ita vt talis vicaria per-
petua cenſeatur incompatibilis cum alio curato, de quo vt latius in
30 dictis iuribus. † hoc ſolum non pretermittam quod per mortem vi-
carij perpetui in eccleſia parrochiali dicitur vacare eccleſia, & poteſt
impetrari vt vacans, quia licet non careat principali prelato, vacat ta-
men ex eo quia ſecundario prelato viduata eſt, prout cōcludit Egidius.
concluſi. dccij. incip. ſuppoſito ꝙ epiſcopus &c.
31 ¶ † Requiritur & tertium vt quis dicatur curatus, quod tanquam pre-
latus ſuo nomine ſingulariter ad regimen parrochialis eccleſie & popu
li aſſumatur, & ideo conſuluit egregie Oldra. conſi. lxvij. incip. que-
32 ſtio talis eſt &c. † ꝙ ſi duo inſtituantur in eccleſia parrochiali, ita quod
quilibet ipſorum conſueuit audire confeſſiones, & cetera facere, que
ſpectant ad curam animarum, nullus, ſeu neuter eorum cenſetur cura-
tus, nec in eis habeat locum diſpoſitio. c. licet cano. de elec. li. vj. nec.
c. de multa quod probat per multas rationes. bene facit tex. in cap. ſicut.
vna. xxi. q. ij. ibi ſed. vnum tantummodo habeat ſacerdotem, alias in
vna eccle. & ſic in vno corpore eſſent duo capita quod eſt monſtrum.
c. quia plerique de offi. ord. cum alijs pulchris rationibus vt tibi per



Oldr. Viſum eſt ex parte ſubiecti que requirantur vt beneficium dica-
tur curatum, videndum eſt modo de requiſitis circa perſonas huiuſmo-
di beneficia obtinentes ſeu obtinere volentes, nam maior idoneitas re-
quiritur in curatis q̄ in ſimplicibus, cum ſit ars artium regimen anima-
33 rum. c. pe. de etate & quali. & ideo requiritur. † Primo quod ſit legitti-
mus, alias ſolus Papa diſpēſat cum illegittimo, vt poſſit obtinere bene-
ficium curatum, conſequenter id epiſcopis eſt interdictum. epiſcopi
enim diſpēſant cum illegitimis ſolum vt poſſint obtinere ſimplicia, vt
legitur & notatur in. c. primo. de fil. preſbi. lib. vj. dummodo parentes
eorum ibidem non miniſtrent. & ideo quando quis petit a papa quod
poſſit tenere beneficium in eccleſia in qua genitor ſuus fuit & eſt vel
erit beneficiatus ſecum diſpenſatur ſed ſolent in ſignatura addi hec ver
ba. videlicet dummodo ſimul non miniſtrent. Secundo requiritur ꝙ
ſit in etate legittima ſcilicet. xxv. annorum. c. cum in cunctis. de elec. &
notatur in. c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vj. Hinc eſt quod de ſtilo cu-
rie non datur parrochialis in titulum minori. xviij. annorum ſed in co-
mendam vſqꝫ ad decimumoctauum & deinde in tit. regulariter autem
parrochiales non comēdantur niſi epiſcopis vel prelatis aut valde qua-
lificatis, aliquando tamen comendantur regularibus perſonis, ſed vna
tantum & non due ſimiliter nec locus aut canonicalis portio. Et in pre
miſſis epiſcopi diſpenſare non poſſunt quacunqꝫ cauſa ſubſiſtente, ſecū
dum Ioan. mo. in. c. cupientes §. denique. de elec. lib. vj. & Ioan. And.
in. c. vnico. de eta. & qual. eod. li. rationem aſſignat Philippus ibi quia
abſurdum eſſet ꝙ epiſcopus contra tam ſolenne concilium de quo in.
34 d. c. cum in cunctis poſſet diſpenſare, † nam illud eſt ſolius pape diſpen
ſare ſcilicet contra concilia. c. ſignificaſti. de elec. non autem inferioris
etiam ſi ſit legatus de latere vt notatur in. c. dilec. de preben. & per Ioā.
And. in addi. ſpec. in tit. de diſpenſa §. conſequenter in prin. licet Arc.
in. c. licet cano. de elec. li. vj. teneat contrarium pro quo facit vna deci.
cclxij. incip. in religioſo. in nouiſ. vbi dicit quod ex magna cauſa vtili-
tatis vel neceſſitatis diſpenſant epiſcopi contra cōcilia generalia. c. tali.
35 &. c. exigente. j. q. vij. † & per hoc infertur ibi quod ex magna cauſa
poteſt epiſcopus diſpenſare cum monacho aſſumēdo ad eccleſiam par-
rochialem, licet illud ſit expreſſe prohibitum per concilium lateran. vt
in. c. ij. de ſtatu mona. Sed q̄uis hec vltima opinio poſſet procedere de
iure arg. l. ſi hominem. ff. mand. & ꝙ per illam legem in hoc propoſi
to ſcribit Panor. in. c. at ſi clerici §. de adulterijs. de iud. & late per domi
num And. ſiculum. in repeti. rubrice. C. qui admitti. & per Fel. in. c. j.
de conſtitut. primam tamen tenet curia vt notat̃ in dictis iuribus hmōi
autem idoneitas reſpectu etatis non requirit̃ in obtinentibus ſimplicia
36 bn̄ficia, † quia in illis maior ſeptem annis idoneus reputatur ēt ad cano
nicatum ecclie cathedralis. c. ſi eo tēpore. de reſcrip. li. vj. & nota gl. in

ſpecie in.c.ex eo.de elec.eodem lib.idem ponit rota deciſ. cciiij.incip.
nota quod maior in antiquis.licet per vnam regulam cancellarie factã
per Gregorium.xj.caueatur aliter.videlicet quod prebende eccleſie ca-
thedralis non niſi habentibus.xiiij.annos cõferantur, quo caſu annus
ceptus non habeť pro completo vt ponit alia deciſ. cccxxiiij. incipiẽ.
ſuppoſita.in nouiſ. & Egidius concluſione. dccxxvij. quę idem dicit.
Solet tñ diſpenſari ad canonicatus & prebendas in cathedralibus etiã
metropolitanis & in collegiatis eccleſijs cum conſtitutis in octauo an-
no regulis contrarijs non obſtãtibus. Non pretermitto vnum quod vr̃
37 ſatis mirum circa iſtam idoneitatem in curatis reſpectu etatis † quia in
hoc epĩ diſpenſare non poſſunt vt ſupra & tñ diſpẽſant vt in minores.
xxv.annis dummodo peregerint vigeſimum annum poſſint obtinere
perſonatus vel dignitates ſine cura.c.j.de eta.& qualit.lib.vj.niſi dicať
hoc ideo eſſe quia non requiritur tanta idoneitas in dignitatibus, quan
ta in beneficijs curatis cum ſit ars artium regimẽ animarum vt ſupra in
38 alio propoſito dixi. ¶ † Conſueuit tamen Papa diſpenſare ſup defectu
etatis pro non qualificato ad vnum curatum.in.xix.anno.& de ſecun-
do in etate legittima.ſed pro nobilibus vel alias qualificatis ad vnũ cu-
ratum in.xvij.anno.de ſecundo in.xx. & de tertio in etate legitima.cũ
talibus enim diſpenſatur ad tria incompatibilia arg.c.de multa in fi.de
preb.cum alijs minime, niſi ex ſingulari gratia, in Francia tñ pro omni-
bus, & etiam pro non qualificato ad vnum curatum in.xij.de ſecundo
39 in.xv.anno.& de tertio in etate legitima. ¶ † Tertio queritur quid ſit
ſacerdos, vel quod infra annum ad ſacerdotium promoueatur, alias la-
pſo anno integraliter ceſſante iuſto impedimẽto, ſi promotus non fue-
rit, remanet priuatus ipſo iure, nec in hoc epiſcopi diſpenſare poſſunt,
niſi ratioue ſtudij hec probanť in.c.licet canon, &.c.commiſſa iuncto.
40 c.cum ex eo de ele.in.vj. ¶ † Quarto requiritur quod nõ habeat aliud
curatum, ſeu aliud incompatibile alias per adeptionem pacificam ſecũ-
di vacat primum ipſo iure per conſtitutionem execrabilis Io.xxij. & ꝑ
41 prius per.c.de multa.de preb. † ſed in hoc plus diſponitur per conſtitu
tionem execrabilis, quia per illam ille qui conſequitur ſecundum incõ
patibile tenetur renunciare primo abſq; more diſpẽdio verbo, & facto
in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico, alias efficitur inhabilis
ad oridnes eccleſiaſticos ſacros, & ad eccleſiaſtica beneficia vt ibi, & de-
bet intelligi de tali incompatibilitate quę inducit priuationem ipſo iu-
re prout eſt in duobus curatis.aut in curato & dignitate, vel perſonatu
etiam ſine cura, vel officio perpetuo iuxta diſpoſitionem dictorum iu-
42 rium &.c.primi.de conſuetu.lib.vj. ¶ † Secus dico in alia diſſimili in
compatibilitate.puta ſi habens vnum curatum adipiſcatur beneficium
ſimplex requirens perſonalem reſidentiam ex priuilegio vel ſtatuto, ſi-
ue conſuetudine, nam licet tale etiam beneficium ſit incompatibile cũ



vno curato, vel aliquo alio de pdictis, vt not. Innoc.in.c.ex tue de cle.
non reſidẽ.& clarius in.c.fina.eo.ti.& Ioan.And.in cleme.gratie.in
glo.iij.de reſcrip.nihilominus per adeptionem ſecundi talis non vacat
primum ipſo iure, nam licet poſſit priuari tali beneficio requirente re-
ſidentiam, niſi in eo reſideat, non tamen ipſo iure priuatus eſt aliquo il-
43 loꝝ, vt ponit deciſ.clxxxiiij.incip. nota quod habens in antiquis, † &
ratio eſt quia diſpoſitio dictorum iurium maxime conſtit.exec.penalis
44 eſt, & debet ſolum in terminis ſuis teneri. ¶ † Item & ſecundo, ad hoc
vt ſit locus dicte conſtitutioni execrabilis, & penis in ea contentis circa
dignitates & beneficia incompatibilia requiritur quod illa ſint curata
ſtricte, vel ſaltem large ſecundum quod ponit Innoc.in.c. cum ſatis de
offi.archidiac.& ſupra declaraui, videlicet quod habeat curam fori pe-
nitentialis, vel contentioſi prout innuit dicta conſtitutio ad finem.
45 ¶ † Et ideo tenui in queſtione occurrente in facto quod obtinens per-
ſonatum qui ſonat in nomen dignitatis de iure communi, prout eſt Ar
chidiacona.vt ponit deci.clxxiij.incip.de theſauraria, in nouis, ſi reti-
net illum abſque diſpenſatione cum beneficio curato certe non incur-
rit penas dicte conſtitutionis ẽxecrabilis, dummodo talis dignitas non
habeat curam ſtricte, vel large, vnde habet locum iſto caſu diſpoſitio.
46 c.de multa ſepius allegati. † dicebam iſtud procedere etiam ſi obtinẽs
talem dignitatem haberet conuocare capitulum, quia per hoc non di-
ceretur habere aliquam iuriſditionem fori contentioſi, cum non poſſit
47 punire in aliquo non venientes ad capitulum. † Hec eſt enim pena ca-
nonicorum qui fuerunt vocati ſi contennunt venire, quia faciunt ſe
alienos quo ad illum actum pro illa vice, in tantum quod videlicet, ꝙ
48 faciunt reliqui capitulantes, vt dicit Inno.in.c.j.de ma.& obe. ¶ † Ter
tio ad hoc vt ſit locus dictis iuribus requiritur quod vtriuſque incom-
patibilis habeatur pacifica poſſeſſio, ſecus ergo ſi non eſſet pacifica ex
aliquo impedimento.c.commiſſa. de elec.lib.vj. & licet varient doc.
& glo. que dicatur pacifica poſſeſſio, vt in.d.c.commiſſa.& etiam que-
dam deciſ.rote videlicet.lxj.incip.ſufficit impetranti. &.xxxvj.incip.
49 no.quod vbi aliquis in antiquis † tamẽ quo ad hoc approbata eſt opi.
Archidia.& glo.in.d.c.commiſſa, vt non ſit locus.c.de multa, & ſimi-
libus iuribus, niſi quando ſecunda aſſecutio eſt pacifica nedum de fa-
cto.ſed etiam de iure, puta ſi ſtatim, & incontinenti non fuit turbata,
& litigioſa prout dicit Egidius concluſio.dxcvij.inci. nõ eſt locus &c.
& ideo glo.in.d.c.cõmiſſa dicit quod q poſſeſſionem aliquandiu obti
50 nuit ſine litigio hac conſtitutione arctatur, † dicitur autem aliquandiu
ſteтiſſe in pacifica poſſeſſione qui poſſedit pacifice per vnum mneſem
51 vel ad plus per duos ſecundum doc. ibi † facit ad hoc quod no. Ioan.
An.in.c.ex parte abbatiſſe.de priui.vbi dicit quod dictio diu refertur
52 ſecundum ſtilum curie ad.xl.dies. ¶ † Quarto & vltimo ad hoc vt ſit

locus dictis iuribus requiritur quod habeat pacificam poſſeſſionem ne-dum beneficij ideſt exercitij cure ſed etiam fructuum vel maioris partis eorum, non enim ſufficit pacifica poſſeſſio ſolius cure & minoris partis fructuum, quia licet illud ſufficiat quoad ordinum promotionem non tamen ſufficit quo ad incurſum penarum dictorum iurium, nec quo ad inducēdam vacationem primi curati ipſo iure prout tenent comuniter doc. in. d. c. de multa. & glo. no. per illum tex. in. c. tibi cōceſſio. de p̄b. lib. vj. † vbi vult quod beneficia promoti ad epiſcopatum non vacāt ēt
53 poſt conſec. & adeptam poſ. ſi fructus epicopatus aliquo tempore dicū-tur alteri ex aliqua cauſa, idem ſequitur Roma. conſi. cccxxxiiij. incip. circa primum, & alio conſi. cccxlv. in pe. col. illam etiam glo. exclamat ad hoc propoſitum Do. conſi. lxxviij. inci. formantur &c. & ex hoc infero ꝙ promotus ad epiſcopatum titularem nō perdit priora benefi. p. ſupra dicta. ℭ Dixi breuiter de requiſitis quo ad perſonas hm̄oi curata beneficia obtinentes ſeu obtinere volentes dicendum reſtat.

## SVMMARIVM

1 Cure qualitas in impetratione exprimi debet.
2 Beneficiorum appellatione an & quando veniant curata.
3 Beneficij appellatitione de propria ſignificatione venit beneficium cū cura preterꝗ̃ in litteris reſtringibilibus.
4 Indultum Cardinalium de conferendis beneficijs ſuorum familiarium includit etiam curata.
5 Procurator habens mandatum ad acceptandum vel impetrandum be-neficia poterit acceptare etiam beneficia curata.
6 Beneficia curata veniunt, ſi litere motu proprio conceduntur.
7 Curam per equipollens exprimere an ſufficiat, & infra nu. 11.
8 Expreſſio vbi requiritur pro forma, non ſufficit illud per equipollens exprimere.
9 Electus acceptando votum ſuum declarat.
10 Forma verborum baptiſmi alterari non poteſt.
12 Verba gratie ſolum comprehendunt, quid neceſſario inferunt.
13 Eccleſiam eſſe curatam poſſibile eſt, & quod dignitas ibi principalis non ſit curata.
14 Capitulum poteſt preſcribere iuriſditionem corrigendi ſingulos de ca-pitulo excludendo epiſcopum.
15 Gratia an cenſeatur ſurreptitia, ſi dicatur beneficium eſſe curatum & ſit ſimplex, & infra nu. 17.
16 Argu. de maiori ad minus in beneficialibus non valet.
18 Surreptionem que dicantur inducere.
19 Gr̄a non reddit ſubreptitia, ſi exprimat̄ dignitas, que re vera eſt officiū.



20 Capitulum cui de non de preben. in. vj. quomodo procedat.
21 Impetrans an teneatur exprimere qualitatem ſuorum beneficiorum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

## DE MODO ET FORMA IMPETRANDI.

1 DEBET † ergo in impetratione talium exprimi qualitas cure alias curatum non includitur. c. cum in illis in prin. de preben. lib. vj. vbi di-citur, ꝙ ſi mandatur prouideri de dignitatibus vel alijs beneficijs eccle-ſiaſticis curata non includit, ex quo non exprimitur de curatis, & hoc idem obtinet in impetratione iam vacantium per regulam canzellarie diſponentem, quod alias gratie deſuper facte ſint nulle & hoc ex defe-ctu intentionis concedentis qui forte gratiam non conceſſiſſet, ſi quali tas cure fuiſſet expreſſa, ex quo in curatis requiritur maior idoneitas, ꝗ̃
2 in alijs beneficijs vt ibi. ℭ † Predicta tamen procedunt in litteris ambi-tioſis conceſſis ad petitionem ſupplicantis in quibus non veniunt cura ta de cura nō habita mentiōne vt ſupra. ℭ Secus eſt in literis nō reſtrin gibilibus, ſed ampliandis vt puta quando fit gratia in alium deriuatiua quę eſt fauorabilis, & amplianda. c. dudum. &c. ſi. c. cui. de preb. lib. vj. tali caſu & alijs ſimilibus appellatione beneficiorum veniunt non ſolū ſimplicia, ſed etiam curata, licet de cura non ſit facta mentio ſecundum doc. in. d. c. cum in illis, quod fundatur duplici ratione videlicet tum propter gratiam principis, que tali caſu fauorabilis eſt & amplianda, ex
3 quo in ea ceſſat ambitio. † tum etiam quia de propria ſignificatione ap-pellatione beneficij venit beneficium cum cura preter ꝗ̃ in litteris re-ſtringibilibus, ſecundum Inno. in. c. ſi. de prebend. Ex quo infero tria
4 que ſunt notanda. ℭ † Primum quod in indulto Cardinalium de con-ferendis beneficijs ſeruorum familiarium includuntur omnia benefi-cia etiam curata, vt ponit Federi. conſilio. lxxij. incip. factum tale eſt &c. & nota quod epiſcopi non ſunt familiares Cardinalium quo ad in dultum predictum licet in ſupplicatione ſuper beneficijs epiſcoporum conſueuit poni hec clauſula, & quod exprimi poſſit ſi dictus Nico. epi-ſcopus fuerit familiaris et continuus cōmenſalis alicuius Cardinalis dū
5 in minoribus erat. ℭ † Secundum quod procurator habens manda-tum ad acceptandum vel ad impetrandum beneficia poterit acceptare beneficia etiam curata, ſecundum Innocentium in capitulo accedens. in tertia columna. de prebendis quia tale mandatum non eſt odioſum
6 ſed fauorabile † Tertium ꝙ ſi litere conceduntur motu proprio tunc veniunt etiam curata, licet de cura non fiat in litteris mentio, vt ſen-tit gloſſa & ſequitur Lapus in dicto capitulo cum in illis. per bonam rationem, vt ibi per Philip. quicquid dicat Dominicus ibidem. Sed circa expreſſionem cure in impetratione dubitatur de aliquibus
7 † & primo vtrum ſufficit exprimere curam per equipollens. quod

videtur,quia regulariter non refert quid ex equipollentibus fiat.l.pre=
8 ſes cum ibi notat.C.de ſenten.cum ſimilibus.eꝫ videtur qđ non † quia
vbi requiritur certa expreſſio pro forma(prout in hoc caſu impetratio=
nis curatorum vt ſupra)tunc non ſufficit illud exprimere per equipol=
lens,immo talj caſu longe differt quid ex equipollentibus fiat, vt dicit
bal.in.l.ſi inſtitorem ſeruū.ff.ſi cer.pet.& ideo tenuit collector deciſio
9 num deciſ.dcccxliiij.incip.canonici.in antiquis, quod ſi compromiſ=
ſarij hn̄t in forma mandati,vt ſcrutentur vota omnium & ſingulorū,&
ipſi inuenientes maiorem partem concordēt in quēdā de.c.ipſum eli=
gunt eo non ſcrutato,certe non dicit̄ ſeruata forma compromiſſi,ideo
electio non valet † quia licet ille acceptando declaret votum ſuum vt
10 ponit gl.in.c.cum in iure.de elec.tn̄ non dr̄ formaliter ſcrutatus. † Si=
militer dixit Inno.et ſequuntur doc.in.c.j.de baptiſ.quod non ſufficit
dicere baptizo te in nomine Trinitatis, quia illa verba videlicet ba=
ptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti ſunt de forma,faciunt
multa ſimilia que cumulauit dominus Fely.in.cap.cum dilecta in ver.
amplia.xj.de reſcrip.cū ergo vt dixi expreſſio cure requiratur pro for=
ma in impetratione curatorum.d.c.cum in illis.videtur quod non ſuf=
11 ficit illam exprimere per equipollens † iſtam queſtionem videtur termi
nare vna deciſio licet de predictis motiuis nō faciat mentionem in or=
dine.xiij.incip.vtrum cū quis impetrat in ti.de preb. in antiquioribus
diſtinguendo,quod aut equipollens expreſſum eſt tale quod de neceſſi
tate & infalibiliter infert curam, prout ſi exprimitur,quod tenet̄ audi=
re confeſſiones, conferre eccleſiaſtica ſacramenta,& alia huiuſmodi,&
iſto caſu talis expreſſio ſufficit ex quo talia verba equipollentia infe=
runt veritatem facti infallibiliter. Secus ſi exprimeretur equipollens
neceſſario curam non concludens prout quod beneficium vel eccleſia
habet cimiterium vel fontem baptiſmalem,quia talia non inferunt cu=
ram neceſſario vt ſuperius dixi,conſequenter nō probat hoc eſſe quod
ab hoc contingit abeſſe.l.neque natales &.c.in preſentia. de proba. &
iſtam partem pulcherimis rationibus ſequitur conſulendo Card.cōſi.
xxx.incip.quidam preſbiter.vbi tenet quod impetrans dignitatem cu=
ratam non ſufficit quod de cura faciat mentionem per equipollens pu=
ta quod habet collegium † quia veı ba gratie beneficialis conceſſe ad in
13 ſtantiā impetrantis ſolum comprehendunt illud quod neceſſario ex
vi verborum inferunt,vt eſt caſus in.c.non poteſt in fi.de prebend.lib.
vj.vbi ſi impetrans beneficium adiecit clauſulam non obſtante alio be=
neficio &c.operatur ſolum ſublationem ſurreptionis non autem diſpē
ſationem ſed poſſibile eſt quod eccleſia ſit collegiata & curata & quod
dignitas principalis ibi non ſit curata vt quia ex ſpeciali diſpoſitione in
ſtituentis, vel alio iure poteſt cura parrochie & collegij ad alium per
tinere, vt probatur ex notatis in.c. ſtatutum de elec.lib.vj.& in cap.ir=
refragabili.



14 refragabili § exceſſus.de offic.or. † vbi probat̄ quod capitulū poteſt p̄=
ſcribere iuriſditionem corrigendi ſingulos de cap. excludendo epiſco=
pum,ita quod non ſit locus p̄uentioni ſm̄ Ioan.andr.ibi. Prętereа eſt
dare dignitatem principaliorem in eccleſia prout eſt Archidiaconatus,
quę tn̄ nullam habet iuriſditionē vt probat optime Cardi.in.d.cōſi. ex
quibus concludo quod non ſufficit facere mētionem de cura per eqpol
lens,niſi illud ſi tale quod de neceſſitate & infallibiliter infert curam p
15 ſupradicta.Secundo principaliter dubitatur de tali.q. † vnus ſupplicat
Papę vt ſibi prouideat de certo bn̄ficio cui aſſerit curam animaꝝ immi
nere.Papa mandat ſibi de eo prouidere narrādo in literis ſm̄ aſſerta in
ſupplicatione illi.ſ.beneficio imminere curam animarū. reperitur po=
ſtea quod eſt bn̄ficium ſimplex nullam habens curam. Vtrum gr̄a cen=
ſeatur ſurrepticia pp̄ falſam qualitatem expreſſam.Iſtud dubium ponit
Rot.deciſ.562.incip.Papę ſupplicat in antiquis.& concludit quod ta
lis expreſſio curę non nocet impetranti.quia ex quo Papa conceſſit de
qualitate maiori,ſcilicet curata,multo fortius cōceſſiſſet de minori. vt
in regula cui concedit̄, licet poſtea in fine deciſionis opponat de.c.cui
16 de non.de p̄ben.lib.vj.† vbi probat̄ quod in beneficialibus conceſſio=
17 nibus non valet argumentū de maiori ad minus. † Sed hoc non obſtā.
ego teneo primā partem quia hic eſt error in demonſtratione tm̄ reſpe=
ctu qualitatis.conſtat aūt ꝙ error reſpectu qualitatis demonſtratiue, ſi
alias conſtat de corpore vel pſona cum qua vel in quam diſponitur, nō
viciat diſpoſitionē.l.falſa demonſtratio.ff.de condi.& demon.et in.c.
18 tua.de ſponſ.¶Prętereа facit alia ratio † nam illa dicuntur imprimere
ſurreptionem quę ſi fuiſſent expreſſa vel nō tacita retraxiſſent principē
a gratia cōcedenda vel ſaltem non ita de facili inclinaſſent eum ad con=
cedēdum.c.ſuper lr̄is.&.c.poſtulaſti.de reſcrip.ſed ſic eſt, quod tali ca
ſu fuit expreſſa talis qualitas,& ſuppreſſa alia vera,quę ſi fuiſſent exp̄ſſe
Papa nihilominus veriſimiliter lr̄as dediſſet, cum maior idoneitas re=
quiratur in curato ꝙ̄ in ſimplici,ergo ſequitur ꝙ quē reputauit idoneū
19 ad curatum,multo fortius idem reputaſſet quo ad ſimplex, † & per has
conſimileſqꝫ rōnes idem tenuit alia deciſ.in impetrante dignitatē expri
mendo quod ſit dignitas,& re vera ſit officium nihilominus talis exp̄ſ=
ſio non reddit gr̄am nec impetrationē ſurrepticiam,ita ponit deci.xix.
ſub ti.de prębеn.in antiquioribus,& alia deciſ.582.incip.quidam obti
20 nuit in antiquis † non obſtat cōtrarium de.c.cui de non,quia illud p̄ce
dit qn̄ maius exprimitur cauſa taxationis gratię,ſecus qn̄ cauſa demon
ſtrationis ſm̄ doc.ibi,& ponit Domi.conſi.cxj.incipien. dn̄s noſter.
¶Tertio,& vltimo circa p̄dictam materiā dubitatur vtrum habens be=
neficium curatū annexum p̄bendę,& canonicatui in cathedrali non di
co capelle,quia non dat̄ vnio ad indigniorem teneatur in impetratiōe
21 alterius curati facere mentionem de illo curato annexo, † & certe tenē=

do illud quod dicit glo. in cle.j.de p̄ben.quod impetrans non tenetur exprimere qualitatem beneficiorū quę obtinet,tunc quęſtio non haberet dubium. ¶Sed caſu quo etiam de qualitatibus obtētorum mentio fieri deberet,adhuc illud nō haberet locum iſto caſu.quia ſicut ſup. annexo requiritur diſpenſatio,quãuis illud ſit curatum,immo de iure cōmuni licite poteſt teneri cum alio curato.c.ſuper eo.de pręben.lib.vj. & ponit Lap.allegatione.xxxvj.incip.vtrum abſq; diſpēſatione. Ita & pariformiter non eſt neceſſaria expreſſio talis qualitatis in impetratiōe alterius beneficij,ſed ſufficit exprimere principale cui annexum eſt tale curatum,ſm Domi.in.d.c.ſuper eo.& in dicto conſilio.

## SVMMARIVM

1 Auctoritas epiſcopi ad cōſtituendū iuſpatronatus,eſt neceſſaria.
2 Eccleſia quare iuſpatronatus laicis conceſſit.
3 Iuſpatronatus non acquirit,ſi dos conferatur eccleſię iam conſecratæ.
4 Iuſpatronatus non poteſt concedi in eccleſia conſecrata niſi per Papā.
5 Fundator non eſt neceſſe q̄ reſeruet ſibi expreſſe iuſpatronatus.
6 Iuſpatronatus an acquiratur ex eccleſiæ reedificatione.
7 Beneficia iuriſpatronatus an cadant in gratijs expectatiuis.
8 Papa non confert beneficia patronalia etiam vacantia in curia.
9 Beneficia iuriſpatronatus,licet in curia vacēt non cenſent̄ reſeruata.
10 Clauſula derogatoria iuriſpatronatus laicorum etiā ex fundatione conceditur vacantibus per obitum apud ſedem.
11 Permutationes quę fiunt in curia de beneficijs patronalibus non valēt, iuriſpat.non facta mentione.
12 Iuriſpatronatus laicorum per quæ verba videtur facta mentio.
13 Clericus preſentans iure patrimonij per omnia,vt laicus cenſetur.
14 Iuſpatronatus ſi pertineat ad clericum,& laicum,an includatur ſub illis verbis ad preſentationem quorūcunq;.
15 Iuſpatronatus quibus modis in alium transferatur.
16 Iuſpatronatus non acquiritur per illos modos,per quos iuſpatronatus acquiritur.
17 Patronus poteſt donare ius preſentandi iurepatronatus ſibi retento quo ad alia.
18 Legatus poteſt conferre beneficium,in quo laici habent tantum ius preſentandi.
19 Capi.ij.de preb.in.vj.quomodo intelligatur.
20 Caſus in q̄bus in ī̄petratione de iurepatronat⁹ nō eſt faciēda mentio.
21 Poſſeſſio in preſentando plus attenditur,q̄ proprietas.
22 Collatio facta ab eo,qui eſt in quaſi poſſeſſione valet,licet poſtea detegatur de non iure ipſius.



23 Diſpenſatio Papæ facta cum promoto ad ep̄atum q̄ retineat beneficia ſua, comprehendit etiam beneficia iuriſpatronatus laicorum, q̄uis de tali iure in diſpenſatione non ſit facta mentio.
24 Conſenſus epiſcopi an ſit neceſſarius in p̄mutatione iuriſpatronatus.
25 Permutationes beneficiorum auctoritate epiſcopi fieri debent.
26 Conſenſus patronorum non acquiritur in permutatione beneficiorū iuriſpatronatus.
27 Iuripatronatus non derogatur in prouiſionibus beneficiorum quorū collatio eſt ad ſedem deuoluta.

SEQVITVR VIDERE de tertia qualitate beneficiorū quæ ſunt iuriſpat.q̄ ius quęritur principaliter tribus modis,videlicet dota-
1 tione,cōſtructione,& fundarione † accedente tn̄ auctoritate epiſcopi, quę eſt neceſſaria ad creandum ius patronatus tam in clerico q̄ in layco.c.conſiderandū.xj.q.ij.& in.c.nobis.de iurepa.ad illum enim pertinet examinare locum erectionis eccleſię,& ipſius dotem.item diſponere qualiter ſit regenda & gubernanda § illud.in auct.de monach.&
2 in.c.nullus.de iure patro.iuncta cle.j.eodem tit.† Conceſſit autem eccleſia tale ius laycis vt illi per hoc inuitarentur ad dotandas & conſtruē-
3 das eccleſias,vt in dictis iuribus. † Ex quo infertur quod ſi poſt cōſtructam & conſecratā eccleſiam,daret,quis illi dotem,per hoc non efficeretur patronus,quia eſſet imponere ſeruitutē rei ſacræ quod eſt prohibitum.l.ſeruitutes § fi.ff.de ſeruitu.quod enim humani iuris eſſe deſinit ſeruitutem non recipit.l.caueri.ff.cōmunia predio.& hoc tenet expreſſe gl.in.c.pie mentis.xvj.q.vij.idem tenuit Do.conſi.xxxij.incip.
4 in Chriſti nomine amen p̄ examinationē predictorum &c.† dicens qd' epiſcopus ſeu alius prelatus citra Papam non poteſt cōcedere layco ius patronatus in eccleſia iam conſecrata neque in capella ipſius,pro quo facit tex.optimus in.c.hoc conſultiſſimo.de rebus eccle.non alie.lib. vj.vbi diſponitur quod conceſſio iuris patronatus in eccleſia iam conſecrata facta per prelatos laycis abſque ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali ſit nulla ipſo iure,nec ex tali conceſſione ius aliquod acquiritur habile ad reſcriptionem. Dubitatur modo circa prædicta de aliquibus.
5 † & primo vtrum requiratur quod in dotatione,conſtructione,vel fundatione expreſſe reſeruetur iuſpatronatus.Calder.conſil.v.in titulo de iurepatro.refert aliquos tenere,quod niſi edificans eccleſiam reſeruet ſibi expreſſe ius patronatus,non remanet patronus,quod ego non puto verum,quia caſus eſt in contrarium in.c.ſignificauit.de teſti.per quem tenet ibi Cardin.& ſequitur Panor.quod ex fundatione eccleſiæ acquiritur ius patronus,licet fundator hoc ius expreſſe non reſeruauerit,& tranſit ad hæredes,licet fundator hoc non dixerit.facit etiam bona glo.in.c.cum dilectus.& ibi per doctores.de conſuetu.

6 ¶ † Secundo dubitatᷣ vtrum ex reedificatione eccleſiæ deſtructę acqui-
ratur iuſpatronatus. Hoc dubium tangit Inno. in rub. de iurepat. & gl.
magiſtra. in. c. qm̃. eo. tit. in qbus locis concludit ꝙ ad hunc effectũ cau-
ſandum duo reqruntur. primo licentia epi. ſecũdo quod illa eccleſia ſit
omnino deſtructa, ita quod de nouo edificans a fundamẽtis reincipiat
quia tunc perinde eſt ac ſi de nouo cõſtruxiſſet arg. c. conſuluit. de iud.
& facit bona glo. in ver. innouata. in. c. de fabrica. de conſecra. diſt. j.
quę dicit quod eccleſia reedificata in eodem loco a fundamẽtis non eſt
eadem cum prima ſed diuerſa, licet quoad conſecrationẽ ſi ibi remãſit
altare cenſeatᷣ eadem ad euitandũ iterationem ſacramẽti conſecratiõis.
ſi ergo eſt alia a prima certe reedificans acquirit iuſpatro. & hoc ſequitᷣ
Do. conſi. 117. incip. Ieſu Chriſti. &c. in. q. &c. vbi etiam ſubijcit quod
licentia de eccleſia edificãda non ſufficit illi qui reedificat, vnde nõ erit
7 patron⁹ reedificatę, vt ibi per eum ꝑ bonas rõnes. ¶ † Tertio an ſit loc⁹
expectatiuis in beneficijs, quę ſunt iuriſpa. & breuiter dico ꝙ nõ niſi in
lr̃is aliud exprimatur. quia non eſt veriſimile, nec p̃ſumendũ, quod pa-
pa tm̃ preiudicium voluerit facere patronis in iure preſentãdi, niſi illis
deroget expreſſe ꝑ illud quod dicit gl. in. c. ij. in ver. collatio. de p̃ben.
8 lib. vj. † dum inqt ſepius. reperitᷣ receptum in curia Papã non conferre
beneficia etiã vacantia apud ſedẽ, ſi illa ſunt de iurepat. & precipue lay-
corum. ꝙ eſt indubitatũ in iurepat. Regum, cui nunq̃ derogatur etiã ſi
beneficia apud ſedem vacarent per obitum, quod eſt in ſolis regib⁹ ſpe-
ciale, ratio huius ponitᷣ per aliam gl. in. c. cum dilectus. de iurepa. ne. ſ.
layci retrahantᷣ a conſtructione dotatione & fundatione eccleſiarum, con
tra quã rõnem Papa veriſimiliter non veniret in ſpecie, ergo multo mi
nus p̃ſumitur velle venire per verba generalia, quę ponuntur in gratijs
expectatiuis arg. c. cum in generali. de offi. vic. lib. vj. & l. item apud la
9 beonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. † & per hanc rõnem tenuit Lap. al
legat. 96. ꝙ hmõi beneficia iuriſpat. non cenſentᷣ reſeruata licet vacent
(intellige aliter quã per obitum vt ſtatim dicam) in curia Romana vel
apud ſedem. ꝙ idem eſt vt notat glo. in. c. ſtatutum. de prębend. lib. vj. &
hoc niſi vt dixi expreſſe Papa deroget iuripat. p̃dictorum quod põt vt
10 dicit glo. in cle. ij. in ver. apoſtolicis. de p̃ben. † conſueuit autẽ in talib⁹
beneficijs vacantibus ꝑ obitum apud ſedem derogari etiam in totum li-
cet ſint de iurepat. laycorũ ex fundatione dotatione ſecus qñ vacãt ibi-
11 dem aliter quã per obitum † infert etiã ibidem Lap. quod ꝑmutationes
quę fiunt in curia de talibus beneficijs non valent non facta mentiõe iu-
riſpat. vt ſupra. Idem tenet Egidius concluſiõe. 181. incip. in eo quod te
12 nui. &c. Sed dubium eſt † an per illa verba quę in lr̃is apponi conſueue-
runt videatur de tali iure ſufficienter facta mentio. videlicet dum dicitᷣ
ad cuiuſcunq; ſeu quorũcunq; collationem p̃ſentationem vel quamuis
aliam diſpoſitionẽ &c. dico quod non, quia verbum p̃ſentationis non



cludit iſto caſu preſentationem laycorum patronorũ ex defectu inten-
tionis Papę, qui quotiens ſcribit ꝓ aliquo beneficiando non habet mẽ-
tem, nec intentionẽ ꝙ ei conferatur eccleſia in qua laycus habet iuſpa-
tronatus, niſi aliud exprimat vt ſupra. & ponit Io. an. in. c. dilectus. de
offi. leg. illa ergo verba ad preſentationẽ &c. includunt preſentationẽ
clericorũ patronorum habentiũ ius patronatus rõne eccleſiæ, ſecus for
13 te ſi rõne patrimonij † per illud quod dicit gl. in ver. p̃ſentare in cle. ſi.
de iure patro. quod clericus preſentans iure patrimonij ꝑ omnia cenſetᷣ
14 vt laycus. ¶ † Quid autẽ ſi ius patronat⁹ in aliqua eccleſia partim perti-
neat ad laycum partim ad clericũ ratione eccleſię. an ſub illis verbis ad
p̃ſentationem quorũcunq; &c. includatur tunc ius tale, et an ſi vacet in
curia cenſeatᷣ reſeruatum, poteſt dici ꝙ ſic, quia tali caſu pars clerici tra-
hit ad ſe partem layci, & ſic totum cenſetur ius patronat⁹ eccleſiaſticũ,
arg. c. per tuas. & c. cõtingit. de arbi. & ꝙ dicit Bar. in. l. precipimus §.
eodem obſeruãdo. C. de ap. & Panor. in. c. de. iiij. in. v. col. de p̃ſcrip.
tãdem reperi vnam deciſ. quę tenet hanc concluſionẽ expreſſe. in ordi-
ne meo. 266. incip. nota ꝙ Papa in antiquis. facit quod in dubijs. de cõ
ſecr. eccleſię vel alt. & ideo cõſueuit in nouis ꝓuiſionibus iuri patrona-
tus laycorum & clericorum mixtim. in totum derogari. Quarto principa
liter circa predicta dubitatᷣ, quid ſi aliqui layci non ſunt patroni ſed ha-
bent tm̃ ius preſentãdi ex conſuetudine vel preſcriptione ſine alijs mo-
dis de qbus ſtatim dicam. An valeat gratia apoſtolica ſuper aliquo cõſi
mili beneficio non facta mentione de iure preſentãdi quod aliquibus
competit ad illud beneficiũ, ſed prius pro euidentia iſtius notabilis du-
bij premittẽdum eſt quod licet ius patronatus acquiratᷣ a principio tri-
15 bus modis ex quibus cauſatᷣ iuſpa. vt ſupra † tñ poſtq̃ eſt iam acquiſitũ
ꝑ aliquem de dictis modis tunc transfertur in alium certis alijs modis.
Primo ſucceſſione. c. conſiderandũ. xvj. q. vij. & in. c. qm̃ de iure patr.
Secũdo donatione. c. ex inſinuatione. eo. tit. iuncto. c. j. lib. vj. Tertio
permu. c. nemini. xvj. q. vij. Quarto venditione ꝑ quam trãſit cum vni
uerſitate. c. cum ſecundũ. & in. c. ex lr̃is. de iurepat. quos modos ponit
glo. in. c. pie mentis. xvj. q. vij. & Inno. in rub de iure patr. tñ vltra p̃di
ctos ſunt adhuc alij duo. videlicet conſuetudine ſiue prepoſitiõe. item
16 priuilegio † per quos etiã modos acquiritᷣ ius preſentãdi. non tñ per il-
los aut alios predictos quęritur ius patronatus, nec ꝑ iſtos modos effici-
tur quis patronus vt vult domi. Gemi. conſi. xlv. incip. conſuetudo, in
17 iij. col. † & ſentit Cald. conſ. xix. incip. cõceſſum eſt in ti. de iurepa. vbi
dicit quod patronus poteſt donare ſolum ius preſentandi, retento ſibi
iure patronatus quo ad alia, allegat Vincen. in. d. c. ex inſinuatione, &
ſic innuit quod aliud eſt eſſe patronũ, aliud habere tantũ ius p̃ſentãdi.
Vnde redeũdo ad principale quęſitum dico, quod valet gratia apoſto-
lica licet non faciat mentionẽ de tali iure preſentandi q̃uis tale ius pre-

ſentandi competat layco ex aliquo de dictis modis,& hoc q̃a ceſſat tūc
ratio ſuper qua fundatur illa cõcluſio,qua diſponitur per gratiam apo-
ſtolicam non preiudicari patronis laycis, niſi de eis & dicto eorum iu-
re fiat mentio,ne ſcilicet retrahantur a fundatione,cõſtructione,& do-
tatione eccleſiarū vt ſuperius dixi,& hoc in terminis firmat Card.cõſi.
lxix.incip.vacante quadam parrochiali in.ij.col.allegat Fede.de ſenis
18 conſi.lxiij.† vbi plus dicit quod etiam legatus põt conferre talia benefi
cia in quibus layci hñt ius tm̃ preſentãdi,quod non põt q̃n habent ius
patronatus.c.dilectus.de offic.leg.cum ſimilibus.Prędictis vt puto ra-
tionibus conſueuit Papa in impetratione beneficiorum patronalium par
cius derogare patronis laycis qui hñt ius patronatus aliquo de primis
tribus modis q̃ aliјs habentibus tm̃ ius preſentandi, nam iſtis derogat
in totum.illis pro medietate tm̃,licet aliq̃n ex aliquo fauore derogetur il-
lis ex duabus tertijs.niſi ſit ius patronatus vnius tm̃,quia non derogatur
illi in totum neq; pro medietate derogari põt,† & hoc modo intelligo
19 & reſtringo glo.in.c.ij.de prębẽ.lib.vj.Patent igitur ex premiſſis duo
caſus in quibus valet gratia apoſtolica de tali iure non facta mentione,
vel ad plus ſufficit mentio generalis,qualis eſt illa quę cõiter ponitur in
gratijs expectatiuis,videlicet & alterius cuiuſcunq; collationem, p̃ſen-
20 tationem,&c.Eſt alius & ſic tertius caſus † vt ſi aliqui ſint veri patroni
aliquo de tribus primis modis,ſed nõ ſunt in quaſi poſſeſſiõe iuris pre-
ſentandi ſed quidam alij,quia tunc nec de iſtis habentibus ius tm̃ p̃ſen-
tandi debet neceſſario fieri mẽtio per proxime dicta,nec etiam de illis
qui ſunt veri patroni,ex quo per lr̃as apoſtolicas eis nõ fit preiudicium
quo ad preſentationẽ,quam nõ ipſi licet alias ſint veri patroni, ſed illi
quaſi poſſeſſores habent facere,vt notat Innocẽ. in.c.cum eccleſia. de
21 cauſa poſ.& prop.& probatur in.c.conſultationibus.de iure pat. †vbi
probatur cum ibi notatis,quod in preſentando plus attenditur poſſeſ-
ſio q̃ proprietas & idem eſt in iure conferendi,vt dicit deciſ.Rot.557.
incip.quidam impetrauit & alia.cccccl xxv.incip.vtrum ſicut in anti-
22 quis†vbi tenent q̃ valet collatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione
iſtius iuris,licet poſtea detegatur de non iure ipſius.& ita iſtum tertium
caſum firmat Cardin.in conſil.lxix.in ver.ſufficit enim. ¶Quartus &
vltimus pro nunc ponitur p̱ dominos de Rota deci.cccxxxj.incip. ſup
23 poſito facto in nouis,†vbi dicunt valere diſpenſationem Papæ diſpen
ſantis cum promoto ad epiſcopatū quod retineat ſua beneficia,& com
prehendit etiam beneficia iuriſpat.laycorum,q̃uis de tali iure in diſpẽ
ſatione non ſit facta mentio,potiſſima eorum ratio hęc eſt,videlicet q̃a
non tractatur de preiudicio patroni,ex quo tẽpore diſpenſationis non-
dum vacat effectualiter bñficium conſequenter nondum competit pa-
trono ius preſentandi ar.l.nam & ſi §. poſt defectum.ff.de iniuſto teſt.
cum alijs rõnibus,vt ibi per eos,& iſta ratio,& concluſio multum facit



contra illud quod dicit Lapp.allegatione. xcvj. quam ſuperius retuli.
¶Quinto pro complemento iſtius qualitatis beneficiorum,quia ſupe-
rius dixi q̃ inter alios modos quibus transfertur iuſpatro. in alium eſt
permutatio.c.nemini.xvj.q.vij.quęritur de duobus, primo vtrum in
tali permutatione ſit neceſſarius conſenſus,& licentia epiſcopi. Secun-
24 do quid de conſenſu patroni. ¶†Circa primum dicendū eſt quod aut
permutatio fit inter duos patronos habentes quilibet de per ſe ius pa-
tro.in diuerſis eccleſijs,& tunc non poſſunt illa permutare ſine aucto-
ritate epiſcopi,caſus eſt ſm̃ vnum intellectum qui videtur placere ibi,
Panor.in.c.quęrimoniam.de iurepatro. ¶Aut fit permutatio inter ip-
25 ſos beneficiatos,& tunc idem,vt vult glo.in.d.c.nemini, †quia regu-
lariter p̱mutationes beneficiorum fieri debent de auctoritate epiſcopi,
vt ſi vidit vnum eſſe magis vtilem in alia eccleſia q̃ ſit ille qui eam poſ-
ſidet,& econuerſo poſſit eos p̱mutare.c.quęſitum.de re.per.ſed primū
dictum intelligo verum,q̃n fit permutatio inter priuatos.i.ipſos bene-
ficiatos,ſecus ſi cum monaſterio vel eccleſia cui laicus poteſt donare,&
etiam ex cã permutationis concedere iuſpat.ſine conſenſu epiſcopi. c.
vnico.& ibi hoc not.Philip.de iure pat.lib.vj.alleg.Fede. ita tenẽtem
26 conſi.ccxxv.incip.ſi opi. ¶†Circa ſecundam an in p̱mutatione quę fit
inter beneficiatos de auctoritate epiſcopi vt dixi requiratur conſenſus pa
troni dico quod non,q̃a tunc demum patroni req̃runtur ad p̃ſentandū
& preſtandū conſenſum q̃n datur libera vacatio beneficij,et talis p̱ quã
ipſi poſſunt quęcunq; voluerint,dūtamen idoneum p̃ſentare.c. decer-
nimus.xvj.q.vij.& in.c.quod aūt de iurepa.ſed ſic eſt quod q̃n benefi-
cium vacat ex cã permutationis,licet tūc detur vacatio,vt probatur in
c.j.de re.permu.lib.vj.non tñ datur libera vacatio quod patroni poſ-
ſunt quem voluerint preſentare,nam permutantibus ſolūmodo,& nõ
alijs ſunt talia beneficia neceſſario conferenda, clemen.j.de re.p̱muta.
27 ¶†Hinc eſt quod in prouiſiõibus beneficiorum, quorum collatio eſt
deuoluta ad ſedem apoſtolicã non derogatur iuri patr.cum patroni ea
vice ſe impedire non habẽt,& ſic non eſt neceſſe derogare, debet tamẽ
de iurepat.fieri mentio,& hanc concluſionem quãpluribus alijs ratio-
nibus tenet Petr.de anchar.quem refert,& ſequitur Domi. conſil. 50.
incip.in Chriſti nomine quæritur an epiſcopus. ¶Vltimo non omit-
to vnum quod ſeruat curia in talibus beneficijs,q̃a ſolet derogari fun-
dationi beneficiorum,etiam ſi in illa caueatur expreſſe quod obtinens
tale beneficium teneatur apud illum reſidere perſonaliter, & infra an-
num ad ſacerdotium promoueri,ac quod cum illo nõ poſſit aliud obti
nere, ſecus quando petitur fundationis derogatio quo ad omnes eius
partes etiam non expreſſas vel exprimẽdas,quia illa non datur,poſſunt
enim eſſe tales quod illis Papa non derogaret, & iſta ſufficiant quo ad
iſtam qualitatem beneficiorum.

## SVMMARIVM

1 Dignitas quomodo ſe habeat ad perſonatum & officium.
2 Dignitas quid ſit.
3 Epiſcopatus & Abbatia in dignitatem ſonant.
Archidiaconatus in nomen dignitatis ſonat.
4 Perſonatus eſt honor ſine adminiſtratione.
5 Dignitas an veniat appellatione perſonatus.
6 Literę ad perſonatum impetrare dignitatem non comprehendunt.
7 Officium quid ſit.
8 Guardianus fratrum maiorum, & priores mendicantium an dicantur habere dignitatem, perſonatum, vel potius officium.
9 Prelatorum appellatione veniunt guardiani, & priores mendicantiū.
10 Prior conuentualis eſt prelatus, & poteſt eſſe procurator ſine ſuperioris licentia.
11 Guardiano minorum, & priori mendicantium cauſę delegari poſſunt.
12 Vicarius epiſcopi dicitur in dignitate conſtitutus.
13 Conſuetudo non valet, q' Archidiaconus precedat vicarium epi.
14 Vicario epiſcopi generali poſſunt delegari cauſę.
15 Conſuetudo plus attenditur, quam ius commune circa dignitates, & officia eccleſiarum.
16 Dignitas ſeu beneficium electiuum quod dicatur.
17 Papa ſi mandat prouideri de beneficio ſpectante ad collationem capituli, intelligitur de beneficio electiuo.
18 Vocabula debent accipi in proprio ſignificatu, maxime in beneficialibus literis, niſi abſurditas vitanda vrgeat contrarium.
19 Mandatum de prouidēdo de beneficio electiuo quomodo intelligat'.
20 Forma dat eſſe rei.
21 Declaratio ad. c. cum in illis §. j. de pręb. in. vj.
22 Beneficij electiui appellatione in literis beneficialibus non venit canonicatus, vide infra nu. 24. & nu. 27.
23 Prębendę & canonicatus non ſunt electiui.
25 Conſuetudo & legitima preſcriptio tribuit ſtatum beneficio.
26 Dignitates inferiores non includuntur ſub. c. quia propter, nec de iure ſunt electiue.
28 Dignitas collatiua, & etiam electiua venit, quando ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate.
29 Prouidere in eccleſia aliud eſt, & aliud eſt prouidere de eccleſia.
30 Dignitas an includatur, ſi mandatur prouideri de beneficio.
31 Mandatum factum per epiſcopum vicario ſuper conferendis beneficijs, dignitates etiam includit.
32 Mandatum alicui factum de prouidēdo de beneficio, an poſſit de prebenda



...nda prouideri.
33 Beneficij appellatione an & quando prebenda includatur.
34 Bn̄ficia eccleſie cathedralis non includuntur in generali diſpoſitione.
35 Mandatum ad beneficium comprehendit prebendam in eccleſia collegiata ſecundum rotam.
36 Prebenda ... minora beneficia electiua non includuntur in mādato de prouidendo de beneficio expreſſis aliquibus modis.
37 Beneficia minora de conſuetudine electiua eſſe poſſunt.
38 Mentionem an ſufficiat facere de electione per equipollens.
39 Ad eſſe collegij plura requiruntur.
40 Verba que ſupponunt aliquid nihil diſponunt.

TRANSEO Nunc ad dignitates, ad effectum vt ſciri poſſit, an &
quando, & que dignitates includantur in literis expectatiuis, & in no-
uis prouiſionibus, & primo videndum eſt quid ſit dignitas, & in quo
differat a perſonatu, & officio. Secundo de varijs qualitatibus ipſarum
1 dignitatum. Tertio, an & quando veniāt in literis beneficialibus † cir-
ca primum dicit Domi. in. c. j. de conſue. lib. vj. quod dignitas habet ſe
ad perſonatum & officium tanquam genus ad ſpeciem, nā dignitas eſt
nomen generaliſſimum aptum denotare omnem habentem aliquē gra
dū p̄eminentie, allegat gl. in. c. deniq;. iiij. diſtin. Sed in hoc clarius lo-
quitur Oldra. conſilio. cl. incipien. in eccleſia valentina vbi dicit quod
ſi iſta nomina proprie ſumantur neutrum eſt alterum & longe inter ſe
2 differunt, † quia dignitas eſt quedam preeminentia cum adminiſtratio-
3 ne vel iuriſditione. l. honor. ff. de mune. & honoribus. † & hoc modo
epiſcopatus & abbatia ſonant in dignitatem, vt notāt docto. in. c. ij. de
preben. lib. vj. ſimiliter Archidiaconatus ſonat in nomē dignitatis, qa
examinat promouendos & alia exercet, que magnam continent admi-
niſtrationem. c. ad nos, & per totum de officio archi. plus dicit Innocē.
in. c. de multa. quod Archidiaconus ratione nominis ſonat in dignita-
4 tem, etiam ſi nullam habeat iuriſditionem ratione cōſuetudinis. † Per-
ſonatus autem minus dicit quam dignitas, quia eſt quidam honor ſine
adminiſtratione inter que eſt magna differentia, vt probatur in. l. ad rē-
publicam. ff. de muneri. & honoribus. & iſto reſpectu dignitas & perſo
natus ſunt diuerſa, & ꝑpterea diuerſis nominibus nuncupātur. l. ſi idē.
C. de codicil. Sed qn̄ dignitas ſumit' large tunc iſta ambo ſunt ſinoni-
ꝙ interim nedum cōferri, ſed nec etiam poſſunt acceptari arg. c. bene-
48 ficium. de regu. iur. lib. vj. † in curia tñ Roma. ꝯrium practicatur quia
beneficia prouiſi, & ibidem conſecrati ſtatim conferuntur ante adeptā



poſſeſſionem epatus. Quam quidem conſuetudinem dicit Ioā. an. ꝑꝑ
predicta dānabilem. in cle. j. in glo. ſuper verbo collato. vt lite pen. hoc
refert & ſequitur Roma. cōſi. ccxlv. in. iiij. col. Ante conſecrationē au-
tem vel ante lapſum tempus de conſecrandis epiſcopis etiam in curia
49 nō ſolent conferri talia beneficia licet prouiſio pape habeat vim electio
nis, & confir. vt dicit glo. in. c. j. in ver. prouiſionem. de elec. lib. vj. &
50 probatur in. c. cum olim & ibi Innocē. de cā poſ. † ſed lapſo tp̱e ꝯſecra-
tionis ſtatuto a iure poſſunt de cōſuetudine curie vt dixi cōferri ſtatim,
niſi illud tempus prorogetur electo per Papam motu proprio, ſecus ſi
ad illius ſupplicationem, vt dicit deciſ. Rot. dlxxxvj. incip. vtrū epiſco-
pus in antiquis alleg. Inno. & Io. an. in. d. c. cum in cunctis. vbi aſſignāt
rōnē diuerſitatis inter primum caſum & ſecundum, quia in primo caſu
debet fieri larga interpretatio, ex quo fuit diſpenſatum motu proprio,
arg. c. ſi pluribus de prebē. lib. vi. q̄ ratio ceſſat in ſecundo, ſed. d. Anto.
& Panor. in. d. §. cum vero. tenent indiſtincte vt durante prorogatione
ēt ad inſtātiā & ſupplicationē promoti ſcā non vacēt interim ṗora illi⁹
51 bñficia, nā vacatio bñficiorum venit ꝯſecutiue ad ꝯſecrationem† diſpē-
ſatio aūt ad vnum obtenta extendit̃ ad conſecutiua illius, iuxta glo. no.
in. c. quia in tm̄. de p̄bē. & in. c. ſi quis in clero. vij. q. j. facit ad hoc bo.
tex. in. c. accepimus. de eta. & quali. vbi probatur ꝙ approbatus ad or-
dines videtur approbatus ad bñficium tanq; ordinum conſecutiuū, &
52 hanc partem p̄dictis rōnibus puto veriorem. ¶ † Quid autem ſi promo
tus ad epatum accuſetur, inquiratur, ſeu denunciet̃, ita ꝙ pendente iudi
cio labitur tēpus conſecrationis, an poſſit ſua beneficia conferri, & cer-
te ſi tp̄s petende conſecrationis nō currit, inquiſito, vel accuſato, ſeu de-
nuntiato, prout cōſuluit Do. cōſil. xlij. in fi. col. tunc clarum eſt, ꝙ non
vacant interim ſua beneficia, ex quo non eſt negligens in petēda conſe-
53 cratione ſtāte impedimēto† nam impeditus non pōt dici negligens, nec
incurrit penā negligentie, q̄uis impedimentū prouenerit ex culpa ſua,
54 vt probat bo. tex. in. c. qa diuerſitatē. de cōceſ. p̄ben. ¶ † Vltimo ꝓ cō-
plemēto iſtius modi vacationis querit̃. vtrum ſi ꝓuiſus de epatu facit ſe
ſtatim cōſecrari debeat expectari lapſus trium mēſium, q̱ dant̃ a iure ad
conſecrationem, vel poſſint ſtatim cōferri priora eius bñficia. gl. in. d. §.
cum vero. tenet hoc vltimū, ſed Hoſt. ibi contra. vnde cōcordando opi
niones, diſtinguit ibi Io. an. ꝙ aut ſtatim poſt cōſecrationē habuit poſ-
ſeſſionem epatus & vera ſit opinio gl. alias non ſufficit ſola cōſecratio.
hoc ſequit̃ ibi Panor. & eſt veriſſimum. ¶ Tertius vacatiōis modus eſt
per. c. de multa. de p̄ben. item ꝑ conſtitutionem execrabilis Io. xxij. in
quibus diſponit̃, ꝙ habens beneficiū curatum aut dignitatē, vel perſo-
natum etiā non curatum ſi recepit ſm tale vacat primū ipſo iure. & idē
ſi recipit alterū de hijs ꝓhibitis ſimul cum alio, vnde ſi habens ꝑſonatū
recipit dignitatē, vel bñficium curatū aut etiā offm̄ perpetuū vacat p̄mū

55 & econuerſo vt in predictis iuribus iuncto.c.j.de cõſue.lib.vj.† Diffe-
rētia tñ eſt inter.c.de multa.& conſtõnē execrabilis, in hoc quia per.c.
de multa vacat primū ipſo iure,ſed retinet ſecundū,niſi vtrūq; retinere
contēderit,quia tunc ēt ſecūdo ſpoliandus eſt vt ibi,ſed ꝑ conſtitutionē
execrabilis diſponit plus in hoc,quia cõſecutus ſecūdū tenet renūtiare
primo & illud dimittere abſq; more diſpendio verbo & facto in ma-
nibus ordinarij ſub teſtimonio publico,alias eſt inhabilis ad ordines
eccleſiaſticos ſacros,& quecunq; eccleſiaſtica beneficia, vt ibi in.§ qa
vero.¶ Modo,ꝓ declaratiōe predictoꝝ iurium aduertēdū eſt ad aliqua,
56 & primo vt dicta iura intelligant † qñ ſecūda aſſecutio eſt pacifica nedū
de facto, ſed ēt de iure, puta qa non litigioſa, alias non eſt locus dictis
iuribus, dūmodo in limitibus legitime poſſeſſionis moueatur lis iuxta
glo.in.c.cõmiſſa.de elec.li.vj.& expreſſe ponit Egid. cõcluſio. dxcvij.
57 incip.non eſt locus † & hoc modo debet intelligi & limitari deciſ.Ro
te.lxi.incip.ſufficit.in nouis.que dicit ꝙ impetrāti beneficiū uacaturū
ꝑ aſſecutiōem ſufficit probare aſſecutionē de facto, ꝙ ego intelligo niſi
in limitibus legitime poſſeſſionis fuerit eidē lis mota ut ſuperius dixi.
¶ Secundo debēt intelligi in beneficijs imcompatibilibus qualia ſunt
58 illa de quibus,ſupra † ſecus ſi habens beneficiū curatum aſſequat aliud
ſimplex,ꝙ tñ requirit reſidentiā,quia ꝑ talē aſſecutionē nec perdit pri
mū,nec ſcđo ſpoliandus eſt ex hoc capite, ſed ex alio forte ſi non reſi-
deat in eo ſm dominos de Rota deciſ.clxxxiiij.in.c.no.ꝙ habēs.in an
tiquis,aſſignant rōnē ibi quia.c.de multa.eſt penale & debet ſolum in
terminis ſuis teneri,& ſic iſtū caſum nõ cõphendit.¶ Tertio quo ad cõ
59 ſtõnem execrabilis in.§.quia uero,notā.eſt † ꝙ ad euitandas illas penas
ſufficit ꝙ primū incõpatibile dimittatur realiter & cum affectu,licet nõ
fiat verbalis dimiſſio,prout egregie tenet Egidius concluſio.dcclv.in-
cip.ſi rector.cõprobans hoc multis argumentis.& reſpondens ad tex.
in dicta extrauagāti,qui prima facie videtur innuere contrariū,dū dicit
verbo & facto.quaſi innuat ille tex.ꝙ nõ ſufficit realis dimiſſio niſi ſit
ēt verbalis,dicit Egid.ꝙ debet ſubaudiri inquātum ibi dicitur verbo,
vel alio modo equipollenti puta ſigno,nutu,vel literis,ſufficit.n. qua-
litercunq; corā ordinario ēt ſine verbis ſuam voluntatē circa dimitten-
dū primū incompatibile oſtendat argu.c.tue. cum ibi notat. de ſpon.
60 † verba.n.deſignāt voluntatem & cõſenſum.c.is.aūt.xxij.q.ij.qui cõn
ſenſus & voluntas ita declaratur factis ſicut verbis.c.dilecti filij. de ap-
61 pel.† vbi dicit gl.ꝙ plus eſt factis demonſtrare ꝙ̄ verbis dicere.l. ſi tum
§.ei qui.ff.de edil.edic.ſatis eſt ergo ꝙ rector illius eccleſie infra men-
ſem a tꝑe aſſecutionis ſecundi incõpatibilis realiter cum effectu & ſine
fraude dimittat primū,& eius poſſeſſionem licet infra dcm̄ menſem co
ram ordinario ſub publico teſtimonio illud verbotenus nõ relaxet. ꝙ
62 eſt no.¶ † Quartus principalis vacationis modus eſt per.c.licet canõ.



de elec.lib.vj.qñ obtinens eccleſiam parrochialem non efficitur ſacer-
dos infra annum,nam illo elapſo ſi promoueri ſe non fecerit priuatus
eſt ipſo iure,nulla etiā premiſſa monitione,vt habetur ibidem. Currit
aūt iſte annus,vt dicit glo.ex quo habuit pacificam poſſeſſionem, vel ꝑ
eū ſtat,quominus habeat,nec currit iuſte impedito,vt ꝓbatur.in. c. cõ-
miſſa eodem titu.& iſta ſunt cõia & vulgaria.¶ Sed pro maiori premiſ
63 ſorum declaratione ſciendum eſt, † ꝙ diſpoſitio.d. c. licet canon. &
iſtius modi vacationis reſpectu pene ipſo iure incurrende hēt locum in
eccleſia parochiali tm̄.id eſt cuius rector habet curam populi infra illos
64 limites congregati † hinc dicitur parochia quaſi partitio cure vt ibi de
clarat Domi.& Romanus conſil.ccclvj. ſed non habet locum in alijs
eccleſiis & beneficijs non curatis,vt per Rotam dec.dxx.incip.no.ꝙ te
nens.in antiquis,vbi dicit ꝙ tenens capellaniam requirentem ſacerdo-
tiū non priuatur ea ipſo iure niſi fuerit monitus poſito ꝙ non promo-
ueatur infra annum,& idem ego intelligo de alio beneficio ſacerdotali
65 dummodo non curato † ratio illius deciſionis eſt quia.c.licet canon.eſt
penale & non debet extēdi iuribus vulg.¶ Intelligo tñ ſane iſtud & li-
mito vc; niſi tale bñficiū ex ſui fundatiōe haberet hoc onus annexū cū
pena expreſſa,ꝙ obtinens illud promoueatur infra annum ad ordines
illi annexos, alias priuetur,quia tunc ſi non facit ſe ꝓmoueri ꝑdit illud
abſq; alia monitiōe,& ſic tali caſu habet locū.d.c.licet canõ. prout ex-
preſſe firmat alia deciſ.cviij.incip.no.ꝙ vbi.in antiquis.immo plus di
citur ibi ꝙ ignorantia nõ excuſat illū,dato ꝙ obtinuerit hmõi bñficiū
66 ex cā permutationis † quia q cū alio cõtrahit cõditionē cõtrahētis & rei
ſuper qua cõtrahitur ſcire debet.regula qui cū alio de regul.iur. lib.vj.
¶ Sed mirum eſt ꝙ illa deciſio ponat terminos qõnis reſpectu priuatio-
67 nis ꝑ verbū futuri tꝑis dum dicit alias priuetur.† Quod verbū cum ſit vt
dixi futuri tꝑis importat ſcm̄ hoīs,non ſnīam ipſo iure, iuxta gl.in.c.ſi
diligenti.de foro compe.& in.l.in criminali.C.de iuriſ.om.iud.maxi
me ex quo vt dixi illud.c.licet canon eſt penale & conſequēter nullate-
nus extendendū ꝑ quā rōnem tenuit Egid.de bellamera cõclu.cliij. in
cip.Pape &c.qđ ſi diſpenſetur ꝑ Papam cū eo q tenuit eccleſiam paro-
chialem non ꝓmotus ꝑ plures annos & cõmittatur executoribus,ꝙ dū-
modo ille ante oīa dimittat totaliter illam eccleſiā ſe faciat ad ſacros or
dines ꝓmoueri,dicit Egid.dicitur tūc currere non a data illarū litteraꝝ,
ſed a die adepte poſſeſſionis ſeu tꝑis quo ꝑ eū ſtetiſſet & hoc quo ad effe
ctū priuationis de qua in.d.c.licet canõ,fundamētū huius ſue opinio-
nis ꝯ cõcilia eſt illud de quo ſupra videlicet qa.c.licet canõ imponēs pe
nā ipſo iure nõ eſt aliqualiter extēdendū & iō illius diſpõ eſt exacte ſer-
68 uāda,† adeo ꝙ ex quo imponit penā priuationis ipſo iure & loqtur in
priuatione iuris in re non hēbit locū in priuatione iuris ad rē,l3 regula-
riter citius perdatur ius ſeu tollat ius ad rē ꝙ̄ in re.c.ſi. de cõceſ. ꝑben.

lib. vj. pari mõ igitur ꝑ eãdem rõnẽ dico in caſu p̃miſſo illius deciſionis ꝙ ſtãte ordinatione fundatoris reſpectu priuationis ꝑ verba futuri tp̄is nõ poteſt habere locum diſpõ ſepe dicti. c. l3 canõ, quo ad incurrẽdã priuationẽ ipſo iure. Quare puto ꝙ verba illius deciſionis ſunt deprauata, & corrupta, niſi dicatur ꝙ deciſio intellexit qd̃ illo caſu hẽt locũ diſpoſitio. c. l3 canõ quo ad hoc vt monitio non ſit neceſſaria, nõ aũt quo ad incurrendã priuationẽ ipſo iure, ex quo fundator fuit loquutus ꝑ verba futuri tp̄is vt ſupra. ℭ Scd̃o principaliter intelligenda ſunt p̃miſſa, ut ꝑ non promotionẽ vacet eccleſia parochialis ipſo iure. ſ. dũmodo annus infra quẽ tenebatᷣ ꝓmoueri ex toto ſit elapſus & non ante, dato ꝙ ſit ꝓpe finem anni ita ꝙ certũ ſit illum promoueri non poſſe infra illũ annum
69 vt ꝓbat tex. in. c. cõmiſſa. de elec. lib. vj. † Et per hoc dicit deciſio Rot. clxxxvij. incip. no. ꝙ tenens in antiquis valere ſententiã conceſſam per ordinarium ꝓmouendo ꝙ nõ promoueatur cauſa ſtudiorum quam uis tempore licẽtie ille iam nõ poſſet promoueri propter breuitatẽ temporis circa finem anni, quia licet non poſſit promoueri. Habet tamen ius in beneficio donec annus totaliter ſit elapſus peſſet etiam eccleſiam illã
70 permutare ex quo habet ius in illa vt dixi † ĩmo fortius quo ad iſtud vltimum tenuit Old. conſi. cciij. incip. factum tale eſt collata fuit &c. quod habens eccleſiam parochialem põt eã permutare decies in fine, vel prope finem cuiuslibet anni, vt quia primam tenuit per decem menſes ſine promotione, & cũ eſſet prope finem anni permutauit eam cũ alia eccleſia parochiali, quam etiam tenuit per decem mẽſes, demum permutauit iſtam ſecundã cum tertia, & tertiam cum quarta, & quartã cum quinta. Certe ſi in iſta q̃nta ꝓmoueatur infra annũ, vel ſi cum eo legitime diſpẽſetur valebunt oẽs ille ꝑmutationes precedentes, quia tp̄e cuiuſlibet ꝑmutationis habebat ius in illa quam permutauit, ex quo vt ſuperius dixi, annus non erat totaliter elapſus, nec pluralitas ꝑmutationum fraudẽ neceſſario cõcludit, quia multa potuerunt eſſe cã iterande ꝑmutationis vel vicinitas vel loci amenitas aut aeris ſalubritas arg. l. ſi cui fundus. ff. de leg. ij. & in. l. j. §. & al's videamus. ff. in frau. quid infra patr. iuncta. l. ſi in emptione. ff. de minor. varie enim ſunt hominũ voluntates. l. quia
71 poterat. ff. ad treb. cum vulga. † Poſſet tñ probabiliter dici, ꝙ niſi eſſent tales cõiecture, quæ omnino & neceſſario excluderentᷣ fraudem ex ipſa pluralitate ꝑmutationum totiens reiterata ſatis cõcludenter eſſet ꝓbata fraus argu. c. ſi. de renun. lib. vi. alias adinuenta foret via ad illudendũ diſpoſitioni p̃dictorum iurium, & eſſent verbis & non rebus impoſita, forentq; ludibrio, vt dicit tex. expreſſus in. d. c. cõmiſſa. nam poſſet q̄s ſub iſto colore ꝑcipere fructus tot eccleſiarũ non exiſtens in ſacris & forte ditatus ex patrimonio Ieſu Chriſti retrocederet vt in ſimili dicit tex. in. c. cum ex eo. de elec. lib. vi. tanta igitur variatio non caret ſuſpitiõe
72 fraudis † quia variatio in ꝑſonis eccleſiaſticis maxime vitanda eſt cle. j.



de renun. & hoc modo intelligo & reſtringo conſiliũ Old. ℭ Quintus vacationis modus eſt ꝑ cõtractum matrimonij. c. j. &. iii. de cleri. coniu
73 ga. † vnde ſi beneficiatus cõtrahit matrimoniũ per verba de preſenti videtur ꝑ hoc renunciare ſuis beneficiis, quia cythara cum pſalterio male concordat, id eſt vita actiua ſeu laycalis cum vita contẽplatiua ſeu clericali, vt legitur & notatur in. c. diuerſis fallaciis. eo. ti. vbi dicit eleganter tex. cũ vir cogitet quomodo placere poſſit vxori, & ideo minus quę dei ſunt valeat cogitare auferendũ eſt ſtipendium id eſt bñficium ab eo, q̄a deo a quo ſtipendiũ recipit militare plenius non põt, & ꝑꝑ hoc conſueuit diſpenſari ad oẽs ordines, & bñficia cum illis, q̄a olim cõtraxerũt cum vnica & virgine nunc defuncta, ex quo iam ceſſat predicta ratio.
74 ℭ Sed notandũ eſt in practica † ꝙ impetrãti bñficium vacãs ꝑ hunc modum ſufficit ꝓbare matrimoniũ ꝑ verba de preſenti cõtractũ, q̄muis non fuerit carnali copula conſumatũ, vt dicit deciſ. Rot. xxvi. incip. ſi impetretur. in nouis. immo plus tenet alia deci. ciii. incip. nota ꝙ vbi. in an
75 tiquis † ꝙ ſi clericus bñficiatus cõtraxit matrimoniũ cum impubere habẽte. xi. annos ꝑ verba de p̃ſenti ꝑdit ſuum bñficium, licet matrimoniũ non fuerit conſumatũ. & ratio eſt ẜm Rotã ibi, quia ex quo non ſtetit ꝑ eum q̄n cõſumaretur videtᷣ habuiſſe animũ ꝑdendi beneficiũ. c. nuper. de bigamis iuncta. l. quid ergo. §. cum autẽ. ff. de hiis qui no. infa. Et põdero verba illius deciſionis, q̄a cum miniſterio dicit de cõtrahente cum
76 impubere. habente. xi. annos † eo ꝙ illa etas cũ ſit ꝓxima pubertati dicitᷣ apta ad mr̃imonium ꝯhendũ ẜm unã opinionẽ. Sed tenendo aliã opi. q̄
77 habet & quæ eſt verior † videlicet illum dici proximũ pubertati, & cõſequenter aptũ ad matrimoniũ cõtrahendũ, qui diſtat a pubertate ſolum ꝑ ſex menſes prout tenet glo. cõiter approbata in. c. continebatᷣ in ver. proxima. de impub. de ſponſ. & ibi Inn. dicit illã eſſe circa duodecimũ annum, et ſic ꝓximã pubertati que hẽt. xi. ãnos cõpletos cum dimidio. ſubijciens hoc eſſe tenendũ. quicq̄d dicant alii. ℭ Stante ergo iſta opi. ꝓ vera q̄ꝫ conſulendo ſequitur etiam Car. conſ. iij. Certe prefata deciſio Rote. ciij. ſuperius relata non procedit abſq; dubitatione, quia contrahens cũ puella habẽte vndecim annos dicitᷣ contrahere cũ minore, cum qua nõ põt dici cõtrahi matrimoniũ, licet cõtrahatᷣ ꝑ verba de p̄ñti, ſed iuris interpretatione intelliguntur ſolũ ſponſalia de futuro. c. vnico. de
78 deſpon. impub. lib. vi. † vnde bñficium contrahentis cum tali minoris etatis non videtur vacare, q̄a tunc demum vacat ꝑ cõtractum hm̃õi, q̄ñ matrimoniũ eſt legitime contractũ, non aũt per ſola ſponſalia de futu
79 ro vt ſupra. ℭ Idem dico, † ſi clericus beneficiatus minor pubertate cõtrahit matrimonium per verba de preſenti, certe per eandem rationem non vacat eius beneficium, ex quo vt dixi iuris interpretatione intelliguntur cõtrahi ſolum ſponſalia de futuro & hoc in terminis firmat Io. and. in. c. Ioannes. ver. de ſecũdo cum quæris &c. de. cleri. coniuga. vbi

adducit duplicem rõnem, primo quia ſicut per acceptationē ſecundi cu
rati non vacat primũ, niſi ſubſequať poſſeſſio, vel ſtet per ipſum quomi
nus illam habeat, c. licet epiſcopus, de prebē. lib. vj. cum ſimi. ſic nec ꝑ
ſolam ſponſionē de matrimonio contrahēdo dicetur vacare bñficium.
80 ¶Secundo & iſta eſt melior ratio. † ſicut ſponſalia de futuro non diſ
ſoluunt matrimonium. c. ſicut. de ſponſ. ita nec debet diſſoluere pri
mum coniugium ſpirituale. arg. c. inter corp. de tranſ. prelat.
¶Quapropter vt ſaluetur illa deciſio, dicerē in terminis in qbus loqui
81 tur, ꝙ ꝑ talem contractũ cleric⁹ perdit beneficiũ † tunc demũ qñ minor
cum qua cõtrahit ꝑuenerit ad pubertatē, quia tunc ſponſalia trãſeũt in
matrimoniũ iuxta iura cõia, vel opꝫ dicere, ꝙ deciſio predicta intelligit
de impubere proximo pubertati ꝑ ea que ſuperius dixi. ¶Quid autē ſi
matrimoniũ cõtractũ per clericũ beneficiatũ non tenuit ex alio defectu
82 ꝙ̃ etatis † & tunc ſm Io. an. in. d. c. Ioãnes, ſi non tenuit ex defectu con
ſenſus procedentis a furore ex parte ipſius clerici beneficiati, qui ſic de
facto contraxit, non perdit per hoc beneficium, quia ſicut propter fu
rorem non obligaretur ꝓfitendo. c. ſicut de regul. Ita nec matrimoniũ
83 contrahendo. c. dilectus. de ſpon. ¶† Idem ſi non tenuit matrimoniũ
ꝑꝑ furorem mulieris, cũ qua ſic de facto contraxit, quia perinde eſt ac ſi
84 cum imagine quadã, vel cum dormiente contraheret. † Idem ſi matri
moniũ non tenuit ꝑꝑ defectum conſenſus ꝓcedentis a metu, qui potuit
cadere in conſtãtem virũ. c. veniens. & c. conſultationem de ſponſa. nã
tali caſu non teneret renunciatio ēt expreſſa. c. ad audientiã. ꝙ me. cau
ſa. multo minus debet tenere tacita, que induciť ex contractu matrimo
85 nij inualidi. ¶Si vero matrimonium tenet ex conſenſu † ſed non tenet
ꝑꝑ ſacros ordines clerici ſic contrahentis, iſto caſu de rigore iuris debet
86 perdere beneficia ſecundum Io. an. † Nihilominus ſi non incurrit ex il
lo contractu bigamiam poterit eps cum eo in officio & beneficio poſt
penitentiam diſpenſare. c. ſane. ij. de cler. coniug. ſed ſi incurriſſet penã
bigamie indiſpenſabilis eſt ab alio preter Papã. c. nup. de big. Papa etiã
cũ tali bigamo difficulter ſolet diſpenſare, niſi ſit qualificatus, vel ad in
ſtantiã magni dñi, & tunc ad priuilegiũ fori tñ ēt ſi ſecunda vxor viuat.
cum bigamo tñ carente culpa bene diſpenſatur. ¶Poſſet tñ non abſur
de dici vltra Io. an. ꝙ in omnibus caſibus premiſſis preterquam in vno
vt infra ſubiiciam clericus ſic de facto cõtrahens perdit beneficiũ mero
iure, nec illud poteſt retinere abſqꝫ diſpenſatione epiſcopi ſaltē ſiue cõ
trahat cum minore non proxima pubertati, ſiue cum furioſa, aut conſã
guinea, quia licet matrimonium in dictis caſibus nõ teneat tñ ille fecit
qđ potuit, & quantum ad ſe habuit eccliã pro derelicta. ar. eoꝝ que no.
87 in. c. ꝙ. in dubijs. & in. c. admonet. de renunc. † & dato ꝙ matrimoniũ
taliter cõtractum per clericum ſit nullum debet tñ perdere beneficium
mero iure, quia actus ēt nulli inducunt effectum iuris, vt patet in. c. j. de
ſpolia.



88 ſpolia. lib. vj. † nam matrimonium ēt nullũ & nulliter cõtractum indu
cit publice honeſtatis impedimentum. patet ēt in. c. auditis de ele. cum
multis ibidem, in quibus habetur ꝙ electio prima inualida impedit ſe
cundam, niſi prima prius caſſetur. ad idem facit. l. plane. in prin. ff. de le
ga. j. & tex. in. l. & ſi transferam cum. l. legatum in fi. ff. de. adimen. leg.
cum multis alijs de quibus ꝑ Roma. cõſi. cccxxxv. incip. circa primũ in
. ij. col. ¶Ex quibus infero ad propoſitum de quo ſupra ꝙ quãuis ma
trimonium contractum ꝑ clericum nõ teneat in illis caſibus, tñ ille me
ro iure debet perdere beneficium, niſi cum eo diſpenſetur vt ſupra ſed
iſtud non procedit in vno caſu videlicet qñ matrimonium non tenuit
ex defectu conſenſus ꝓcedentis a metu, qui potuit cadere in cõſtantem
89 virum, † qa in matrimonio requiritur conſenſus liber. & ideo tali caſu
coacta voluntas nõ eſt voluntas, iuxta gl. in. c. merito. xv. q. j. & ſic iſto
90 caſu non perdit beneficium per ſupradicta. ¶† Sextus vacationis mo
dus ēper ingreſſum religionis poſt profeſſionē expreſſam, vel tacitã. c.
beneficium. de regul. lib. vj. Ratio huius poteſt eſſe duplex, prima quia
beneficiatus poſſidet beneficium, & dr̃ eſſe ſuũ. c. ſi tibi abſenti. de ꝑbē.
91 lib. vj. † Religioſus aũt nihil poteſt poſſidere cũ ipſe ab alio poſſideatur
ar. l. ſic eueniet. ff. de adul. nec habet proprium. c. nõ dicatis. xij. q. j. &
92 in. c. cum ad monaſterium. de ſta. mona. ¶Secunda ratio eſt † quia mo
nachus moritur mundo, licet deo viuat. iuribus vulg. vnde ſicut ꝑ mor
tem naturalem inducitur vacatio, ita & iſtam ciuilem. d. c. beneficium.
93 ¶Sed dubium eſt non paruum, † an de licentia abbatis & ex diſpenſa
tione epi poſſit, volēs profiteri, retinere beneficium, ꝙ prius obtinebat.
et primo videtur ꝙ non, quia eſſet diſpenſare, vt monachus habeat pro
prium argu. d. c. ſi tibi abſenti, ꝙ fieri de iure nõ poteſt, etiam per Papã.
quia illud eſt contra ſubſtantiã regule. & ſic indiſpenſabile. Econtra vi
detur ꝙ ſic qa ex quo monachus poſt monachatũ põt de licentia Abba
tis, & cũ diſpenſatione epi prefici eccleſie parochiali, & cuilibet benefi
cio conſueto clericis ſecularibus aſſignari, vt no. in. c. ij. de ſta. mo. dũ
illud fiat ex cã vtilitatis, vel neceſſitatis. c. cũ ꝓ vtilitate &. c. de cetero.
xvj. q. j. multo fortius vr̃ poſſe diſpenſari cũ volente profiteri, vt retine
94 at beneficium, ſi ꝙ habet † qa multa poſſunt iam habita retineri que de
nouo non poſſunt acquiri vt patet in. c. j. & ꝑ totum. de corp. viciatis.
95 † Hinc eſt ꝙ regularis, qui non põt obtinere beneficiũ ſeculare abſqꝫ di
ſpenſatione vt dixi. nihilominus ſi poſſedit, & preſcripſit ab initio põt
illud retinere, adeo ꝙ ſi eo ſpolietur dabitur ſibi reſtitutio, vt dicit deci
ſio Rote. cxiiij. incip. no. ꝙ vbi regularis. in antiquis. Fortificať dubiũ
96 ex alio. † nam cũ de priuatione ad habitũ nõ detur naturaliter regreſſus.
l. cũ res ꝗ aream. ff. de ſol. mat. & monachus mortuus ſit mũdo ꝑ aſſum
ptionem de nouo ad beneficium ſeculare reſuſcitatur. vnde ſi poteſt re
ſuſcitari ex diſpenſatione ſupioris, ꝙ eſt pene impoſſibile naturaliter et

Q

miraculoſum,prout in ſimili propoſito dicit Ro.deci.ccccIxxxiij.inci.
collatio facta.in noui.& Egidius cõcluſione.dccxiiij.Certe multo for-
tius debet poſſe preſeruari ne moriatur,quo ad retentionem beneficij,
vt patet in medico qui non poteſt ſuſcitare mortuum ſed bene poteſt
preſeruare egrotum per diligentem curam ne moriatur. ¶Hinc eſt ꝙ
heres qui teſtatori non adhibuit medicum vel malum adhibuit tãꝗ in-
97 dignus priuatur hereditate † quaſi lex preſupponat,ꝙ per diligẽtem cu-
ram boni medici poterit teſtator preſeruari, vt ex illa infirmitate non
periret vt per glo.iuncto tex.in.l.ꝙ ſi nolit.§.culpam.ff.de edil. edic.&
98 probatur in.l.indignum.ff.de hijs quibus vt indig. † Poteſt dici ſoluen
do iſtud contrarium,qđ ideo poſt monachatũ poteſt monachus aſſumi
ad eccleſiam parochialem,& eam habere & poſſidere vt ſuam in titulũ,
qa per talem promotionem abſoluitur a monaſterio, & nullam cõmu-
nionem amplius cũ eo habet,quam rõnem ad aliud propoſitũ in ſimili
aſſignat Io.an.in.c.fi. de capel.mo.quẽ refert & ſequit Pan.in.c.ꝙ dei
timorem.de ſtatu mona. Nimirum ergo ex quo ab alio iam non poſſi-
detur poteſt ipſe eccleſiam,& beneficium poſſidere. ¶Secus eſt in bene
ficiato volente profiteri,cum inferior diſpenſare non poteſt vt retineat
beneficium,quia iſta ſunt contraria, nec compatiuntur ad inuicem. vi-
delicet ſtante profeſſione habere beneficium & ſic proprium cõtra ſub
ſtantialia regule. Sed licet iſta ratio videat ſatis colorata, tñ adhuc facit
dubium,quia licet in primo caſu abſoluatur a monaſterio & obediẽtia
abbatis vt dicit Io.an.non tñ abſoluitur a monachatu,nec a ſubſtantia-
99 libus regule. † immo ab illis per ſolum papam abſolui poteſt ex magna
cauſa,& non aliter,vt notant doc.in dicto.c.cum ad monaſterium,vbi
100 concluditur † quod licet Papa non poſſit precipere religioſo aliqd qđ
repugnat regule ab eo profeſſe nec eſt tali precepto obediẽdum,vt dicit
Inno.in.c.ne dei eccleſiam,de ſimonia,illud tñ intelligitur, vt non poſ
ſit aliquid tale precipere eo ſtãte monacho,ſed bene poteſt eum de mo-
nacho facere non monachum,vt per Inno.in.c.preſbiter in fine prime
glo.de ſacram.non iterandis,& ſic remanet dubium inſolutum,niſi di-
catur,quod retinendo beneficium non dicitur habere proprium, quia
poſſidet monaſterium tale beneficium,ex quo eius nomine poſſidetur,
iuribus vulg. ¶Declaranda ſunt modo verba que premiſi in principio
101 iſtius modi vacationis,& primo dixi ꝑ ingreſſum religionis.† hoc ideo
quia ſolus ingreſſus monaſterij non operatur hunc effectum, nec alios
qui cauſantur ex profeſſione, niſi quis ingrediat vt fiat monachus, ſeu
religioſus vere, & proprie, & ideo quotiens fit mentio de ingrediente
monaſterium quo ad effectus predictos additur verbum, vt fiat mona-
102 chus vt probatur in.c.j.in prin.de regul. lib. vj. ¶Ex quo infero, † ꝙ
ingrediens monaſterium, non vt fiat monachus, ſed conuerſus mona-
ſterij non perdit beneficium,ſed illud retinet,qa dicit notãter Bal.in.l.



generali,& in auc.ingreſſi que ibi immediate ſequitur.C.de ſacroſan.
103 eccl.in.iiij.col. † qđ cõuerſi,& offerentes ſe eccleſie regulari, ita demũ
renunciant proprijs,nec poſſunt matrimonium contrahere ſeu teſtari,
qñ totaliter renunciant ſeculo faciendo profeſſionem,alias ſi non renũ
ciant,tunc retinent vxores & equiparantur clericis ſecularibus, & hoc
modo dicit eſſe intelligendam gl.in.c.vt lex continẽtie.xxvij.q.j.que
videtur aliqualiter ſentire contrarium,ſed melius ſentit ibi archi.& in.
c.ex eo.de elec.lib.vj.vbi dicit ꝙ ad hoc vt offerens ſe eccleſie regulari
preſumatur tacite profiteri, & ſic renunciare proprijs, non ſufficit pro-
mittere ſimpliciter obedientiam,niſi promittat obediẽtiam monacha-
lem,quia talis promiſſio,& talis obediẽtia ꝓ profeſſione habet. ¶Dixi
etiam ſuperius in prin.iſtius modi.ſ.poſt profeſſionem expreſſam, vel
104 tacitam † hoc ideo quia infra annum probationis intrans religionem
non perdit beneficium,niſi adſit vnum de quatuor eorum que ponun-
tur in.d.c.beneficium.& ratio eſt quia interim non dicitur ꝑfectus reli
105 gioſus ex quo infra annum licite poteſt exire † hinc eſt ꝙ infra annum
probationis põt facere teſtamentum vt per gl.in.c. non ſolum.in ver.
iudicijs.de regul.lib.vj.facit alia glo.in.c.j.de relig.domi. que dicit ꝙ
monachus non dicit niſi fuerit profeſſus.et hec de varijs modis vacatio
num. ¶Conſiderandi modo eſſent alij modi quibus venit quis priuan
106 dus beneficijs, quos breuiſſime percurram † & primo notorius ſymo
niacus in beneficio ab eo deponitur. idem in infamato qui ſe purgare
107 non poteſt.c.inſinuatum.de ſymo. † vtrum autẽ poſſit cum ſymonia-
co per ep̃m diſpenſari,nõ inſiſto, quia hoc latiorem requirit indaginẽ,
nam ſimonia, qñꝗ committitur in ordine, quandoꝗ in prelatura ſiue
beneficio curato,quandoꝗ in ſimplici,quandoꝗ ignorante ordinato,
vel electo ſeu alias prouiſo.quandoꝗ eo ſciente,vel pecuniã dante,que
ꝓlene examinat Ioa.Cal.c.poſt tranſlationem.de renunc. & reaſſumit
Panor.multa addendo in.c.de ſimoniace.de ſymo. notatur etiam in.
108 c.pe.de elec.que ego vlterius nõ proſequor † quia temporibus noſtris
ſilet titulus de ſimonia. & ideo non repetitur in.vj.nec in clementinis
109 vt eſt notum. ¶† Secundo notorius concubinarius, ſi monitus non di
mittat concubinam,ſuſpenditur a bñficijs,& ſi ſe nõ corrigit remouet
& priuatur eiſdẽ.c.ſicut.&.c.ſi autem.de cohab.cleri.& mul.& multo
fortius ſi laborat vicio peſſimo contra naturam,propter ꝙ venit ira dei
in filios diffidentie.c.vt clericoꝝ.de vita & hone.cle. & in.c.clerici.de
110 exceſ.ꝑla.† & qđ magis ẽ huiuſmodi viciũ impedit ordinis executionẽ
ẽt poſt peractam penitentiam vt notat dominus Ant.in.c.niſi cũ pridẽ
circa finẽ principij.de renunc. in quo etiã longius non inſiſto. tũ quia
vt dicit Bar.in.l.cum vir nubit in feminam,ꝙ illa lex non conſueuit le
gi, quia de eius materia loqui non eſt honeſtum, tum etiam, quia om-
nes declinauerunt & coinquinati ſunt, ſed deus malos male perdet.

111 ¶Tertio periurus † qui non neceſſitate,ſed voluntate venit contra iuramentum licitum,priuandus eſt beneficijs,quia non merent̃ eccleſias regere,qui ſunt crimine periurij irretiti,dic tex.in.c.querelam.de iure-
112 iuran.& in.c.peruenit de fideiuſ.† tñ non ſic eſt in eo qui venit cõtra fidem promiſſam,cũ pene ſint reſtringende,& maius reputatur preſtare corporaliter iuramentum ſupra librũ,ꝗ̃ ſimpliciter fidem promittere, vt dicit Rota deciſ.cxxxiiij.inci.nota ꝙ poſito.in antiquis,qđ eſt notã-dum.nã alibi dicit in.d.c.peruenit in glo.fi.ꝙ idem eſt venire contra fi-
113 dem promiſſam ſicut ꝯ iuramentum † quia inter ſimplicem loquelã & iuramentum non facit deus differentiam.c.iuramenti.xxij.q.v.Signatura tñ non dat pro periurio priuationem beneficiorum niſi ſit periuri-
114 um iudiciale. ¶† Quarto homicida venit priuandus.propter irregularitatẽ que ꝯhitur ex homicidio,immo ẽt ex detruncatione alicuius mẽbri.c.j.de cle.pugna.in duel.& ĩ.c.fi.de homici.li.vj.no.gl.in ver.multi.& eo.tit.in cle.vnica ſaluo eo ꝙ dicitur ibi in illo textu multis alijs modis incurritur irregularitas quos hic non proſequor. ¶Sed vnũ nõ
115 obmitto † ꝙ ſi clericus in caſu occurenti conſuleret & reſponderet de iure ſuper pena ſanguinis imponẽda per ſecularem efficeretur per hoc irregularis,vt no.in.c.omnis lex.iij.di. & ꝑ doc.in.c.ex literis ꝑ illum tex.in ver.conſuluit de exceſ.prela. & per Spe.in tit.de legato §.iuxta.
116 verſi. quid ſi iudex habens latronem &c. ¶†Poteſt tamẽ epiſcopus cũ homicida etiam voluntario circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſare,vt dicit textus no.in.c.ij.in fi.de cleri.pug.ĩ duel.& in.c.
117 ſtudeat.l.di.ponit Inn.in.c.ij.de cleri.non ordi.mi.† vbi dicit epiſcopum quaſi ſemper poſſe diſpenſare circa beneficium.arg. predictorum
118 iuriũ,in quibus probatur ꝙ diſpenſat cum homicida.† ꝙ intelligit ibi Hoſt.& ſequitur Pan.vt curia ſimplex beneficium diſpenſet ep̃s circa curatum ſolus Papa ar.c.fi.de fil.preſby.&.c.j.&.ij.eo.ti.in.vj. ¶Dico tamen,ꝙ ſi quis in hoc caſu,& alijs ꝑ̃miſſis impetraret beneficium alicuius de ſupradictis conferendum ſibi in euentum priuationis, nõ poſſet amplius cũ eo epiſcopus diſpenſare ẽt ante litis pendentiam, ex quo impetranti iam eſt queſitũ ius ad rẽ.prout ſingulariter tenet Do. conſi.
119 cv. in fi.col. † qđ eſt ſumme notandum , pro limitatione glo.in.c.ij.in ver.fi.vt lite pen.lib.vj.que dicit ꝙ priuandus poteſt lite pẽden. cedere beneficio,& tamen non poteſt ſecum diſpenſari. & ita intelligo ꝙ dixi ſupra in prin.huius tertie partis.in.iij.colum. ¶Quinto & vltimo pro
120 nunc † non reſidens in bñficio poſt monitionem competentem põt eo priuari,niſi habeat iuſtum impedimentũ.c.cõquerẽte & in.c.ex parte. de cler.non reſi.alios caſus q̄bus q̄s venit priuãdus beneficijs non proſequor.Sed me remitto ad diſpoſitionem iuris , quia nunquã ſignatur impetratio ꝑ priuationẽ,niſi de iure ille veniat ꝓuãdus. ẽt ſi clericus petat ꝓuari regularẽ,& ſibi ꝯferri,vt latius dicã ĩ ſeq.tractatu cõmiſſionũ.



## SVMMARIVM

1 Eccleſijs & beneficijs quot modis prouideatur.
2 Emphiteoſi finita ꝑ gñationẽ finitã, deſcẽdẽtes pñt peteř, ꝙ eis refirmet̃.
3 Limita,niſi vellet penes eccleſiam retinere.
4 Ius petende renouationis emphyteoſis deſcendentibus & non extraneis competit.
5 Electionis via qñ prouidetur,ſeruatur forma.c.quia propter de elect.
6 Electio ante confirmationem non competit ius in re ſed tantum ius ad rem reuocabile.
7 Electo ante confirmationem moriente beneficium non dicitur vacare per eius obitum,ſed per obitum primi.
8 Papa ſolus ep̃os transfert de vna eccleſia ad aliam ex cauſa neceſſitatis.
9 Papa an poſſit ſine cauſa transferre epiſcopum inuitum.
10 Papa priuare poteſt vnum epiſcopum ſuo epiſcopatu ſine cauſa, ſed nõ poſſet priuare omnes epiſcopos.
11 Cauſa iuſta ſemper preſumitur in papa , niſi quando venit contra vniuerſalem ſtatutum eccleſie.
12 Eccleſijs via collationis,& prouiſionis prouidetur , que vim electionis & confirmationis habet.
13 Collatio vim electionis & confirmationis habet.
14 Prouiſio quid comprehendat.
15 Diſpoſitio,& ordinatio quid comprehendant.
16 Collatio a prouiſione in quo differat.
17 Papa ſi reſeruat beneficium ſue collationi,reſeruatio per commendam non expirat.
18 Superior,ad quem fit deuolutio ob negligentiam electorum poteſt vnico actu collationis ſeu prouiſionis ſe expedire.
19 Beneficia manualia obtinentes ad nutum ſuperioris remouentur.
20 Eccleſijs via annexionis,vnionis,& incorporationis prouidetur.
21 Vnio eccleſiarum tribus fit modis.
22 Epiſcopus ad vitam vnire poteſt.
23 Inferior epiſcopo ſi preſcripſit vnire poteſt.
24 Legatus an vnire poſſit.
25 Coadiutor quibus detur.
26 Coadiutor cuius etatis eſſe debeat.
27 Etas in minoribus dignitatibus que ſufficiat.
28 Eccleſijs prouidetur per viam yconomatus.

## DE MODIS PROVISIVIS.

SVPEREST Modo pro complemẽto huius tertie partis ſubijce-

1 re modos prouiſiuos † qui multi ſunt per quos bñficijs, & eccleſijs, item
clericis & eccleſiaſticis ꝑſonis prouidet̃, nam qñq; ꝓuidetur via poſtula
tionis, qa is qui de iure eligi non pt̃ poſtulat̃ a ſupiore et innitit̃ grẽ licet
iniuria ſit ſi talis gr̃a ꝑ ſuperiorẽ non concedat̃, vt qñ poſtulatus eſt ido-
2 neus, c. bone, cũ ibi no. & ꝑ totũ de poſtula. prela. † facit ad hoc ꝙ dicit
Bar. per illũ tex. & ꝑ gl. in. d. c. bone in. l. j. §. ꝑmittitur. ff. de aqua quot.
& eſtiua. ꝙ finita emphy. ꝑ gñationẽ finitã, deſcendẽtes poſſunt petere
ꝙ eis refirmetur, & de facili impetrabũt, immo eſt iniuria, ſi non fiat re-
firmatio, & ideo ſm eũ poſſent appellare de iure Canonico ad ſupiorẽ,
vt cogat ꝙ refirmatio fiat, ſicut in poſtulatione dr̃, in qua gr̃a fit ſi admit
3 tat̃ iniuria ſi repellat̃. ¶ Sed iſtud dcm̃ Bart. limitat Abb. Pan. in. c. bo-
ne. ij. in. pe. col. de poſtu. prel. qñ ꝓlatus vellet emphyteoſim reuerſam
concedere extraneo, ſecus ſi vellet retinere penes eccleſiã, qa tunc cogi
4 non poſſit ad refirmandũ † itẽ deſcendẽtibus & non alijs extraneis he-
redibus ꝑſone defuncte in cuius ꝑſona finita eſt emphyteoſis competit
ius petende renouationis, ſm Pet. de ancha. conſi. cxxxiiij. incip. plene
& ſubtiliter. & conſi. clxxj. inci. caſus talis eſt &c. & hoc quo ad modũ
5 poſtulationis. ¶ † Qñq; prouidet̃ via electionis, & illud proprie qñ ſer-
uatur forma. c. quia ꝑꝑ, de elec. ſm Inn. & doc. ibi, & ponit Rota deciſ.
cccclij. inci. ex hoc inſurrexit in nouis. de quo plenius in ſuperioribus
dixi circa dignitates, & beneficia electiua, ad que me remitto. ¶ Illud
6 tm̃modo circa hunc modum notandum eſt, † ꝙ electo añ confirmatio-
nem ſuperioris non cõpetit ius in re, licet ipſe electioni de ſe facte con-
ſentiat, ſed tm̃ ius ad rem reuocabile vel confirmabile ꝑ ſuperiorẽ con-
firmatorem, vt tenet gl. ordi. in. c. noſti. &. c. qualiter. & in. c. tranſmiſ-
7 ſam de elec. † adeo ꝙ ſi electus ante confirmationẽ moriatur beneficiũ
non dr̃ vacare per eius obitũ ſed ꝑ obitum primi, ſm gl. in cle. j. in ver.
collatio, vt li. pendẽ. ꝗ̃ dicit ſingularem deciſ. penu. in nouiſ. facit tex.
& ꝙ ibi notatur in. c. ſi electio. de elec. li. vj. & gl. in. c. cum veniſſent,
8 de reſti. in integ. ¶ † Qñq; via trãſlationis, vt qñ papa, cui ſoli hoc licet,
transfert ep̃os de vna eccle. ad aliam ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis.
c. inter corporalia, &. c. ꝗ̃to cum. c. fi. de traſl. prela. immo tenent ali-
qui ꝙ papa inuitum poteſt transferre, quia licet a principio non cogat̃
quis inuitus acceptare epiſcopatum, vt patet in. c. geſta &. c. vbi iſta di-
diciſti. lxxiiij. di. tamẽ ex quo ſuo cõſenſu quis epiſcopus factus eſt põt
per papam inuitus ad aliam eccleſiã transferri, quod tenet Hoſt. & Ioã.
an. in. c. & ſi vnanimiter. de poſt prela. vbi pro hac opinione allegant
caſum in. c. ſcias frater. vij. q. j. equiperatur. n. ep̃s iam cõſecratus per re
ſpectum ad papam monacho qui non poteſt contradicere ſuo ſuperio-
ri. c. non dicatis. xij. q. j. cum multis ibidem. ¶ Sed predicta opinio in-
9 telligenda eſt, † vt papa poſſit transferre inuitum ex iuſta, & probabili
cauſa, alias minime, vt probat multis rationibus, & argumẽtis. ro. con-



ſi. cccxlv. incip. circa primum &c. vbi ex hoc infert ꝙ eccleſia tranſlati
per papam nuda voluntate, & ſine cauſa non vacat ante ipſius tranſlati
ratificatiouem, adeo ꝙ papa non poteſt interim. i. ante conſenſum tali-
ter trãſlati de ea prouidere, ſed iſta ſua determinatio videtur mihi ſatis
10 dura, † quia ſi poteſt papa vnum epiſcopum priuare epiſcopatu, & re-
mouere ſine aliqua cauſa, licet omnes ep̃os priuare & remouere nõ poſ
ſet, quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret, vt ſentit gl. no. in. c. ꝑ prin-
cipalem. ix. q. iij. ꝗ̃ aprobat idem ro. conſi. ccclxxx. incip. queſtio eſt
&c. quanto fortius poterit epiſcopum inuitum transferre ex ſola, & nu
da ſua voluntate, nec dicitur tunc facere ſine cauſa quia magna, & iuſta
cã in principe eſt ſola eius voluntas, vt dicit gloſ. in. l. relegati in ver. ex
11 aliqua cauſa. ff. de pen. † & ſemper in eo preſumitur iuſta cauſa niſi quã-
do veniret contra vniuerſalem ſtatum eccleſie, vt in exemplo quod ſta-
tim dixi & hoc ſentit Inn. & expreſſius Panor. in. c. quanto de conſuet.
cum ergo habeat pro ratione voluntatem, nec ſit qui ei dicat cur ita fa-
cis, vt dicit glo. not. in. c. quanto, verſi. vicem dei, de tranſla. prelat. vbi
allegat. c. ꝗ̃uis, de penit. diſtinct. iij. certe ſequitur vt indiſtincte poſſit
transferre inuitum, vt vult prima opi. quam puto per hec veriorem.
12 ¶ Quandoq;, † & ſic quarto prouidetur via collationis, ſeu prouiſio-
nis, que habet vim electionis, & etiam confirmationis, vt notat Inn.
in. c. conſtitutis, ſuper verſi. effectum de appel. & gloſſ. in. c. j. in verſi.
prouiſionem, de elect. lib. vj. vbi dicit quod is ad quem ſpectat proui-
13 ſio prouidendo eligit & confirmat. † & idem in collatione que ſimili-
ter habet vim electionis & confirmationis. cap. cum olim, iuncto eo
quod ibi notat Inno. de cauſa poſ. & propr. & iſta duo quaſi idem im-
14 portant ſcilicet collatio, & prouiſio. † niſi quod verbum prouiſio eſt
magis generale aptum denotare omnem modum prouidendi, nam
comprehendit nominationem, poſtulationem, preſentationem, &
15 collationem, vt dicit glo. no. in cle. fi. in ver. prouiſioni, de elec. † idem
importat verbum diſpoſitio, ſeu ordinatio, vt quando Papa reſeruat
beneficium diſpoſitioni ſue ſeu ordinationi, per que verba comprehẽ-
ditur omnis modus per quem de iure poteſt eccleſie prouideri, vt patet
in cle. j. in veſic. diſpoſitionem, de ſupl. neg. prela. & in. c. j. §. fi. de con-
ſue. lib. vj. notat glo. in. c. poſt electionem ſuper ver. ordinationem, de
16 conceſ. prebẽ. cum ſimi. † ſed verbum collatio ſtrictius accipitur, quia
preſupponit conceſſionem beneficij, que tribuit ius in re, & facit be-
neficium eſſe illius cui confertur poſt ratificationem. c. ſi tibi abſenti.
de preben. lib. vj. per que infert notabiliter Rom. conſi. cccl. incipi. in
17 caſu propoſite conſultationis & cetera. ¶ † Quod ſi papa reſeruat be-
neficium ſue collationi per commendam, que ius in re non tribuit, re-
ſeruatio non expirabit, eum per eam non verificentur verba reſeruatio
nis, qa redeundo ad id qd̃ in principio dixi, iſta verba & quodlibet de ꝑ

18 ſe habent vim electionis, & confirmationis. ¶† Hinc eſt ꝙ ſuperior ad
quem negligentibus electoribus fit deuolutio poteſt vnico actu colla-
tionis, ſeu prouiſionis ſe expedire, qđ probatur in. c. ſi poſtquã in fi. de
elec. lib. vj. cum alijs que in ſuperioribus in ſimili propoſito deduxi, fa-
ciunt notata in. c. cum in illis §. cũ autẽ, & ibi bonus tex. de preb. eo. lib.
¶ Predicta habẽt locum in collationibus & prouiſionibus ꝑpetuis, nã
aliquando hec verba ſapiunt prouiſionem non perpetuam, ſed tempo-
19 ralem, † vt fit in prouiſione bñficioꝝ manualium, in quibus remouent̃
illa obtinentes ad nutũ ſuperioris, vt in cle. quia regulares, de ſup. neg.
prel. & in commiſſionibus hoſpitalium, que non conſueuerunt in be-
20 neficium conferri, vt per gl. in cle. quia contĩgit, de relig. dom. ¶† Quã
doq; & quinto via annexionis vnionis, & incorporationis de quibus,
& eoꝝ formis, ac modo habetur plene ꝑ gl. & doct. in. c. j. ne ſede vac.
& in. c. ſicut vnire, de exceſ. prel. per tex. & gl. in cle. ſi vna de rebus ec-
21 cleſie non alie. & in cle. ne in agro §. ad hec. † & breuiter tribus modis
fit vnio eccleſiarum, nam qñq; vna eccleſia vnitur alteri principaliter,
qñq; acceſſorie, quandoq; dubitatur, que pulchre proſequitur Pet. de
22 anch. conſi. cxiiij. incip. pro impetrãti, & alias etiam dixi, † & quis poſ-
ſit vnire dic ꝙ epiſcopi in ſuis dioceſibus cõ cõſenſu ſuoꝝ capituloꝝ ꝑ-
petuo, & non ad vitam, quia ſic eſſet prouidere perſone non eccleſie, vt
notant docto. in iuribus premiſſis, & Domi. conſ. xxxviij. in. vj. colũ.
23 ¶† Similiter inferior epiſcopo vnire poteſt, ſi hoc preſcripſit, vt notat
24 Ioan. ánd. in cle. ne in agro §. ad hec, de ſtatu mona. ¶† Eodem modo
legatus de latere, vt ponit Rota deci. ccccliх. incip. nota ſm maiorem
partem dominoꝝ, in antiquis, & melius q̃ alibi per Egid. cõcluſione.
dxiij. incip. concluſio ꝙ legatus de latere, cum ſequenti. ¶ Quandoq;,
& ſexto via adminiſtrationis quando additur alius adminiſtrator pri-
25 mo qui appellatur coadiutor, † & datur primo ſuſpecto de dilapidatio
ne. c. venerabili, de offic. dele. Itẽ leproſo. c. tua de cler. egr. iunctis ibi
notatis per Io. an. Item epilentico. c. fi. eo. ti. Itẽ multum ſeni. & alias
propter infirmitatem impedito ſuum officium exercere. c. ſcripſit, et. c.
quamuis cum. c. petiſti. vij. q. j. de coadiutore autem dando epõ habet̃
26 in ſpecie. in. c. j. de cle. li. vj. † Cuius aũt etatis debeat eſſe coadiutor di-
cit Io. an. in. c. fi. de cle. egr. illã etatẽ in coadiutore requiri que requirit̃
in offi. cui dat̃, vt coadiutor epĩ debeat eſſe etatis que requirit̃ in ꝓmouẽ
27 do ad epatũ. c. cum in cunctis, de elec. † in minoribus autem dignitati-
bus ſufficit ꝙ attigerit. xxv. annũ, qa talis etas reqrit̃ de iure in ꝓmotis,
ſeu promouendis ad eas, vt in §. inferiora, & de multis alijs circa hoc ple
28 ne per Io. an. in. d. c. fi. ¶† Quandoq; ſeptimo, & vltimo prouidetur
eccleſie vacanti per viam yconomatus. c. illud. xij. q. ij. & in. c. cũ vos,
de offi. or. ſunt & alij modi, quos nõ proſequor, ſed ꝑmiſſi videtur eſſe
principaliores. ¶ Et iſta ſufficiant quo ad tertiam partem principalem,





in qua dictum eſt de varijs modis vacationũ, & de modis prouiſiuis. itẽ
quibus modis uenit quis priuandus beneficijs, competẽti ordine dicen
dũ eſt de quarta parte huius opuſculi, videlicet de vi & effectu clauſula-
rũ, que apponuntur in gratijs, ſeu literis gratioſis.

## SVMMARIVM

1 Diſpoſitio ſequẽs reſtringitur, & regulatur iuxta narrata in prefatione.
2 Gratia nõ corruit, ſi nõ verificantur narrata in lr̃arũ exordio.
3 Cauſa impulſiua ceſſante, diſpoſitio non ceſſat.
4 Cauſa in dubio non preſumitur finalis.
5 Clauſula teq; a quibuſuis excõmunicationis &c. q̃re in literis apponat̃
6 Titulus beneficij, licet non exercitium in excommunicatum cadit, vi-
de tamen infra nu. 8. vbi tenet contrarium.
7 Electio de excommunicato facta quando valeat.
9 Dictio negatiua prepoſita uerbo neceſſitatẽ importat.
10 Sententia iuris ob crimen plus ligat.
11 In literis pape nec vna litera vacare debet.

## DE VI ET EFFECTV CLAVSVLARVM.

ET PRIMO Circa gratias expectatiuas notandum eſt circa verba
que in exordijs apponi conſueuerunt, uidelicet grata familiaritatis ob-
ſequia & ceter. uel alia uerba ſimilia que uarijs reſpectibus uariantur,
1 † notandum eſt inquã quod ſicut in exordio, ſeu prefatione alicuius di
ſpoſitionis ponatur cauſa finalis diſpoſitionis. l. fi. ff. de hered. inſtit. po
nit. Bar. per illum tex. in. l. cum hij, in prin. & in §. eam tranſactum. ff.
de tranſac. ita quod diſpoſitio ſequens reſtringitur, & regulatur iuxta
narrata in prefatione. l. cum pater §. dulciſſimis. ff. de lega. ij. quia, ut di
cit Bal. in. l. j. in. iij. col. de fal. cã adiecta. leg. cã finalis ẽ obiectũ intelle-
ctus, ſicut ſignũ eſt obiectũ viſus, et portus eſt obiectum nauigantiũ, &
2 quicquid agimus ꝓp finẽ agimus. † Credo tñ quod gratia non corruit,
quamuis non verificentur omnia narrata in exordio literarũ, quod ſic
demonſtratur, quia aut in narratis in prefatione conſiſtit cã finalis gra-
tie, & tunc non oportet quod illa uerificentur aliter, immo illis ſtatur
neceſſario, nec poteſt probari contrarium, ex quo ſuper ſic narratis fun
3 datur intentio Pape per clem. primam, de probatio. ¶† Aut talia nar-
rata non fuerunt cauſa finalis gratie, ſed potius cauſa impulſiua, & tũc
illa ceſſante, ſeu non exiſtente uera non ceſſat neq; corruit diſpoſitio. l.
j §. ſexum. ff. de poſtula. & notatur ĩ capitulo cum ceſſante de appella.
4 ¶† In dubio aũt ꝑſumit̃ ĩpulſiua nõ finalis, vt tenet gl. in. l. ij. in fi. ff. de
dona. quia licet papa dicat ſe facere grãm propter impenſa ſibi ſeruitia,

ex que tamen illa non ſpecificat, dicitur ſimplex liberalitas, & non re-
muneratio ob cām, vt vult in ſimili Old. conſi. v. incip. ticius, dicitur
5 poſt modū in prefatione literarū. ¶† Teque a quibus excommunicatio-
nis, ſuſpenſionis & interdicti aliiſq; eccleſiaſticis ſententijs cenſuris &
penis &c. ad effectū pſentiū &c. abſoluētes &c. Hec clā ſcdm aliquos
6 in iſtis uerbis ponūt ad abundantem cautellā.† quia ut dicit Car. conſil.
xl. incip. in facto, in excōmunicatum cadit titulus beneficij, & ordinis
ſuſceptio, & ualent cuncta que facit in ſui eſſentia, licet nō in exercitio,
vt in. c. pia. de excep. lib. vj. & c. ſolet, de ſen. excō. eo. lib. Ad quod be
ne facit quod dicit Cōp. & recitat ibi Io. an. in. c. quod ſicut, de cle. vi-
7 delicet,† ꝙ electio facta de excōmunicato vel ſuſpenſo licet nō teneat,
tamen ex tacito conſenſu eligentium ſecuto poſt abſolutionem confir-
matur, quia dicunt ꝙ talis electio non erat nulla iure naturali ſecūdum
8 eos. ¶† Verior tamen videtur alia opinio & magis cōmunis ꝙ excom
municato ipſo iure non poteſt conferri beneficium, vt probat tex. aper
tus in. c. poſtulaſtis, de cler. excō. min. dum dicit clericis excōmunica-
tionis vinculo innodatis eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt,
nec illi ualēt retinere ea licite, niſi forſan cum eis fuerit miſericorditer
9 diſpenſatū† pondero dictionē negatiuā prepoſitā uerbo poteſt que ne-
ceſſitatem importat iuxta glo. in regula. j. de regul. iuris, lib. vj. & hanc
partem tenet Rota deciſione. ccclxiij. incip. nota ꝙ excōmunicato in
antiquis, tā in excōmunicato ab homine ꝗ̄ a iure, & multo fortius quā
10 do a iure,† quia ſententia iuris imponitur pp crimē iō plus ligat arg. no
tatorum in. c. peruenit, de exceſ. prelat. Dico igitur ꝙ clauſula predicta
teque a quibuſuis &c. apponitur neceſſario, & non ſuperflue, vt alij vo
11 lunt,† quia nec ſillaba debet vacare in literis pape iuxt. gl. ꝗ̄ ſepius alle-
gaui in. c. ſolite, de maio. & obe. facit ad predicta clemē. c. ſumus Pont.
& quod ibi notatur de ſent. excom.

## SVMMARIVM

1 Clauſula motu proprio per regulam cancellarie quid ſuffragetur. & qd de iure communi.
2 Effectus quos producit clauſula motus pprij de iure communi.
3 Motus proprius non inducit diſpenſationē irregularitatis.
4 Irregularitas q̄ cauſat ex homicidio, an ſit de iure diuino, vel poſitiuo.
5 Clauſula ſuppleres omnē defectū de plenitudine poteſtatis qd iporter.
6 Motus proprius licet tollat vitium ſurreptionis, aliam tamen inhabilitatem non tollit.
7 L. ij. C. de crimin. ſacrileg. quomodo intelligatur.
8 Clauſula ex certa ſcientia quid operetur.
9 Papa ꝙ faciat aliqd ex certa ſcientia, vel de plenitudine ptātis paria ſunt



10 Cauſe cognitio nō requiritur, nec partis vocatio cum princeps facit aliquid ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis.
11 Clauſula ex certa ſcientia tollit inhabilitatem impetrantis, ſed non motus proprius.
12 Clauſula motus proprij in quo differat a clauſula ex certa ſciētia, & infra nu. 14. 16, 17. et. 18.
13 Scientia certa per teſtes probari poteſt, ſed motus proprius non.
15 Scientia certa principis idem operatur, quod clauſula non obſtante.
16 Clauſula motus proprij non tollit defectum intentionis, ſed certa ſciētia purgat illum.
17 Motus proprius non operatur circa qualitates intrinſecas beneficij.
18 Papa non intendit prouidere de dignitate vel circa, niſi illas qualitates exprimat.
19 Motus proprius facit. ꝙ priuilegium cum ea pluralitate conceſſum extendatur ad litem pendentem.
20 Priuilegium conceſſum lite pendente an noceat parti aduerſe, ſi fiat motu proprio.
21 Priuilegiū valet lite pendēte impetratū, ſi nulli ſit ꝑiudiciale, alias nō.
22 Leges generales facte motu proprio non trahuntur ad lites pendentes, niſi hoc ſpecialiter dicatur.
23 Impetrare ius nouum lite pendente non eſt attentare.
24 Motus proprius operatur, vt indultum iniquitatem ſapiens alicui motu ſimili conceſſum in eundem non retorqueatur.
25 Heres licet infra tempus conficiendi inuentarium non poſſit a creditoribus conueniri, tamen debitores conuenire poteſt.
26 Iudei in die ſabbati conuenire, nec conueniri poſſunt.
27 Conueniri quis nō pōt certo tpe, an poſſit ipſe tunc alios conuenire.
28 Motus proprius diligentiā proceſſus tollit.
29 Gratia data motu proprio dicitur beneficiū principis.
30 Dictio quomodolibet eſt uniuerſalis.
31 Exceptio firmat regulā in caſibus non exceptis.
32 Exceptio quando iungitur cum dictione taxatiua, tunc quo ad alios caſus ſtat negatiue.
33 Motus proprius ſupplet etatis defectum.
34 Limitatio ad. c. ſi eo tempore de elec. in. vj.
35 Mandatum motu proprio ſuper vacante extenditur ad vacaturum.
36 Clauſula generalis non obſtante, & clauſula motu proprio defectum etatis, vel ordinis non tollunt.
37 Ex certa ſcientia aliquid fieri, vel ꝙ fiat mētio de obſtātibus paria ſunt.
29 & Io. an. in. c. ne captāde, de preben. lib. vj. † & ideo procurator generalis vel coniuncta perſona non poſſunt acceptare, niſi ſuper hoc habeant ſpeciale mandatum, vt dixi, quod firmat dec. cccxxiij. inci. nota Pau. in antiqs, & alia. ccxcvij. incip. purificatio in nouiſ. de quo etiam
30 per Inno. in. c. accedens, de preben. & ſequitur ibi Panor. † ratio eſt, qa coniunctio ſanguinis non ſupplet ſpeciales defectus mādati vt in. l. pater. ff. de minor. bene verum eſt quod hmōi perſone poſſent acceptare ſine mandato ſed beneficiū ſeu ius in eo non quereretur expectāti, niſi ratificaret infra tempus debitū per illud quod dicit glo. in. c. ꝙ ſit de ele
31 cti. lib. vj. † que vult quod in iſtis ſpiritualibus poteſt interuenire negociorum geſtorum, ſed opus eſſet, quod dominus qui eſt principalis habeat ratum infra illud tempus infra quod ipſe tenebatur declarare ani
32 mum ſuum per. l. pe. ff. rē ra. hab. ꝙ eſt notandum. ¶ † An autem laicus poſſit conſtitui procurator ad acceptandum, tenet Io. an. in loco prealegato, quod ſic, quem ſequitur ibi Panor. nam non auctorizat in hoc caſu laicus, nec ſibi aliquid acquiritur, ſed tranſit iſtud ius ſpirituale in dominum, ſicut aqua per canale lapideū. ego aſſigno aliā rationē, quia acceptatio nil aliud eſt quā voluntatis declaratio, & iſtud cadit in laicū,
33 & quēlibet incapacē, † prout eſt excōmunicatus, q poteſt acceptare, ſed non facere ſibi prouideri, vt tenent dec. cxxvj. inci. nota quod excōmunicatus in antiquis, nudū. n. cōſenſum exprimit nomine alterius. vnde ſicut quis poteſt contrahere tanquam procurator matrimoniū carnale cum illa, cū qua non poſſet ſuo nomine, vtputa clericus, ita etiam dicendum eſt in matrimonio ſpirituali, nam valet arg. de carnali ad ſpirituale, & econuerſo. c. ij. de tranſla. prela. cum alijs ſimil. ¶ Ex quibus ap
34 paret ſecundum doc. in. d. §. quem etiam † ꝙ licet laicus nō poſſit pro ſe acceptare beneficium cuius tanquā laicus non eſt capax. c. cum adeo, de reſcr. & notatur in. c. ex frequentibus, de inſtitu. poteſt tamen acceptare pro alio, & illi acquirit ex collatione executoris abſque aliqua ceſ
35 ſione, † ad quod facit quod notat Inncen. & docto. in. c. quod ſicut, de elec. & in. c. poſtulaſti, de iure patr. de laico habente collationem pre-



bendarum ex conceſſione pape, quia inueſtitus ab eo non conſequitur aliquid ſpiritualitatis ab illo, ſed a confirmatore vel alio miniſtro eccleſiaſtico. ¶ Septimo, & vltimo pro declaratione iſtius clauſule que in
36 fra menſem &c. dubitatur † vtrum. d. clemen. vnica, in. §. ſecus, habet locum in gratia que dicit̄ in forma pauperum ſequuta purificatione illorum verborū quatenus de vita & cōuerſatione etc. hoc eſt querere vtrū ante purificationē ſint ligate manus ordinarij. In hoc dubio do. de Rota fuerunt varij, maior tū pars tenuit, quod ante purificationē poſſit or
37 dinarius conferre, † qa decretum non ligat ante purificationē gratie, licet in gratia ſit appoſitum certum tp̄s, vt hr̄ in duabus deciſiōibus, vna eſt in antiquis. ccccl. incip. nota quod §. alia in nouiſ. xcv. incip. §. ſec⁹. Verior tū ur̄ opinio tenētium cōtrarium, quod interim ſint ligate manus ordinarij, dūmodo ſequatur poſtea purificatio tempore cōgruo, & hoc vt decretum, & appoſitio mēſis aliquid operetur, dicto. §. ſecus. Itē qa ſequuta purificatiōe gratia & decretum retrotrahit̄, maxime ſibi eſt clauſula retrotractiua, iuxta vnam deciſionem ꝗ in ſuperioribus dedu xi, & hanc ptē tenuit Io. de lig. in. c. ꝓpoſuit, de cōceſ. prebē. & Io. Cal. in dicta clem. vnica, immo plus tenet ibi Cardi. quod ſi expectās in forma pauperū petijt infra menſem purificari cōditionē ſue gratie, & circa hoc fecit omnem diligentiā, ſed per executorem ſtetit, nihilominus dictus expectans, nondum purificata ſua gratia fecit acceptationē infra menſem valet ſua acceptatio intantū ꝙ lapſo mēſe ordinarius conferre non poterit beneficium taliter acceptatum, quod dicit eſſe ſingulare & nouum, ſed de hoc eſt vna dec. in terminis. cccxcv. incipiē. nota ſi im
38 petrans, in antiquis. ¶ Ex quo apparet † quod multo magis cenſentur ligate manus ordinarij infra menſem, licet gratia nondum ſit purificata, dummodo in tempore fiat eiuſdem purificatio. & etiam poſtea caſu quo per expectantem non ſtetit, vt ſupra & hoc puto ueriſſimum, quicquid dicat Egidius concluſione. ccclx. hec de clauſula infra menſem ſufficiant.

## SVMMARIVM

1 Cl'e diſtrictius inhibentes, & decernētes ex nunc &c. cuius ſint effect⁹.
2 Clauſula cū plenitudine iuris canonicalis qd includat.
3 Canonici in herbis q dicātur.
4 Clauſule inducētes, & defendētes inductū, itē cōtradictores &c. quare in literis apponātur.
5 Deputatus ad ponēdū aliquē in poſſeſſionē nō hȝ iuriſditionē cōtradictores, niſi dicte clauſule apponātur.
6 Poteſtas clauſule defendēs inductū quāto tp̄e duret.
7 Per clauſulā cōtradictores cōpeſcēdo cōtra quos iuriſditio detur.

8 Delegatus quid poſſit vigore dicte clauſule contradictores cõpeſcẽdo.
9 Poſſeſſor bñficij non tenetur deſiſtere a poſſeſſione, ſi vult ſtare iuri.
10 De qua moleſtatione intelligatur, qñ quis debet a moleſtatiõe ceſſare.
11 Clauſula amoto quolibet illicito detentore quid operetur.
12 Clauſula quæ apponitur in executione gratiæ non firmat gratiam contra ſubreptionem.
13 Clauſula amoto quolibet illicito detentore de quali poſſ. intelligatur.

1 COMPETENTI †ordine in huiuſmodi literis ſeqtur clauſula di
ſtrictius inhibentes &c. ac decernentes ex nunc &c. iſte clauſule magnũ
effectũ operantur, quia vt dicit glo. in cle. j. in ver. inhibentes de iure pa
tro. valent geſta cõtra mandatũ Papæ ſi fiant p eum qui alias circa illud
quod mãdatur habet iuriſditionẽ & poteſtatem ex ſe licet cõtrafaciens
veniat puniendus vt in. c. dilectus filius. G. de prebẽ. niſi in mandato &
lr̃is Papæ ſit appoſitũ decretum cum inhibitione. nã per hæc ligant ma
nus illorum ẽt ante p̃ntationem talium lr̃arum vt notat in. c. ſi ſoli. de
conceſ. prebẽ. lib. vj. de quo latius dixi in prima parte principali in an-
2 tepenul. carta vt ibi. ¶ †Subſequenter dicitur in lr̃is expectatiuis in ca-
nonicũ creatũ ſtallo tibi in choro, & loco in capitulo eiuſdem eccleſie
cum dicti iuris plenitudine aſſignantes & cetera. iſta verba, vt dixi in
prima forma literaꝝ expectatiuarum, de iure includũt omnia iura ca-
nonicalia, & precipue perceptionẽ quotidianarum diſtributionũ, ſm
do. Ant. in. c. pro illorum, ad fi. de preben. de conſuetudine, tamẽ qua-
3 ſi vbiq; ſeruatur contrarium, †quia creati in canonicos anteq̃uam aſſe-
quantur preben. intra numerum non participiant de iuribus canonica
libus, & vocantur canonici in herbis, ſecundum domi. de Rota deciſ.
ccccxlv. incip. ſi legatus in nouis, cum alijs, vt dixi in dicta prima for-
4 ma. ¶ Sequitur poſtmodũ alia clauſula, †videlicet inducentes te & de-
fendentes inductũ &c. iſta clauſula iõ apponitur, quia vbi unq; depu-
tatur quis ad nudũ miniſterium, prout eſt inducere quem in poſſeſſio-
nem, appoſita iſta clauſula. ſ. & defendentes inductum, cum alia que ſta
tim in literis ſequitur videlicet contradictores &c. poteſt talis executor
in executione mandati exercere iuriſditionem compeſcendo contradi
ctores, quam non haberet ſine dictis clauſulis, ſecundum Io. an. in. c.
querenti, de offi. deleg. & ex hoc dicto Ioan. an. infert ad propoſitum
5 notabiliter panor. in. c. pro illorum, de preben. †quod deputatus ad po
nendum aliquem in poſſeſſionem non habet iuriſditionem in cõtra-
dictores, nec poteſt eam exercere, niſi apponãtur huiuſmodi clauſule,
6 & idem quando deputatur quis ad conferendum, †ſubijcit etiam ibi-
dem Panor. quanto tempore duret p̃tãs iſtius clauſule defendas indu-
ctum &c. et refert quoſdã tenere, ꝙ durat ad inſtar poteſtatis conſerua
toris, iuxta. c. fi. de offi. lega. lib. vj. & ſic qđ claudatur anno. ſed Io. an.



dicit ibidem, quod audiuit curiam tenere, quod ſi inductus in poſſeſ.
poſſedit aliquãdiu pacifice, tunc expirat ei[9] p̃tãs, qđ ſatis placet Panor.
ne p̃iudicet p̃tãti ordinarie, arg. in. c. ad hec, de reſcri. &. c. puenit. xj. q.
7 j. ¶ †Tertio dicit ibidẽ panor. ex mẽte glo. qđ p iſtã clauſulã ꝯdictores
cõpeſcendo, datur iuriſditio non ſolum inter partes, ſed ẽt cõtra extra-
neos cõtradicentes de facto, ſecus ſi cõtradicãt de iure. Que verba pon-
8 deranda ſunt ad duo. Primum eſt, †quia regulariter delega. non habet
iuriſditionẽ in extraneos turbantes partes, niſi quando ſua iuriſditio ĩ-
peditur. c. j. de off. ordi. & bona glo. in. c. nõ ſolũ de appel. lib. vj. ſed vir
tute huius clauſule põt ferre excõicationem in oẽs extraneos ẽt vt dixi.
Scdm ẽ, q põt cõpeſcere cõtradicẽtes de facto. ſecus ſi cõtradicãt de iu-
9 re. †ad qđ optime facit elegans ꝯſiliũ Old. lxxxj. incip. qđ pceſſus, vbi
ꝯcludit, qđ poſſeſſor beneficij non tenetur deſiſtere a poſſeſ. ad manda
tum executoris, ex quo non reſiſtit de facto ſed offert ſe paratum ſtare
iuri, q nõ dꝫ ſine cauſe cognitiõe expelli a poſſeſ. c. licet. de p̃b. lib. vj.
& in. l. fi. C. ſi p viꝫ vel alio modo. ¶ Ex quo infert Old. qđ ſentẽtia ex-
cõicationis etiã nominatim in eũ lata nõ tꝫ, nã executor non habet in
eũ p̃tãtem, nec aliquã iuriſditionẽ, niſi indebite ꝯdicat. certũ eſt aũt, qđ
nolẽs poſſeſſionẽ ſine cauſe cognitione dimittere nõ dicitur indebite
10 ꝯdicere vt ibi latius per eũ, †facit ẽt ad hoc qđ dicũt docto. in. c. in pre-
ſentia in. iiij. not. de probat. dũ declarant quid importat qñ agitur, vt
quis ceſſet a moleſtatione, nã intelligitur de moleſtatione facti & de fa-
cto, nõ aũt iuris bene facit dictũ Bal. in. l. j. in. vj. col. C. de hijs que pe
ne nomine. & quod conſuluit Petr. de anchara. conſil. lxxxvij. incip.
omiſſo primo dubio &c.
¶ Vlterius ſciẽdum eſt, ꝙ in mandatis de prouidendo, & in nouis pro-
11 miſſionibus vltra predictas clauſulas, †conſueuit apponi clauſula amo-
to ex inde quolibet illicito detẽtore, de qua hr̃ in. c. ppoſuit, de conceſ.
preb. & reſpicit beneficia vacãtia, tãdẽ operat hũc effectũ, vt poſſeſſio
facti alias colorata non inualidat literas neq; gratiã, licet de tali poſſeſ.
nõ ſit expreſſe facta mẽtio, nã ſatis vr̃ facta mẽtio de poſſeſſione facti p
iſtã clauſulã, ſm Io. an. & Panor. in. c. cũ noſtris, eod. tit. & Car. conſi.
xxxj. incip. Mileſimo, in. fi. alias litere ſunt ſurrepticie, vt ibi cum mul
tis ſimi. Dicit tamen ibidem Panor. ex mente Lapi de caſtel. & Io. cal.
ꝙ hoc procedit quando hec clauſula ponitur in literis gratioſis, ſecus
12 ſi in literis executorialibus vel in executione gratie, †quia ea que appo-
nuntur in executione gratie non firmant gratiam aduerſus vitium ſur
reptionis, prout eſt caſus in cle. j. de preben. idem ſequitur domi. cõſi.
lxxxvj. & hoc eſt multũ nontandum ſecundum eundem Panor. quia
hodie dicta clauſula communiter cõſueuit apponi in fine literarũ ĩ exe
cutione ipſius gr̃e, conſequẽter attẽta diſpoſitione dicte clemẽ. j. de pre
ben. non tollit vitiũ ſurreptiõis circa coloratã facti alteri[9] poſſeſſionẽ.

13 ℂEx quo ſequitur, quod uirtute huius clauſule nõ poterit hodie exe
cutor amouere quem a poſſeſſione colorata, niſi ſit merus intruſus, vt
quia ex colla. ordina. poſſidet beneficium reſeruatum, quo caſu nõ cẽ
ſet hr̃e tit. vt ſentit Domi. in. c. eũ qui, de p̃b. li. vj. immo nec poſſeſ. ſed
nudã detẽtationẽ, vt ꝑ dom. de rota deciſ. lvj. incip. nota ꝙ vbi aliquis
in antiqs, & hoc ꝑꝑ decretum quod habet annexum vt dicit alia deciſ.
ccccxxix. in antiquis.

## SVMMARIVM

1 Clauſule generales poſite in gratijs nõ obſtãtibus ↄſtitutionibus & ordinationibus &c. qd operẽtur, & infra. nu. 4.
2 Per clauſulas gñales derogatorias non tolluntur ordinationes fundatorum, ſi illi ſunt laici.
3 Papa põt preiudicare ordinationibus clericorũ.
5 Papa non intendit per clauſulas generales in dubio contra ius commune diſpenſare.
6 Clauſula ↄ̃rijs quibuſcũqꝫ nõ obſtãtibus quid operetur.
7 Clauſula gñalis ꝙ̃tũ ad cõprehẽſa ſub ipſa, ita ſingula cõplectitur, ac ſi eſſent ſpecialiter enumerata.
8 Clauſula nõ obſtãtibus nõ tollit iuramẽtũ, neqꝫ confirmationem, niſi aliud expreſſe dicatur.
9 Sentẽtiarũ nõ obſtantia generalis nõ tollit ſententiam latam de expreſſo conſenſu pape.
10 Cap. cũ aliquibus de reſcript. in. vj. q̃uo intelligatur.
11 Clauſula nõ obſtãte canonicorũ nume. quare in literis apponatur.
12 De canonicorum numero in quibus caſibus non eſt neceſſe mentionem facere.

POST PREDICTAS Clauſulas ſequuntur clauſule non obſtã
1 tium generales. † & primo in gratijs expectatiuis in quibus dicitur nõ
obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus &c. per iſtas clauſu-
las generales derogatorias ſublata vel ſaltẽ dilata cẽſent ſtatuta contra-
ria eccleſiarũ, vtputa actu ſacerdotiũ requirentia, vel aliquid ſimile, ita
quod expectans vel alias impetrans apoſtolicus poteſt huiuſmodi be-
neficia acceptare. licet non ſit in ſacerdotio conſtitutus, dũmõ ſit in tali
etate, ꝙ infra annum poſſit promoueri in ſacerdotẽ prout in terminis
firmant do. de rora deciſ. cccclxvj. incip. nota ꝙ ſtatuta in antiquis ꝑ
c. ei cui. de preben. lib. vj. cum ibi notatis per Io. an. & per eundem in
2 c. ſi pro clericis pauperibus, eo. tit. & libro † dicunt tamen domini. in
d. deciſione ꝙ clauſule predicte non tollunt nec derogant ordinationi
fundatoris in ſuo teſtõ quia ſicut papa nõ vult preiudicare in p̃ñtatio-

ne patronis



ne patronis, ita nec in tollendo ordinationẽ vel vltimã voluntatem eo-
rundem, argu. c. cũ dilectus, cum ibi notatis, de iurepatr. Quam conclu
ſionem intelligit procedere compillaror deciſionum in nouis deciſ. te-
tia inci. ſi ſtatutum &c. in ſtatutis, ſeu ordinationibus laicorum ne re-
trabantur a fundatione & dotatione beneficiorum, † ſecus in ordina-
3 tionibus clericorũ quibus Papa vult & poteſt leuius preiudicare, iuxta
4 nota. in. d. c. cum dilectus, &. vj. q. j. c. decernimus, † ſubiicit in fine p̃-
dicta deciſio. iij. ꝙ huiuſmodi clauſule non obſtantium quãuis tollant
impedientia gratiam, puta vicium ſurreptionis, defectũ tamẽ, ſeu inha
bilitatem perſone non remouent, nec diſpenſationem contra ius cõ
5 mune inducunt, contra † quod ius cõmune papa in dubio per tales clau
ſulas non intendit diſpenſare vt notatur per Io. mo. in. c. cum aliquib⁹
de reſcrip. lib. vj. cum alijs vt ibi. ℂPoſt dicta verba generalia ſequun-
6 tur alia verba magis vniuerſalia, † videlicet contrarijs quibuſcunque, &
debet repeti illud verbum non obſtantibus vt in. c. cũ nõ deceat, & in
c. qa ſepe de ele. lib. vj. iſta verba magis reſpiciũt cõſuetudines, & ſtatu-
ta eccleſiarũ, ꝙ̃ verba precedentia, quæ tollunt vel magis differunt con
ſtitutiones, & ordinationes apoſtolicas, prout patet ad ſenſum, propter
hmõi clauſulas cõſuluit Old. conſi. cxvij. incip. bone memorie, ꝙ ſtudẽ
tes rome p̃ñt percipere fructus beneficiorũ ſuorum non obſtante ſtatu-
to eccleſie, quo cauetur ꝙ ꝑ annum debeãt facere reſidentiam, qa illud
ſtatutum intelligitur ſublatum ꝑ huiuſmodi clauſulas generales nõ ob-
7 ſtantibus cõtrarijs qbuſcunqꝫ, † & ratio eſt quia generalis clauſula quan
tum ad cõprehẽſa ſub ipſa, ſic ſingula cõplectitur, ac ſi eſſent ſpecialiter
enumerata. l. ſi chorus, in prin. ff. de lega. iij. & hoc iudicat verbum vni
uerſale quibuſcunqꝫ. l. hoc arti. ff. de her. inſti. & in. l. ſi creditores. C.
8 de pac. † plus dicit Car. conſi. xxv. ad finem. incip. in dei nomine amẽ.
in cã &. q. quod clauſula non obſtantibus tollit iur̃m & penam & quic-
quid obſtat in cõtrarium, caſus eſt de iuramẽto in. c. cum aliqbus, de re
ſcrip. lib. vj. & de pena ẽt eſt caſus ibidem iuncta gl. ſuꝑ verbo firmitate
alia, & glo. dicit puta vinculo pene, ſed ſalua pace tanti viri cõtrariũ eſt
verius, vt tenet glo. ordinaria in. c. cum nõ deceat ſuꝑ ver. effectus, ſupe
rius allegato, que dicit quod ex gñali non obſtãtia conſtitutionũ nõ tol
luntur cõſtitutiones iuramento firmate, ſimilis glo. in cle. dudũ. in ver.
pacta, de ſepul. que dicit qđ generalis non obſtãtia pactorum non tollit
pacta & cõuentiones modo aliquo firmatas, & iſtas gl. exclamat ad hoc
Roma. cõſi. cccxciij. incip. p̃ñs cõſultatio. & conſi. ccccıiij. & alio. 436.
9 facit quod ponit Egid. cõcluſione. 534. incip. ſi papa. † dum dicit quod
generalis non obſtãtia ſñiarum non tollit ſñiam latam de expreſſo con-
ſenſu Papæ, quia aliud eſt ſimplex ſententia, aliud ſententia talis per di-
10 ctas glo. † Non obſtat tex. allegatus per Card. in. d. c. cum aliquibus, qa
ibi expreſſe in obſtantijs ſit mentio de iuramento, & cõfirmatione apo-

ſtolica, dum dicitur non obſtan. eiuſdem eccleſie priuilegijs, ↄſuetudi-
nibus, vel ſtatutis iuro confirmatione apoſtolica, vel quacũque firmita-
te alia roboratis, & ſic innuit ꝙ neceſſarium eſt de hijs mentionẽ expreſ
ſam facere, hoc idem tenet Domi. cõſi. lxv. in fi. col. & alio cõſi. lxxxiij.
in. j. colum. & ita ſeruatur & praticatur in gratijs expectatiuis, in qbus
expreſſe apponũtur predicta verba de qbus in. d. c. cum aliqbus. ergo
ſine illis non intelligeretur derogatum ſtatutis, & ↄſtõnibus iuratis, vel
per ſedem apoſtolicam ↄfirmatis, alias fruſtra mẽbranas occuparẽt. c. ſi
romanorum. xix. di. & bona gl. in. c. ſolite. de ma. & obe. ¶ Vltra pre-
dictas cl'as non obſtantiarũ gñales, cõſueuit derogari in ſpecie, qbuſdã
ſtatutis, & cõſuetudinibus, & precipue in expectatiuis, quæ fiunt in ca-
11 nonicum creatum, † Primo dum dicitur, ac de certo canonicorum nu-
mero. Iſta clauſula ideo in literis apponitur, quia non eſt de intentiõe
Pape ꝓuidere alicui in eccleſia numerata non facta mentione de nume-
ro, nec intendit in dubio frangere numerum, niſi dicat non obſtan. cer
to canonicorum numero, vt probatur in. c. cõſtitutus. de reſcrip. ¶ Ex
12 quo ſequitur, † ꝙ ſi canonicatus vacat de preſenti, vel ſi papa mandet
prouideri de primo vacato, iſtis caſibus non eſt neceſſe apponere iſtam
clauſulam, nec facere mentionem de numero canonicorum, quia neu-
tro caſu frangitur numerus ſm doc. in. d. c. conſtitutus. quicquid dicat
ibi Compoſt. ꝙ eſt notabile & ſeruatur de ſtilo.

## SVMMARIVM

1 Clauſula derogatoria ſtatutis, & cõſuetudini optandi quare ponitur.
2 Conſuetudini de optando quando opus eſt derogare.
3 Optio & conſuetudo optandi ceſſat in prebendis apud ſedem vacanti-
bus, nec opus eſt tunc derogare ſtatutis curatis.
4 Optandi conſuetudo non cadit in beneficijs qualitercunq; reſeruatis,
nec in fructibus groſſis, ſecundum Rot.
5 Optio an & quando in reſeruatis locum habeat.
6 Cõſuetudo an valeat de optando p̃bendas in curia vacãtes reſeruatas.

INSVPER DEROGATVR †Statutis & conſuetudini-
bus de optando, quibus cauetur ꝙ vacantibus canonicatibus, & prebẽ-
dis pinguioribus antiquiores canonici pinguiores prebendas ſic vacã-
tes optare poſſint, iſta clauſula ponitur ad tollendum dipoſitionem. c.
fin. de conſue. lib. vi. vbi dr̃, ꝙ ꝑ reſcriptum ap̃licũ, quo prebenda pri-
mo vacatura mandatur alicui prouideri, laudabilis illius eccleſie ↄſue-
tudo nõ tollit, hinc eſt ꝙ ſi ibidẽ eſt ↄſuetudo ꝙ antiquiores Canonici
vacantes prebendas poſſint optare gradatim non obſtante reſcripto &
mandato apoſtolico pñt antiquiores vacãtem optare prebendam, niſi



cõſuetudini prefate, & ſimiliter ſtatuto derogetur vt ſupra. † Quæ de-
rogatio neceſſaria eſt eo caſu quãdo mãdatur prouideri de p̃benda pin-
guiori, dicendo prebendam vero ẽt ex pinguioribus &c. nec iſto caſu
ſufficeret generalis derogatio ſtatutorũ, & conſuetudinũ, vt ponit vna
deciſ. ccc. incip. ſi mandetur in nouiſ. quia gratia impetrantis in præbẽ
da non optata ſuum non poſſet ſortiri effectum, ex quo expreſſe mãdat
de maiori prebenda ꝓuideri, vnde illam minorẽ non optatã habere nõ
poſſet, propter. c. cui de non. de prebendis lib. vj. minus poſſet habere
pinguiorem, ſi ad illam venitur tantũ per optionem & cõſuetudinem,
cui per illas clauſulas generales nõ derogatur, ideo vt in principio dixi,
opus eſt illis in ſpecie derogare. quod procedit etiã ſi gratia ſit facta mo
3 tu proprio ſm doc. ibi & ponit do. de. s. Gemi. conſi. ciiij. ¶ † Ceſſat tñ
optio & talis cõſuetudo in p̃bendis vacãtibus apud ſedem, vt dicit tex.
in. d. c. cum in tua, ex quo libera earum diſpoſitio de iure cõmuni ſpe-
ctat ad Papam. c. licet. de p̃ben. eodẽ lib. nec eſt opus tunc ſpãliter dero
gare dicte cõſuetudini de optando, ſed ſufficit generalis derogatio ſta-
tutorũ & conſuetudinum quæ tali caſu extenditur ad ſtatuta etiã iura-
ta, ſm Rotam in ti. de reſcrip. deci. xij. incip. nota ſi aliquod in antiqs.
4 † Ceſſat ſimiliter optio in p̃bendis & beneficijs qualitercq; reſeruatis
non tantum reſeruatione generali clauſula in corpore iuris vt ſtatim di
xi, ſed generaliter in omnibus vt ponit deciſ. Rote. ccxix. incipiẽ. nota
quod ſecundũ. in antiquis. ¶ Eodem modo ſicut p̃benda vacans in cu
ria non põt optari vt ſupra, ita nec etiam fructus groſſi obtẽti per cano-
nicũ in curia defunctum, etiã ſi illi groſſi fructus redeant ad capitulũ. vt
vult alia deciſ. ccxcvj. incip. ſicut canonicatus in nouis. ¶ Aduertẽdũ
tamen eſt quod licet predicte deciſiones videantur velle quod conſue-
tudo de optando non habeat locum generaliter in omnibus qualiter-
5 cunq; reſeruatis † melius tamen in hoc diſtinguit Car. conſi. xvj. incip.
dominus Papa vbi dicit quod aut papa facit reſeruationem generalem
beneficiorum, ſicut aliquando fit, & tunc in totum ſublata eſt optio, ſi-
ue per ſe conferat ſiue mandet conferri. aliquando facit reſeruationẽ
ſpãlem. & tũc ſi illa ſit facta motu proprio, & idem eſt dicendũ, ſcilicet
quod non habet locum optio: intelligendo tamen vtrũq; caſum, quod
in literis ſit clauſula ſaltem generalis, videlicet non obſtantibus ſtatu-
tis, & conſuetudinibus &c. alias non intelligeretur tollere conſuetudi
nes particularium locorum, niſi hoc exprimeret. c. j. de conſtitu. libro
vj. Si vero reſeruatio ſpecialis non ſit facta motu proprio. & tunc niſi
apponatur clauſula ſpecialis, per quam in ſpecie derogatur conſuetu-
dini de optando habet locum optio. argu. c. quamuis. &. c. ſi propter
tua. de reſcrip. lib. vj. &. c. cum in eccleſia. de preben. eod. lib. Hanc di-
ſtinctionem ſequuntur moderni in. d. c. cum in tua. in §. in prebendis
aſſignantes rõnem iſtius vltimi membri, quãdo reſeruatio non ſit mo-

tu proprio, ſed ad petitionem alterius, vt ſit locus optioni, quia tunc ta
6 lis gratia procedit de radice ambitionis. c. ꝗuis de prebē. lib. vj. ℭ † An
autem valeat conſuetudo cōtra predicta, ſcilicet de optando prebendas
ſpāliter reſeruatas etiam motu ꝓprio vel vacātes in curia, ponit Calde.
cōſil. iij. in titulo de conſue. videt̃ ibi per eum.

## SVMMARIVM

1 Clauſula ſi aliqui apoſtolica, vel quauis auctoritate in dicta eccleſia in canonicos ſint recepti ad quid in literis ponatur.
2 Clauſula aut ſi aliqui, quare in literis apponatur.
3 Onus iam finitum amplius pro onere non habetur.
4 Clauſula ſeu ſi hodie pro alio, vel alijs quare in fine literarum ponatur.
5 Papa dicitur ordinarius ordinariorum.
6 Papa cum omni prelato in iuriſditione, & poteſtate concurrit.
7 Clauſula ſeu ſi ſuper prouiſionibus ſibi faciendis &c. quid operetur.
8 Expectantes ſi ſunt pares in data prefertur diligētior in proceſſu.
9 Pauperes expectantes preferuntur diligentioribus in proceſſu, quo ad beneficia ſimplicia.
10 Per clauſulā anteferri ꝑfertur poſterior priori hn̄ti ſolum ius ad rem.
11 Clauſula ſeu ſi epiſcopis archidiaconis &c. a dicta ſit ſede indultū &c. quid operetur, & infra, nu. 14.
12 Papa nunquam per aliqua indulta ſibi ligat manus.
13 Par in parem imperium non habet.
15 Reſcriptum impetratum contra miſerabilem perſonam non valet, niſi expreſſe de eius miſeria faciat mentionem.
16 Mentio de priuilegio quando dicatur ſpecialiter facta.
17 Mentionem facere aſſertiue ſufficit de priuilegio derogatorio.
18 Clauſula de preſtando iuramento ſuper obſeruatione ſtatuti eccleſiæ quare ponatur.
19 Cautio idonea, & idoneus procurator quomodo accipiatur.
20 Mandatum ſpeciale reqritur ad acceptandū beneficium pro abſente.
21 Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum in animam conſtituentis ſuper obſeruantiam ſtatutorum.
22 Impetrans arctat̃ cum ad eccleſias venerit vigore dicte cl̃e corporaliter ꝑſtare iur̃m de obſeruādis ſtatutis licet ēt p ꝓcuratorē iuratū fuerit.
23 Clauſula volumus autem ꝙ quamprimum poſſeſſorium beneficij fueris aſſecutus, quare in literis ponatur infra nu. 25.
24 Clauſula iſta, volumus autem. quid vltra ius cōmune operetur.
26 Clauſula nulli ergo hominum liceat &c. quare apponatur, & quid ſit effectus, & infra nu. 28.
27 Inhibitio, ea quæ de iure fiunt, non impedit.



1 POST HEC † In lr̃is dicit̃, aut ſi aliqui apoſtolica, vel quauis alia
auctoritate in. d. eccleſia in canonicos ſint recepti, vel vt recipiātur inſi
ſtant, aut al̃s ſimilia bn̄ficia expectent &c. Iſta clauſula ponitur ad tollē-
dum diſpōnem. c. mandatū. de reſcrip. vbi dr̃ ꝙ ceſſantibus clauſulis in
dubio Papa non intēdit grauare eandem eccleſiā, ſeu eundē collatorem
ſup prouiſione duoꝝ, immo a principio papa non ſcribebat pro aliquo
bn̄ficiando, vt dicit ibi Panor. & dixi ego in principio iſtius operis, vn-
de in volu. decreti non reperitur hmōi gratias vnꝗ̃ fuiſſe cōceſſas, cum
tendant in graue ꝑiudicium ordinariorū arg. c. ecce. xc. di. & in. c. pue-
nit. xj. q. j. poſtmodum incepit eas cōcedere cum moderamine tn̄ vt in
c. cōſtitutus. &. c. ex inſinuatione. de reſcrip. & ideo qn̄ ſcribebat pro ſe
cundo apponebat illā cl̃am, ſi pro alio non ſcripſimus, quia vt dixi non
intendebat grauare eandem eccleſiā pluribus, prout in ſimili dr̃ in. l. ti-
2 tia §. qui inuita. ff. de le. ij. non eſſe veriſimile ꝙ pater voluerit grauare
filium duplici onere. † Hodie ſummi Pont. non habent hunc reſpectū,
immo indifferēter ꝗ̃ pluribus concedunt literas expectatiuas ad eundē
collatorem, & ad tollendum antiquū ſtilum, & cōſuetudinem curie de
non grauando eundem pluribus apponunt in literis hanc clauſulā, aut
ſi aliqui &c. & eſt notandum, quia cum miſterio dicūtur illa verba ſint
recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ad tollendas glo. opi. Hoſti. & doc.
in. d. c. mandatum. diſtinguentiū vtrum tempore ſecundaꝝ literarum
prima gratia pendeat, vel iam ſit executioni mādata, vt primo caſu non
valeant ſecūde litere, niſi ſit appoſita predicta clauſula, per quā cōſtet
quod Papa velit grauare eccleſiam in pluribus, ſecundo caſu minime,
arg. l. ij. in fi. iuncta. l. non tantum. in prin. ff. de excu. tut. nam in. l. ij.
dicitur ꝙ hn̄s tres tutellas non debet onerari quarta, ſubditur in. l. non
3 tantum hoc eſſe veꝝ, ſi prime tres pendēt, ſecus ſi ſunt finite, † & ſic pro-
batur ibi ꝙ onus iam finitū nō habetur amplius pro onere, ergo idem
in propoſito, finita prima gratia & executa, non pōt allegari pro onere
contra ſecundum impetrantē. Que diſtinctio eſt ſatis iuridica, licet aliq
eam impugnent, & propterea ad omnem dubitationē tollendā apponū
tur predicta verba, que cōprehēdūt, & gratiam finitam, ſiue executam,
& adhuc pendētem, quod clarius declarat̃ circa finē literarū, dum dicit̃.
4 ℭ † Seu ſi hodie pro alio, vel alijs ſuper equali, vel equalibus gratia ſeu
gratijs in dicta eccleſia necnon de ſimili beneficio literas duxerimus cō-
cedendas. Nos. n. tam illas ꝗ̃ preſentes effectum ſortiri volumus qua-
cunq; conſtitutione apoſtolica cōtraria non obſtante &c. per que ver-
ba manifeſte apparet de intentione, & voluntate Pape volentis & intē-
dentis grauare eandem eccleſiā & eundem collatorem ſuper prouiſiōe
plurium, & ideo bene dicit Panor. in. d. c. mandatum. ꝙ hodie poſſunt
ordinarij multum conqueri cum ex reſeruationibus ſummi Pont. & ex
literis expectatiuis ius conferendi ſit quaſi abdicatum ab ipſis ordina-

riſs. Sed certe ſi bene conſidereť hec materia non hñt de quo cõquerat-
5 tur. † quia papa concedendo reſeruationes & gr̄as expectatiuas vtitur
iure ſuo cum ſit ordinarius ordinariorū. c. cuncta per mūdum. ix. q. iij.
6 † & cum omni prelato concurrit in iuriſditione, & ptãte, vt no. Io. mo-
na. in. c. ſi eo tẽpore. de elec. lib. vj. et Bald. in. c. j. q̃ feu. da. poſ. in vſib.
feu. in prin. maxime quia reſeruauit ipſis ordinarijs quatuor menſes ad
conferendū, & multi habent alternatiuas, & ſic non excluduntur a iu-
7 re conferendi in totū, prout latius dixi in princ. operis. ¶ † Deinde ſeq-
tur alia clauſula, videlicet ſeu ſi ſup prouiſionibus ſibi faciendis &c. per
iſtam cl'am dat papa antelationẽ expectãti, vt preferatur quo ad aſſecu-
tionem bñficiorum cadentiū in ſua gratia omnibus aliis hñtibus ſimi-
les gr̄as in illa eccleſia a quocūq;, quibus omnibus p̄terquam auctorita-
te ſua ibidem in canonicos receptis, aut alia beneficia in illa eccleſia ex-
pectantibus, vult illum pro quo ſcribit anteferri dictis gratijs ſaluis ma-
nentibus quo ad aſſecutionem aliorum bñficiorum. ¶ Ex quibus ver-
bis ſuſpendit interim gratias ab alijs conceſſas, & preferuat illas quas ip-
ſemet Pontifex ibidem iam aliis expectantibus conceſſit ad quos non
extendiť clauſula anteferri quaſi eos relinquat in diſpoſitione iuris cõ-
8 munis, ſcilicet vt prior in data alteri preferatur, † & ſi ſunt pares in data
tunc p̄fertur diligẽtior in proceſſu iuxta. c. duobus. cum ibi no. p doct.
9 de reſcrip. lib. vj. † & ponit deciſ. Rote. ccccij. incip. nota ſi vnus in an-
tiquis exceptis pauperibus expectãtibus qui p̄feruntur diligentioribus
in proceſſu quo ad beneficia ſimplicia, prout latius dicã in vltima par-
te principali circa prerogatiuas, dictas autem gr̄as ab alijs conceſſas ſu-
ſpendit etiam ſi per eas ad inhibitionẽ, reſeruationem, & decretum, vel
al's quomodolibet ſit pceſſum, per iſta verba vltima credo ꝙ ĩcludatur
etiam acceptatio citra tamen prouiſionẽ ſubſequutam, & ſit ſenſus, vt
iſte expectans, pro quo ſic ſcribitur, p̄feratur alijs habẽtibus gratias ibi-
dem ſedis apoſtolice vel legatorū, etiam ſi illi prius acceptaſſent q̃; iſte,
dūmodo prouiſio non ſit ſubſequuta, quod ſic pbatur, nam per ſolam
acceptationẽ queritur tm̄modo ius ad rem vt probatur in. c. quodã. de
10 preb. lib. vj. cõſtat autem † ꝙ p clauſulam anteferri poſterior prefertur
priori habenti ſolū ius ad rem, vt ibi ponit vna deciſ. in antiquioribus,
quæ incip. vnus innocen. de quo latius dixi ſupra in prima parte circa
11 primam formã mandati de prouidẽdo. ¶ † Subſequẽter in literis diciť,
ſeu ſi epiſcopis archidiaconis &c. a dicta ſit ſede ĩdultum ꝙ ad receptio-
12 nem &c. minime teneantur, & ad id cõpelli non poſſint, † per iſta ver-
ba apparet ꝙ nunq̃; ligantur manus papæ p quecunq; indulta, & priui-
legia ſua, vel ſuorum p̄deceſſoꝝ, vt probatur in. c. dudum. &. c. quãuis.
ij. de preb. lib. vj. quia nemo põt ſibi legem imponere a qua non liceat
recedere. l. pe. ff. de pac. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. &
ideo quecunq;, & qualiacunq; verba dicat ſummus Ponti. in ſuis priui-



leg. vel conſtitutionibus, aut quamcunq; ptãtem dat alicui, nihilomi-
nus maiorem retinet penes ſe ad totum illud caſſandum vel limitandū,
& idem vt dixi, quo ad priuilegia, & conſtitutiones ſuorum p̄deceſſoꝝ
qui non pñt ſucceſſoribus legẽ imponere pari poſt ſe, immo eadẽ ptãte
13 functuris, † cum par in parẽ non habeat imperiū, vt dicit text. formalis
in. c. innotuit. de elec. facit. l. ille a quo. §. tẽpeſtiuum. ff. ad treb. & bo.
14 text. in. c. fi. in vltimis verbis. de reſcrip. lib. vj. ¶ † Derogat ergo p iſta
verba omnibus priuilegiis & indultis in contrariū facientibus, etiam ſi
eſſent talia de quibus ac toto eorum more plenam, & expreſſam, ac de
verbo ad verbum oporteret facere mentionẽ, & qualibet alia dicte ſe-
dis apoſtolice indulgentia non obſtãte, de qua eiuſq; toto tenore habẽ-
da ſit in literis mentio ſpãlis, iſta verba apponuntur ad tollendam ſurre-
ptionem, & defectū intentionis pape, vt probatur in. c. cum ordinẽ. de
reſcrip. vbi p reſcriptum non tollitur priuilegiū ciſterciẽſium niſi in re-
ſcripto fiat mentio de illo ordine, & ſic requiriť mentio ſingularis, put
apparet ex verbis p̄miſſis dum in principio huius clauſule dicitur, ſeu ſi
ep̄is archidiaconis archipresbytero p̄poſito capitulo, & pſonis p̄fatis,
vel q̄buſuis aliis ſit indultum quod ad receptionem &c. p que verba, vt
dixi fit ſpecialis, & ſingularis mentio al's non ſufficerent verba ſequẽtia
15 quantūcunq; ſint generalia, & p̄gnantia, † iuxta doctri. Inn. in. c. ſigni-
ficantibus. de offi. deleg. vbi no. dicit, ꝙ reſcriptum impetratum cõtra
miſerabilem pſonam non v;, niſi expreſſe de miſeria ipſius faciat men-
tionem, per hoc ẽt facit quod no. Cy. in. l. vna. C. qñ impe. inter pup.
& vid. vbi dicit ꝙ ſi monialibus aliq̄bus conceſſum eſt priuilegium ꝙ
non teneãtur ad collectas non tenentur ad pcurationes Cardinalium,
etiam ſi habeant priuilegiū, ꝙ poſſint imponere collectas non obſtãte
aliquo priuilegio q̃;uis in p̄uilegio Card. dicatur ꝙ Papa intẽdit dero-
gare cuicunq; priuilegio in contrariū facienti q̃; q̃; de ipſo deberet fieri
16 mentio ſpecialis † talis enim mentio non ſufficit, quia debet fieri mẽtio
ſpãlis, qđ dictum procedit ſm̄ Card. cõſi. cxxxvj. incip. factum ſic ſe ha-
bet in. v. col. qñ in priuilegio monialium eſſet clauſula ꝙ non teneanť
ad pcurationes, niſi fiat de ipſarum ordine mentio ſpãlis, & ſubijcit ibi-
dem exẽplum magis clarum ex mente Guil. de monte laud. in cle. du-
dum. ver. nos etenim. de ſepul. vbi dicit ꝙ per literas impetratas a papa
ſuper beneficio non derogať priuilegio cluniacenſium per quod eis cõ-
ceditur, quod non teneantur recipere impetrãtes apoſtolicos, niſi de or-
dine cluniacenſi, vel de eorum indulto in literis fiat mentio, & hoc etiã
ſi in literis impetratis ſit clauſula non obſtan. &c. ſiue qualibet alia di-
cte ſedis indulgentia cuiuſcunque tenoris, etiam de qua oporteat fieri
mẽtio ſpecialis. Ratio omniū premiſſorum eſt quia ſi ſecus diceret pri-
uilegium primum eſſet nullius roboris ꝙ nõ eſt dicendū, adducit que-
17 dam alia Card. in. d. conſi. vt per eum. † Credo tamen ꝙ ſtãtibus talib⁹

priuilegijs ſufficit de ipſis facere mentionem ſpecificam & ſingularem
aſſertiue licet non fiat diſpoſitiue argu. c. j. cum ibi nota. de cõſtitutio.
18 lib. vj. ¶ † Sequitur in literis alia clauſula, videlicet ſeu ſi preſens nõ fue
rit ad p̄ſtandum de obſeruandis ſtatutis et conſuetudinibus eccleſie, ſeu
eccleſiarũ predictarũ ſolita iuramenta &c. per iſta verba datur intelligi,
quod iſte actus hoc eſt p̄ſtare iuramentũ ſup obſeruantia ſtatutorum re
quirit mandatũ ſpeciale, prout apertius ꝓbant verba que ſequũtur, ſci
licet dũmodo in abſentia tua per ꝓcuratorem idoneum. i. habentem ad
hoc ſpãle mandatum prout ego intelligo, arg. l. ſi mandato § vltimo. ff.
mand. & in. c. ex parte iuncta glo. in ver. ſufficiens. de ver. ſig. iuncta. l.
19 ſancimus. C. eo. tit. † in quibus iuribus habetur ꝙ nomine cautionis re
gulariter ſola promiſſio intelligitur ſed cum adiicitur idonea intelligi
mus fideiuſſores vel pignora. ¶ Pari modo intelligo procuratorẽ ido
neum in hoc caſu h̄ eſt habentẽ ſpeciale mãdatum, ſicut & alias dicitur,
20 † quod ad acceptandũ beneficium pro abſente reqritur ſpeciale manda
tum, iuxta glo. tritam in cle. vnica. in ver. abſenti de conceſ. prebẽ. nec
ſufficit procurator generalis aut etiam cõiuncta pſona, vt ponunt doct.
in. c. accedẽs. de preb. & Ro. deci. cccxxiij. notat Paulus. in antiquis fa
21 cit tex. in. c. fi. de iur. cal. ¶ † Debet ergo habere talis procurator ſpecia
le mandatum iurãdi corporaliter in animã conſtituẽtis ſup obſeruatio
ne &c. arg. tex. optimi in. c. procurator. de elec. lib. vj. ¶ Sed ad hoc eſt
22 aduertendũ, † quia ex forma literaꝝ arctatur impetrans cum ad eccleſiã
ſeu eccleſias ipſas acceſſerit corporaliter p̄ſtare hmõi iuramentũ de ob
ſeruandis ſtatutis, & conſuetudinibus non obſtante quod in abſentia p
idoneum procuratorẽ illud p̄ſtiterit vt probãtur illa verba que in literis
dicuntur dũmodo in abſentia tua per procuratorẽ idoneum, & cum ad
eccleſias ipſas acceſſeris corporaliter illa p̄ſtes. & ſic requiritur vtrunq̃
vt denotat natura copule. l. ſi heredi plures. ff. de cõdi. inſti. cum aliis iu
ribus tritis & vulgaribus ad hoc. ¶ Penultimo in hmõi gratijs expecta
23 tiuis conſueuit apponi hec clauſula. † volumus aũt ꝙ q̃primum alicuiꝰ
dignitatis pſonatus aut cum cura adminiſtrationis vel officij ſeu curati
beneficij vigore p̄ſentium poſſeſſionem pacifice fueris aſſecutus eedem
p̄ſentes litere & proceſſus habiti p eaſdem & inde ſecuta quecunq̃ quo
ad reliquũ illi incõpatibile ſint caſſa, & irrita nulliuſq̃ roboris vel mo
menti. ¶ Pro cuius declaratione ſciendũ eſt, quod iſta clauſula ponitur
ſolum & dũtaxat, quando in duabus collationibus datur dignitas pſo
natus adminiſtratio cum cura, vel officium, aut beneficium curatum, &
creatur canonicus aliter non. & hoc qa pluralitas p̄dictorum eſt incõpa
tibilis ſine diſpenſatione. c. de multa. de p̄bẽ. iuncto. c. j. de conſue. lib.
vj. item ponitur ad hunc effectum, quia licet detur gratia ad duo incõ
patibilia per hoc non cẽſetur diſpenſatum ſuper retentione vtriuſq̃. c.
24 non poteſt §. cum vero. de prebẽ. lib. vj. † immo in hoc plus diſponitur
per



per iſtam clãm q̃ per ius commune, quia adepto pacifice primo incom
patibili expirat gr̃a quo ad aſſecutionem ſecundi, ꝯñr nedum prohibet
retẽtio vtriuſq̃. prout de iure cõi, ſed etiam aſſecutio, & ideo apparet ꝙ
non ſtat ſine virtute operãdi, licet prima facie videatur ſonare idem qd
25 ius cõe, iuxta iura vulg. ¶ † Solet etiam poni hec cl̃a qñ obtinenti eccle
ſiam parochialem datur gr̃a ad aliud incõpatibile dicendo in hunc mo
dum, volumus autem ꝙ q̃primũ vigore p̄ñtium dignitatem, perſona
tum, aut officium, vel bñficium curatum fueris pacifice aſſecutus, dictã
parochialem eccleſiam, quam vt prefertur, obtines, & quẽ ex nunc va
care decernimus, oĩno dimittere tenearis, iſta verba bene cõcordant cũ
diſpoſitiõe iuris cõis, maxime cum conſtõne execrabilis Io. xxij. & ex
primuntur ad maiorem declarationem, & iõ illa verba quã ex nũc va
care decernimus debent intelligi. ſ. poſt pacificam aſſecutionẽ ſecundi,
non aũt ꝙ vacet ſtatim de p̄ñti, ſed in euentũ pacifice aſſecutionis ſecun
26 di prout de iure. ¶ † Vltimo dr̃, nulli ergo oĩno hoĩum liceat &c. com
minatur p hãc clãm Papa oĩbus qui auſi fuerint ꝯdicere literis ſuis ſine
iuſta, & rõnabili cã, vt probãt illa verba que ſequuntur, videlicet infrin
gere, & ei auſu temerario ꝯire. Ex quo patet, ꝙ ſi qs ꝯdiceret, & ſe oppo
neret de iure & non de facto, talis non cõprehenderet ſub iſta cl̃a, iuxta
no. per doc. in. c. in preſentia in. iiij. no. de ꝓba. cum alijs que latius de
duxi ſupra declarando clãm ꝯdictores cõpeſcendo, bñ facit ꝙ elegãter
ſcribit Old. cõſi. cxxxvj. incip. ꝙ ex productis. in fi. col. vbi dicit ꝙ inhi
bitio non impedit ea que ſunt iuris, † ſed ea que ſunt facti, id eſt ꝓhibet
27 ſolum ea que de facto fiunt, nõ aũt que iuris ſunt, & de iure fiunt, alle. l.
28 fi. ff. qd qſ. iu. & quod not. Inno. in. c. veniens. de preſcri. ¶ † Effectus
aũt huius cõminationis ſubijcitur per illa verba que ſequuntur, videli
cet ſi quis ãt hoc attẽptare p̄ſumpſerit indignationem oĩpotẽtis Dei ac
beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, iſta
cl̃a importat quatenus verbum ip̄m ſonat quia Deus et eiꝰ apoſtoli in
dignati ex hoc non exhibebunt ſe gratioſos, vt dicit Bart. in extrauag.
qui ſint rebelles in verſi. indignationem noſtrã. ¶ Ex quo ſequit ꝙ ꝯdi
cens & ſe opponens ſine iuſta cã literis & mandato Pape peccat. morta
liter, prout innuunt predicta verba, quia ſi Deus illi indignatur, & ira
ſcit, ergo peccat mortaliter, iuxta illud Pſalmiſte iniquos odio habui,
facit. c. odio. lxxxvj. di. & ad principale dictũ bonus tex. in. c. ij. de ma.
& obe. ibi dum in libro Regum legitur, qui non obedierit principi, &
gl. exponit ideſt Pape morte moriatur ideſt mortaliter peccat, nã debet
ei reuerẽter parere, vt dicit tex. in. c. ſi qñ. de reſcrip. Bal. tñ in. c. j § por
ro. ij. col. que ſit prima cauſa benefic. amit. dicit ꝙ iſta verba in literis
Pape ſignificant priuationem beneficiorum, ſed mihi magis placet di
ctum Bar. de quo ſupra. Hec de clauſulis principalioribus gratiarum
expectatiuarum dicta ſufficiant.

X

## SVMMARIVM

1 Clauſula, que ponitur quando expectans in forma pauperum vult impe
trare aliam expectatiuam, quare apponatur.
2 Impetrans aliam gratiam nō de iure in re, ſed etiam de iure ad rem tene
tur facere mentionem.
3 Mentio ſpecialis debet fieri de prima expectatiua non alterius impetra
tione, nec generalis ſufficit.
4 Caſus in quo nō opaꝛ tātū gn͂9 quo ad oīa, ſicut ſpecies quo ad ſpeciē.
5 Pratica. c. ſi pauper clericus de preben. in. vj.
6 Clauſula nō obſtantibus cōſtitutionibus, & ordinat. apoſtolicis quan
do in literis apponatur, & infra nu. 7.
7 Beneficiorum pluralitas canonibus eſt inimica.
9 Preſtimonia an in titulum dentur.
10 Preſtimonia reſidentiam non requirunt.
11 Penſio in titulum aſſignatur.
12 Clauſula ceteriſq; contrarijs quibuſcunq; qn̄ in literis non debet poni.
13 Cl'a gn̄alis, ꝙ ſubſequaꝛ aliquibus ſpecialiter enumeratis, non eſt nouū.
14 Clauſula aut ex alterius cuiuſcunq; perſona quare ponatur.
15 Clauſula quouis alio modo omnes vacationis modos concernit.
16 Dictio alius eſt relatiua precedentium cum eadem qualitate.

SVNT ET ALIE quedam cl'e que ſm̄ diuerſitatem caſuum, &
occurrentium negociorum in literis apoſtolicis apponuntur quas cur
1 ſim prout occurrūt percurram. ¶ † Et primo qn̄ ille qui expedit literas
in forma pauperum impetrat aliam gr̄am expectatiuam ſolet in ſecun
dis literis exprimi huiuſmodi clauſula, ſeu quod beneficium eccleſiaſti
cum cum cura, vel ſine cura ad collationem &c. pertinens auctoritate
literarum noſtrarum in ea forma ſm̄ quā pro pauperibus clericis bn̄fi
ciandis dudū ſcripſimus, te aſſeris expectare, quas ꝗdem lr̄as & ꝓceſſus
habitos per eaſdem, & quecunq; inde ſequuta ex nunc caſſamus, & irri
tamus. Iſta clauſula neceſſario apponitur propter tex. in. c. in noſtra. de
reſcrip. vbi probatur, ꝙ habens vnam gratiam expectatiuam, ſi vult im
petrare aliam tenetur facere mentionem de prima, alias ſecunda gratia
2 cenſetur ſurreptitia. ¶ † Ex quo infertur ꝙ nedum de iure in re ſed etiā
de iure ad rem debet impetrans aliam gratiam debet inquam, & teneꝛ
facere mentionem, & ad hoc illum tex. alle. Rot. deciſ. ccccxlix. incip.
3 quidam habens in nouis. † Et eſt notandum ꝙ debet fieri mētio expreſ
ſa, & ſpecialis de prima expectatiua in impetratione alterius, & nō ſuffi
cit mentio generalis, ſecundum Panor. ibi licet aliud dixerit Compo
ſtol. qui putauit ſufficere, ſi dicaꝛ non obſtante ꝙ pro eo in alia eccleſia
ſcripſimus, debet ergo mētio eſſe expreſſa, & ſpecialis ſub ea forma quā



premiſi, referendo verba clauſule, vt ſupra † & ſic eſt caſus in quo non
4 operatur tm̄ genus quo ad omnia ſicut ſpecies quo ad ſpeciem, nam li
cet ſub genere comprehendantur omnes ſpecies generis, vt no. in. l. iu
ris gentium. §. ſed ſi fundando. ff. de pac. tamen vbi requiritur notabilis
expreſſio ſpeciei, non ſufficit facere mentionem per genus, & rō eſt, qa
expreſſio ꝑ ſpeciem poſſet retardare principem a conceſſione qđ eſt no
tam. ¶ Si vero expectans vt ſupra impetraret beneficium vacans, tunc
ponitur clauſula ꝙ litere ſuper gratia expectatiua cōceſſe ſint caſſe poſt
ꝗ fuerit aſſecutus beneficium &c. † hec clauſula poniꝛ propter tex. in.
5 c. ſi pauper clericus. de prebē. lib. vj. ideo autem hoc exprimitur, quod
litere ſint caſſe, quia poſtꝗ expectans in forma pauperum aſſecutus eſt
beneficium, ceſſat iam cauſa primarum literarum, vt dicit ibi tex. nec di
ſtinguitur iſto caſu vtrum beneficium habitum nunc per expectantem
ſit compatibile, vel incompatibile cum illo, quod expectat, prout alias
diſtinguitur in clem. gratie. de reſcrip. quia vtroq; caſu militat ratio di
6 cti cap. ſi pauper ſuperius relata. ¶ † Secundo ſciendum eſt, ꝙ clauſula
non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis tunc
demum apponitur in literis, quando datur expectatiua ad duo, vel plu
7 ra beneficia, † quia pluralitas beneficiorum eſt canonibus inimica. c.
quia in tantum. de prebend. & in. c. ſanctorum. lxx. di. Secus quando
ad vnum beneficium tantum, quia tunc nihil obſtat arg. c. cū ſecundū.
de prebend. niſi ille cui expectatiua conceditur intituletur de alio bene
8 ficio. ¶ † Item non ponitur quando impetrans obtinet ſolūmodo pre
ſtimonia & preſtimoniales portiones quia in iſtis ſecundum conſuetu
dinem multitudo non eſt canonibus inimica. & ideo non eſt eis eadem
ratio, que in beneficijs prout formaliter dicit Old. in ſimili propoſito.
9 conſi. clx. incipien. in eccleſia calaguritana. ad finem. † Quod ego in
telligo verum tenendo illam opinionem, quod preſtimonia non aſſi
gnentur in titulum nec dentur pro titulo beneficij, prout notant doct.
in. c. fi. de cleri. non reſid. & in clem. gratie. de reſcrip. ſed tenendo aliā
opinionem quod dentur in titulū prout tenuit dominus Anto. in cle.
fi. de offi. ordi. tunc neceſſario eſſet dicta clauſula apponenda. poſſet ta
10 men probabiliter dici illam non eſſe neceſſariā † ex quo preſtimonia
de iure vel conſuetudine non requirunt reſidentiam, nec aliquod ſerui
tium eccleſiaſticum vel ſpūale prout late deduxi in ſecunda parte ꝑnci
pali. ¶ Idem poſſet dici de obtinente annuā penſionem ſuꝑ bn̄ficijs ec
11 cleſiaſticis † licet illa qnq; aſſigneꝛ in titulum, vt vult gl. in cle. fi. in ver.
quodcunq;. de vita et hon. cle. in ꝯrium tn̄ facit tex. cum ibi no. in. c. ad
audientiam. de reſcrip. & quod notat Io. an. in. c. poſtulaſti. eo. titu. &
domi. in. c. ſi pauper. de preb. lib. vj. ideo circa hoc & etiā quo ad preſti
monia me remitto ad ſtilum & praticam. ¶ Tertio notandum eſt quod
12 cl'a. † Ceteriſq; cōtrarijs quibuſcunq; non poniꝛ in literis, qn̄ debet ſub

necti aliud contrariũ, ſed dr̃ ſtatutis & cõſuetudinibus ꝯrijs qbuſcunq;
aut ſi aliqui, &c. vt ſuperius latius deduxi. Eſt. n. cl'a gñalis que ſolet ſeq
13 ſpãliter enumerata. † non. n. eſt nouum vt aliquibus ſpãliter enumera-
tis gñalis cl'a ſubſequat', que oĩa cõprehendat. l. ſi ſeruus ſeruũ §. inquit
lex. in fine. ff. ad leg. aql. c. qm̃ ꝯ falſam. de ꝓba. & in. c. qui ad agendũ.
de ꝓcur. li. vj. & ideo notarij in fine orationis ſolẽt dicere &c. vt notat'
in. l. gallus §. qdã recte. ff. de lib. & poſth. ¶ Quo vero ad alias cl'as, que
apponunt' in mandatis de ꝓuidendo & in nouis ꝓuiſionibus dixi latius
in prima parte principali huius operis, dũ deſcripſi formas hmõi mãda-
14 toꝝ † excepta clauſula aut ex alterius cuiuſcunq; perſona que iõ ponit',
quia alias ſi bñficiũ vacaret per obitũ alterius ꝑſone, vel alias quõcũq;,
non deberet' taliter impetranti, nã mors eſt modus vacationis, & mors
vnius non eſt mors alterius, vt notant in. c. ſuſceptum. de reſcrip. li. vj.
15 † quod procedit etiam ſi eſſet appoſita clauſula, vel alio quouis modo
quia illa concernit omnes modos vacationis ex perſona illius de quo
16 eſt facta mentio in literis ſed non alterius. † quia verbum alius eſt rela-
tiuum precedentium cum eadem qualitate vt in. c. ſedes. de reſcrip. &
notat' in. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugiti. quare ſolet in ſupplicatione addi,
vel cuiuſuis alterius, vt ponit vna additio in nouiſ. deciſ. xxvij. & iſta
de clauſulis principalioribus dicta ſufficiant.

## SVMMARIVM

1 Litere ad beneficia quibus modis expirẽt, & infra nu. 10. 11. & 15. & nu. 27. & nu. 37. & 40. & 41.
2 Mandatum mortuo mandante expirat.
3 Ampliatio ad tex. in. c. ſi cui. de preben. in. vj.
4 Res non dicitur amplius integra ob fulminationem proceſſus, quã fecit executor preſentata ſibi bulla expectatiua.
5 Executor non poteſt fulminare proceſſum ante bullas preſentatas.
6 Executori non ſufficit oſtendere bullam in plumbo exiſtentem.
7 Pape gratia dicitur perfecta per ſolam ſignaturam, & ſolo eius verbo ſine aliqua literarum expeditione, & infra nu. ſeq.
9 Conſtitutio Pape per teſtes probari poteſt.
11 Gratia pauperum non expirat per aſſecutionem qualiſcunq; beneficij, niſi de eo competenter viuere poſſit.
13 Negligens quando quis dicatur.
14 Executor ſecundi poteſt monere primum, vt infra certum tẽpus faciat ſibi prouidere, quo elapſo ſecundus prouidere poterit.
Limita dupliciter vt ibi.
15 Cle. gratie de reſcrip. quomodo procedat.
16 A priuatione ad habitum non datur regreſſus.



17 Per electionẽ vnius ex beneficijs mihi competentibus etiam re integra penitere non poſſum.
18 Litigans ſuper curato, ſi recipit ſm ſimile, eo ipſo liti renunciare videt'.
19 Clem. gratie de reſcrip. limitatur.
20 Gratia conſumitur per acceptationem nullam ſcienter factam.
21 Gratia non preſumitur in actu, quem quis prouidere debuit.
22 Gratia an ſit conſumpta ob probabilem errorem.
23 Beneficium habens aliud acceptat putans illud ſibi debitum, quando poſſit ad primum redire.
24 Ius ad rem facilius perditur, q̃ ius in re.
25 Clemen. gratie de reſcrip. in tribus caſibus locum non habet.
26 Proteſtatio gratiam preſeruat.
28 Executoris poteſtas durat, donec durat poteſtas collatoris.
29 Executor cur poteſt conferre deuolutum ad papã, ſed nõ ad inferiorẽ.
30 Clemen. ſi de bñficio de p̃bẽ. multipliciter limitat', & infra nu. 32. 34. 36.
31 Executor ad prouidendum poteſt prouidere etiam poſt ſex menſes, cũ nullum tempus ſit ei prefixum.
32 Affectio beneficij tolli non poteſt in preiudicium impetrantis.
35 Deuolutio an per ſolam acceptationem impediatur.
38 Executoris proceſſus ſuper narratis an in iudicio fidem faciat.
39 Fides magna ei adhibetur, cui committitur aliquod negocium extra iudicium expediendum, quando ſuper illo negocio refert.
40 Gratia per ſolam acceptationem conſumitur.

DICENDVM EST Modo de quinta parte principali, videli-
1 cet de durabilitate literarum apoſtolicarum, † hoc eſt quibus modis ex-
pirent litere ad beneficia circa quod primo occurrit tex. in. c. ſi cui. in
vlti. rñ. de prebẽ. lib. vj. iunctis no. in. c. ſi ſuper gratia. de offi. dele. eo.
lib. in quibus habet', ꝙ ſi Papa mandat prouideri alicui de beneficio,
expirat mandatum, ſi mandans re integra moriatur, per que iura dicit
Egid. conclu. ccccxliij. incip. concluſ. ꝙ mandatum factum per legatũ
de prouidendo certe perſone de certo beneficio tunc vacantem expirat
ipſo iure legato moriente añ mandati executionem, quia añ prouiſio-
2 nem dr̃ res integra, † ideo mortuo mandante expirat mandatũ §. recte.
inſti. mandati. & iſta concluſio Egid. eſt notãda pro ampliatione. d. c.
3 ſi cui. † quia ille tex. loquitur quando mandatur prouideri certe perſo-
ne de incerto beneficio vacaturo, quo caſu nõ eſt tm̃ dubium, cum gr̃a
non reſpicit, nec videatur afficere aliquod bñficium certum. At in ca-
ſu concluſionis Egid. cum ſcribitur de certo beneficio iam vacante, vr̃
queſitum ius ſaltem ad rem illi, pro quo ſcribitur, & tamen añ prouiſio
nem dr̃ res integra, & expirat gratia vt ſupra idem videtur tenere Rot.
deciſ. ccclxix incip. ſi Papa. in nouiſ. ¶ Et per hec infero ad intelligen-

tiam regule reuocatorie expectatiuarum, que fit in craſtinū aſſumptio-
nis moderni Pontific s, quia per illam reuocantur expectatiue, que in
aliqua ſui parte ſunt ſortite effectum, vnde a contrario ſenſu, ſi aliqua
ipſarum non eſt ſortita aliquem effectū nō cenſetur reuocata ipſo facto
per mortem concedentis, & ideo ſolent omnes indifferenter reuocari
4 qñ noue expectatiue conceduntur,† nam vt dicit domi. poſt Lap. in. d.
c. ſi cui. ꝓꝑ fulminationē proceſſus quā fecit executor ꝑſentata ſibi bul-
la expectatiua non dr̄ amplius res integra, ꝯñr talis gr̄a nō reuocat̄ ipſo
facto per obitum concedentis, niſi per ſucceſſorem expreſſe reuocetur,
vt probatur in. c. pe. et fi. de preb. lib. vj. in quibus patet ꝙ Bonifa. reuo
cauit expreſſe expectatiuas Celeſtini, per quas erat queſitum ius ad rē,
& ita facit qlibet modernus Ponti. vt ſupius dixi. ¶ Ideo autem dixi de
fulminatiōe proceſſus, quā fecit executor bulla expectatiua ſibi ꝑſenta
5 ta,† quia executor quicunqꝫ nō pōt fulminare proceſſum, nec quicquā
aliud exequi de hijs, que ſibi ad exequendum mādantur. niſi primo re
ceperit literas ſue ptātis, nam ante earum ꝑñtationem habet ptātem ha-
bitu, ſed non actu, vt probat tex. in. c. ſuper eo. in fi. de appel. & in. c. vt
debitus cum ſuo vero intellectu. eo. ti. vbi patet ꝙ impetrans primum
reſcriptum, ꝙ nondum eſt preſentatum, non pōt excipere de ipſo facto
ꝯ ſecūdum, ꝙ ē preſentatum, donec ipſum primum ꝑñtet, quia virtute
primi iudex per ipſum datus procedere non poteſt ante illius receptio-
nem, & ita per iſta iure tenet expreſſe deciſ. cccclix. incip. circa tertium
in nouiſ. vbi ſubijcit hec verba. Indubitatum eſt ꝙ executor nondum
preſentatis literis non poteſt facere proceſſus per not. Io. an. in nouella
6 in. c. duobus. in glo. mag. de reſcript. ¶ † Et ex his patet, ꝙ non ſufficit
oſtendere bullam expectatiuarum executori exiſtentem in plumbo, li-
cet illa iam ſit plumbata, prout aliqui malicioſi faciunt tamen propter
regulam modernam, que hoc vetat expreſſe, tamen etiam ex diſpoſitio
ne iuris cōis, ſecundum ꝙ vbiqꝫ ponderatur receptio literarum, vt pro-
bat tex. in. c. cum teneamur. in prin. de preben. ibi mādatum noſtrum
receperis, & in. c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. in prin. & clarius in. d. c.
7 ſuper eo. in fi. ibi literas recepiſſe. ¶ † Nec obſtat predictis, ꝙ gratia Pa-
pe dicitur perfecta de iure per ſolam ſignaturā, & ſolo eius verbo, ſine
aliqua expeditione literarum, vt probat tex. cum gl. in. c. inſtitutionis.
xxv. q. ij. & in cle. dudū. § nos. n. de ſepul. ponit Rota deciſ. dccclxxxij.
incip. nota ꝙ vbi gratia, in antiquis, quia ad hoc rñdeo ꝙ licet ſit perfe-
cta quo ad ſe in ſuo eſſe non tamen quo ad poteſtatem executoris dedu
cendam ad actum, niſi poſt confectionem, & preſentationem literarū,
argumen. l. vnice. C. de mād. princ. & in. c. nobiliſſimis. xcvij. diſtinc.
Preterea dato quod ſit perfecta in ſe, vt dixi, tamen non poteſt probari
niſi per literas maxime de ſtilo curie, vt dicit deciſio. cccxxxij. incipiē.
licet Romana curia. in nouiſſimis.



8 ¶ Et ideo dicit nota. Egidius concluſio. dcxliiij. incip. † ſi Papa ꝙ per
ſolam ſignaturam non dicitur diſpoſitum de beneficio, ſi impetrās mo-
riatur vel vxoretur ſeu religionem profiteatur literis non confectis. qa
ſola ſignatura non probat. licet in hoc aliqui teneant contrarium, vt ꝑ
Io. an. in prin. lib. vj. in nouel. & per Arch. in. c. ſi electio ſuper ver. ex
eo. de elec. eo. lib. ſed primum eſt verius, et procedit de ſtilo vt dixi. im-
mo etiam de iure ſecundum aliquos qui tenēt quod gratia Pape nō di-
citur perfecta, niſi reducatur in mundum, argu. l. contractus. C. de fide
inſtru. & hoc tenet gloſator regularum in regula. xxv. vbi allegat Bal.
hoc aperte dicentem in. c. j. in. ij. col. per quos fiat inueſti. & Old. cōſi.
ccxxvj. quod articuli dati &c. ¶ Ego tamen de iure hoc non auſim fir-
mare per primo allegat. Item cum ſint certi caſus in quibus requiritur
ſcriptura de quibus per gl. in. c. j. de cenſibus lib. vj. in alijs vr̄ permitti
9 quod fiat probatio per teſtes † & ideo dicat Rota deci. xcvj. incip. nota
quod reſeruationū in antiquis qd̕ cōſtitutio Pape poteſt probari per te
ſtes qui aſſiſtebant ei, quia ſcriptura non eſt de eſſe ſiue de ſubſtantia le-
gis ſiue conſtitutionis, vt dicit alia deci. cclvj. incip. cōſtitutio in nouiſ.
10 & hoc teneo de iure. ¶ † Secundo principaliter expirant litere ad bñfi-
cia qñ ceſſat cauſa propter quam ille fuerunt conceſſe. & ideo litere in
forma pauperū expirant ſi pauper clericus expectans ſub tali forma aſſe
quat̄ interim aliud bñficium. c. ſi pauper. de prebē. lib. vj. Papa enim ꝑ
illas literas intendit prouidere paupertati clerici nullum habentis bene
ficium, vnde ſi interim aſſequatur aliquod beneficium, iam non dr̄ pau
per, ꝯñr ceſſante cauſa mandati ceſſat mādatū, vt ibi & in. c. poſtulaſti.
de reſcrip. ¶ Et eſt notandum quod acceptando quodlibet beneficium
pauꝑ expectans renunciat ſue gr̄e ſm do. ibi qa tex. non diſtinguit qua-
le vel qꝫtū debeat eſſe bñficium qd̕ acceptat̄, ſed dicit ſimpliciter aliud
11 bñficiū. † Credo tñ ego qd̕ debeat eſſe tale bñficiū de quo poſſit viuere
competenter, quia alias non ceſſaret cā mandati, cum per beneficium
multum tenue non cenſeatur prouiſum eius paupertati. facit. c. de mo-
nachis. & quod ibi nota. de preben. & in. c. is cui. eod. titu. libr. vj.
12 ¶ † Tertio expirant hmōi litere ad beneficia quando ille cui mandatur
prouideri de prebenda prima vacante negligit petere primam ſibi debi
tam tunc extinguitur gratia per ipſius negligentiā. c. ſi clericus in prin.
13 de ꝑbē. lib. vj. † Qñ aūt dicatur eſſe negligens dicit ibi glo. qd̕ iſtud arbi
trio boni viri id eſt iudicis relinquendum eſt arg. l. cōtinuus. § cū ita. ff.
de verb. ob. non. n. ſtatim poſt mortē neceſſe habet eā petere, immo ali
quod tempus ſibi aſſignandum eſt in quo deliberet, an prebēda ſibi de-
beatur de iure vel non, idem dicunt do. de Rota. deciſ. ccccxxij. incip.
14 nota primus & ſecundus in antiquis, † aſſerentes cōiter praticari ꝙ exe-
cutor ſecundi impetrātis poteſt mouere primum, vt faciat ſibi prouide-
re prefigēdo eidem tp̄s competens, quo elapſo poterit ſecundus ꝓuide-

re,ſed iſte caſus limitandus eſt dupliciter. ¶Primo niſi in literis primi
eſſet cl'a quam duxerit acceptandam, quia tunc licet per negligentiam
omittat primam acceptare, poterit nihilominus petere ſecundam nul
li alij debitã, ſm Rot. deciſ. xxxvij. inci. no. ꝙ vbi &c. nec iſto caſu ha-
bet locum diſpoſitio. d. c. ſi clericus. idem tenet Domi. cõſi. cviij. in fi.
col. vbi vnum aliud addit, ꝙ cl'a predicta quam, vel qđ duxerit acceptã-
dum operatur, ꝙ ſi impetrans male acceptat primum, põt illo dimiſſo
aliud acceptare, ꝙ alias non poſſet. ¶ Secundo limitať qñ neglexit pete
re debitam, adhuc tñ res eſt integra, tunc põt illam adhuc vacantem pe-
tere, & acceptare, ſm gl. ibi in ver. aliã. & ſeqť Egid. cõclu. dccxxxviij.
incip. canonicus alleg. ad hoc tex. in. l. mancipiorum. ff. de opt. leg. &
in. c. ſi tibi abſenti. de preb. lib. vj. & Inn. in. c. cum in cunctis. de elec.
15 ¶ † Quarto modo expirant qñ expectans beneficium conſeqtur aliud
qđ cum illo ꝙ expectat de iure tenere non põt vt eſt caſus in cle. gr̃e. de
reſcri. ꝙ procedit ẽt, ſi tale beneficium recipit nedum in titulum, ſed ẽt
in ꝑpetuã vicariam, ſm Ro. cõſil. ccclvj. inci. Circa primũ, argumento
cle. vnice. de offi. vica. ¶ Et eſt notandum ꝙ hmõi gr̃a per talẽ modum
ſemel extincta amplius nõ reuiuiſcit, licet ille renunciet, vel ſit paratus
16 renunciare bñficio interim adepto, vt dicit ibidẽ tex. in fi. † qa de priua
tione ad habitũ non dať regreſſus. l. qui res §. aream. ff. de ſolu. ad quod
17 facit gl. not. in. c. gratia. in gl. fi. de reſcri. li. vj. † que dicit ꝙ ſi elegi vnũ
ex bñficijs mihi competentibus non poſſum penitere ẽt re integra, per
18 rl'am ꝙ ſemel placuit, li. vj. facit ẽt † ꝙ elegãter ponit Pet. de anch. cõſi.
ccxiiij. incip. Frãciſcus. vbi dicit ꝙ litigans ſuper bñficio, & acceptans
ſm, ꝙ cum primo de quo litigatur teneri nõ põt, vř eoipſo liti renũcia-
re, per. d. cle. gratie. alleg. ẽt Inno. & Compoſt. in. c. in nr̃a. de reſcrip.
19 quod eſt notandum. ¶ † Limitatur tñ iſte modus, &. d. cle. gratie, vt nõ
habeat locum in eo qui recepit ſm incompatibile credens in eo ſibi ius
competere, tñ quia tex. in. c. eum qui. de preb. lib. vj. ſuperflueret, tum
etiam, quia diſpoſitio. d. cle. gratie, loqtur in tacita renunciatione, quã
ignorans non preſumitur facere, arg. l. ſi per errorem. ff. de iur. om. iu.
& ita mirabiliter firmat Egid. conclu. cccccclxiij. incip. concluſio ꝙ cle.
gratie. &c. ſubijciens ꝙ tali caſu preſumitur ignorantia, niſi probetur
ſcientia. l. verius. ff. de proba. cum ſi. ¶ Sed de iſtis verbis, et de tota iſta
concluſione Egi. ego valde dubito, licet iſtis diebus fuerit deducta, &
alleg. in pratica coram do. de Rota, ratio que me mouet eſt, qa ille fuit
in culpa acceptando ſecundum ſine proteſtatione conſueta, videlicet ſi
& in ꝗtum, &c. alioquin &c. per gloſſ. in. c. cum in multis. de reſcrip.
in. vj. colum. cum alijs per Ro. conſil. cccxxix. incip. preſens conſulta-
20 tio, † vbi expreſſe approbat dictum illius glo. intelligendo eam in fa-
ciente acceptationem nullam ſcienter, & tunc gratia conſumatur, pro
quo facit. l. iij. iuncta. l. ſeq. que incipit ſciphi. ff. de ope. leg. vbi probať
ꝙ habens



ꝙ hñs facultatem acceptandi iure proprio, ſi ſcienter male acceptat ſuã
acceptandi facultatem intelligitur cõſumpſiſſe, ad idem facit tex. in. c.
ſi compromiſſarius cum ibi not. de elec. lib. vj. et qđ al's dr̃ malã electio
nem ſcienter facienti eam in culpam aſcribi, ꝑp quam facultate ſibi cõ-
ceſſa priuať. l. j § hec actio. ibi ſibi imputare debet. ff. ſi menſ. fal. mod.
dix. & in. l. iij. cum. l. ſeq. ff. de min. ita dicendum eſt in propoſito iſtius
dubij, quia imputare debet ſibi ꝙ acceptauit ſine proteſtatione, & non
preuidit illud qđ preuidere debuit ſcilicet ſibi nullum ius in dicto bñfi-
cio competere. l. ſi quis domũ. ff. loc. & ꝑ Ioã. an. in. c. Ioãnes. de homi.
21 † vñ in actu quem debuit preuidere non preſumitur ignorantia, nec eſt
probabilis, arg. l. cetera §. fi. ff. de leg. j. quem tex. ad hoc vltimũ formali
ter alleg. Rot. deciſ. cviij. incip. no. ꝙ vbi aliquis, in antiqs, & ſic de di-
recto contra Egid. qui dicit ꝙ hoc caſu preſumitur ignorantia, niſi pro
22 betur ſcientia, ſed eſto ꝙ hoc ſit verum, † & qđ ꝑp probabilem errorẽ
gr̃a non ſit conſumpta, qñ poſſit variando aliud acceptare per. l. ij. in fi.
ff. de opt. leg. vbi probať non conſumi facultatẽ acceptandi ob accepta-
tionẽ illegitime factam errore probabili, tñ dico ꝙ adhuc fuit in culpa,
ſi preſupponatur, quod fuit in mora nõ relaxandi poſſeſſionem ſtatim
ꝙ ſibi conſtitit ius in dcõ beneficio non hr̃e, & ſibi illud non eſſe debi-
tum, vñ per hoc cenſetur ſua gr̃a conſumpta per tex. quẽ Ro. dicit ſing.
23 in. c. ſi beneficia. de preb. lib. vj. † vbi hr̃ ꝙ hñs bñficiũ ſi aliud acceptat
putans illud ſibi debitum. Ita demum reddit ad primũ, ſi poſtꝗ certior
effectus eſt de iure ſibi non cõpetenti in ſecundo oĩno, & ſine difficulta
te aliqua illud acceptatum dimittit, ꝙ ſi difficultatem in dimittendo fe-
cerit, tunc perdit facultatem redeundi ad primũ, in quo habebit ius to-
tale, ergo multo fortius perdit quis commoditatem gr̃e expectatiue, ꝑ
quam prius & anteꝗ deducatur ad actum conſequitur quis ius ſolum-
24 modo ad rẽ, † ꝙ facilius perditur ꝗ ius in re. c. antepe. de prebẽ. lib. vj.
& in. c. fi. de conceſ. preb. eo. li. perdit inꝗ cõmoditatem gr̃e, ſi certior
effectus de non iure ſuo ĩ bñficio acceptato illud ſine difficultate nõ re-
laxat, ſed mora, & negligentia ꝓcedẽte, nec eſt neceſſe iſto caſu expecta-
re ſnĩam ſuꝑ decl'one nõ iuris ſui, immo ſtatim põt, & debet illud dimit
tere, vt poſſit aliud acceptare, vt probat multis rõnibus Roma. in prefa
to conſil. cccxxix. ꝙ eſt celeberrimum in iſta materia. Idem expreſſe te-
nent do. de Ro. deciſ. cxlij. incip. no. ꝙ vbi eſt notorium. in antiquis.
¶ Ex quibus patet ꝙ multipliciter redditur dubia prefata concluſio
25 Egid. de qua ſupra ſi ita generaliter intelligatur prout ſonat, † ideo vt
ſaluetur oportet eã reſtringere, vt intelligatur altero de tribus modis,
26 vel qñ recepit ſm incompatibile cum proteſtatione, vt ſupra † quia pro
teſtatio preſeruat gr̃am, arg. l. pro herede. ff. de acquir. here. & eoꝝ que
hñr in. c. cum. M. ferra. de conſti. vel qñ non habuit pacificã poſſeſſio.
ſecundi, nec per eum ſtetit, quominus hr̃et. c. commiſſa. de elec. lib. vj.
Y

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ... A

& in.c.licet epiſcopus.de preben.eod.lib.aut tertio caſu quando pro-
babili errore ductus credidit ſibi ius in ſecũdo competere, demum cer-
tior effectus de non iure ſuo ſtatim ſine aliqua difficultate illud relaxa-
uit, quibus caſibus prima gratia ſalua manet, vt virtute illius poſſit ac-
ceptare beneficium in ea incluſum, per.d.l.ij.ff.de opt.leg.iuncto.c.ſi
27 beneficia.& hoc modo ceſſant omnia contraria. ¶ † Quinto principa-
liter expirant quando gratia comprehendit primum vacaturum, ita ꝙ
non aliud vlterius, quo caſu ſi certa perſona grauat᷑ per reſcriptum da-
to executore, & illius ſcilicet collatoris tẽpus eſt elapſum puta ſemeſtre
ob hoc, ꝙ deuolutum ad inferiorem, certe tũc poſt deuolutionẽ execu-
28 tor ſe intromittere de illo beneficio non poteſt, † qa durat eius poteſtas
ſolum donec durat ptãs collatoris, caſus eſt iuncta glo.in cle.ſi de bene-
ficio.de prebẽ.& ratio huius diſpoſitionis eſt ſm Car.ibi, qa aut execu-
tor vult conferre tanq̃ ſpectans ad collationem primi, & non poteſt, cũ
amplius ad illius collationẽ nõ ſpectat ea vice tanq̃ ad alium deuolutũ.
c.ij.de conceſ.preben.aut vult conferre tanq̃ ſpectans ad collationem
eius, ad quem facta fuit deuolutio, & ſimiliter nõ poteſt, quia de illo nõ
recepit mandatum, nec debet grauari nõ expreſſus in reſcripto.c.cum
in illis.in fi.de prebẽ.lib.vj.Item ꝑ hoc preiudicaretur iuri queſito ter-
29 tio, quod ſibi auferri non debet, regula indultum.cum vulga.† Hec di-
cunt procedere, niſi per tot negligentias collatio ſteterit in ſuſpenſo ꝙ
ad Papam ſit deuoluta, tunc enim executor conferre illud poteſt per il-
lam cle.in fi.& ratio eſt quia hoc vltimo caſu ceſſat cauſa grauaminis &
preiudicium tertij, cũ Papa non poſſit dici grauari a ſeipſo, & reſcriptũ
late ſit interpretandum in preiudicium concedentis.c.cum dilecti.de
dona, nimirum ſi poteſt conferre deuolutum ad Papam, licet non reſer-
uatum ſpecialiter aut generaliter prout de hoc vltimo atteſtãtur dñi de
Rot.deci.ccccLxxxix.incipi.nuncius apoſtolicus in nouiſ.& alia deci.
30 cccj.in antiquis. ¶ † Sed iſte caſus eſt multipliciter limitandus, primo
vt non procedat in executore dato ad prouidendum, quia tunc per ſolã
preſentationem literarum factam ordinario effectum eſt beneficiũ, ita
vt amplius non curatur diligentia vel negligentia illius in conferendo
qa ſi poſt terminum ſtatutũ ab executore ordinarius ſit negligens, non
cauſatur deuolutio ad inferiorẽ, ſed executor poterit prouidere, eo am-
plius non vocato, caſus eſt in.c.ſi capitu.de cõceſ.prebẽ.lib.vj.nec iſto
caſu habet locũ qđ dicit Car.in.d.cle.ſi de beneficio, ꝙ durat poteſtas
31 executoris ſolũ donec durat ptãs collatoris, ꝑut ſupra retuli. † qa immo
executor ad prouidendum põt prouidere ẽt poſt ſex mẽſes, cum nullũ
tp̃s ſit ſibi prefixum ad prouidendum, tenet Pau.in cle.vnica §.ſecus de
conceſ.preben.licet ꝯrium innuat ibi glo.in ver.infra mẽſem ſic intel-
lecta per Car.ibi & clarius in cõſ.Lxj.tñ primum eſt verius, qa executor
ſuccedit in locum pape, cui non eſt ſtatutus terminus nec currunt tẽpo-



ra.& ita ꝑ iſtam rõnem tenet Cal.conſi.xxxij.incipi.an ſicut.in titu.de
preb.licet eius rõ poſſet cauillari per.c.ſtatutum de prebẽ.lib.vj.ſed de
hoc alias in ſupioribus latius dixi ad qđ circa iſtud me remitto, non pro
cedit ergo diſpoſitio.d.clemẽ.ſi de beneficio in huiuſmodi executore
ad prouidendum qđ vr̃ ſatis iuri conſonũ ꝑ ſupra dicta licet gl.& doc.
ibi gñaliter loquantur intelligẽtes illum tex.in quolibet executore in-
32 diſtincte de quo ſatis miror, ſubmitto me tñ rõni & veritati. ¶ † Secun-
do limitatur vt procedat in executore ad cõpellendũ quia per pñtatio-
nem hmõi mandati non afficitur bñficium conſequenter, ſi ordinarius
eſt negligens per ſex mẽſes cauſatur deuolutio ad inferiorem, & habet
locum.d.cle.ſi de bñficio.niſi in lr̃is eſſet decretũ irritans, aut executor
ordinario inſinuaſſet & interdixiſſet, qbus caſibus cum ſit affectũ bñfi-
cium, adeo ꝙ alteri facta de eo collatio non tenet, vt probat᷑ in.c.ſi ſoli.
de conceſ.preb.lib.vj.certe nec poterit cauſati deuolutio ad inferiorẽ.
33 † nam affectio beneficij que predictis caſibus inducitur tolli non põt in
preiudicium impetrantis per negligentiam ordinarij ſicut non tollitur
per contrarium factum.ideſt per collationem quam facit alteri vt ibi et
in.c.tibi qui.de reſcrip.eo.lib.immo nec tollitur eadẽ affectio ꝑ negli-
gentiam executoris ſm Lap.in.c.ij.de conceſ.prebend.niſi concurrat
negligentia impetrantis, quia tunc illa corrodit gratiam ſuam, vt pro-
34 batur in.d.c.tibi qui.in fi.& in.c.ſi clericus.j.rñſo.de preben. ¶ † Ex
quo elicio tertiam limitationem qñ ſcilicet impetrans ante deuolutio-
nem acceptaſſet illud beneficium, qa tunc cum dici negligẽs non poſſit
impedietur deuolutio, ex quo per acceptationem eſt iam ſibi in benefi-
35 cio queſitum ius ad rem.c.pen.de preb.lib.vj.cum ſi. † hoc tamen non
pono pro cõſtanti, quod per ſolam acceptationem impediatur deuolu-
tio, cum per illam non cẽſeatur affectum beneficium, quin teneat alteri
facta collatio.c.dilectus.de preben.niſi concurrat alterum eorum, que
ſupra dixi, & que hñr in.c.tibi qui.&.c.ſi ſoli.& iſtud optime probant
36 illa iura, ſi bene ponderentur. ¶ † Quarto limitatur, vt non procedat
quando in literis eſſet clauſula ꝙ duxerit acceptandum, quia tunc licet
non debeatur primum vacans deuolutum per negligentiam ad aliud
tamen acceptandum gratia ſalua manet per illud quod dicunt doc.de
Rot.deciſ.xxxvij.incip.nota ꝙ vbi ſunt duo in antiquis ita limitãtes.
37 c.ſi clericus, de preben.lib.vj.& Domi.conſi.cviij.in fi.col. ¶ † Sexto
principaliter conſumitur gratia & expirant litere, quando mandatum
de prouidendo eſt conditionale, & non exiſtit, ſed deficit conditio re-
quiſita a Papa quia tunc non põt effectualiter prouideri impetranti, ex
quo non verificat᷑ conditio, de qua in literis, puta prouideas tali, ſi nul-
lum poſſidet beneficium, vel ſi acceſſerit conſenſus capituli, ſeu quid
aliud extrinſecus verificandum, arg.l.cedere diem.ff.de ver.ſig.&.c.ſi
pro te.de reſcrip.li.vj.& ita expreſſe firmat Pã.in.c.j.in fi.col.de re iu-

di. vbi ad hoc adducit, ꝙ in ſimili no. Barto. in. l. is cui. ff. de ver. ob.
in illa queſtione, ſi iudex dedit tutorem adulto tanꝗ minori, & non te-
neat datio, ex quo in veritate nō erat minor, per. l. ſeie egreſſe. ff. de tut.
& cur. da. ab hijs. vbi hoc clare probatur, ſecus ſi dedit alicui curatorē
vt prodigo, qui non erat prodigus, quia tunc tenet datio, licet in verita
te non ſit prodigus, vt no. gl. in. l. j. C. de cur. fu. aſſignat rationē diuer-
ſitatis, vt ibi per eum, quam Abb. Panor. in. d. c. j. reducit ad propoſitū
huius materie, limitando vt concluſio de qua ſupra non habeat locum
qn̄ conditio de qua in literis eſſet verificanda facto. i. cognitione ipſius
iudicis, vt puta ſi repererit eum vite laudabilis &c. quia tunc tenet pro-
uiſio licet conditio in veritate non exiſtat, cum enim iſta veniant veri-
ficanda per iudicis cognitionem, preſumptio eſt ꝙ inſint ex quo iudex
ſic declarauit. ar. text. in §. quod ſemel. inſti. qui man. non pn̄t, vbi dici-
tur ſatis eſſe ꝙ ſemel fuit cauſa approbata, ſiue ſit vera, ſiue non, bene ta
men fatetur Panor. ꝙ ſuperior poſtmodum ex officio procedens pote-
rit prouiſionem caſſare, ſi non reperierit requiſita, arg. c. paſtoralis. de
appel. & quod no. gloſſ. in cle. vnica. de offi. deleg. & idem voluit ipſe
Panor. in. c. fi. de preſump. vbi plene per eum. ¶ Sed hoc vltimum ego
limito per vnam concluſionem Egid. in terminis ſub nu. dcxviij. inci.
38 ſi executor, † vbi dicit ꝙ licet proceſſus executoris ſuper narratis in gra-
tia parte abſente non facit fidem in iudicio in quo agitur de non exiſtē-
tia narratorum, tamen hoc verum eſſe dicit, niſi forma mandati habe-
ret, ꝙ de repertis in inquiſitione fidem faceret executor ſub ꝓprio eius
ſigillo, quia tunc crederet̃ ꝓceſſui, et huiuſmodi ſigillo ꝓpter formam
mandati prout atteſtatur Specu. in ti. de remiſ. § vtile. in fi. quaſi volue-
rit tunc Papa ꝙ eius aſſertioni & proceſſui plene ſtetur, argu. l. theopō
39 pus. cum ibi no. per Bar. ff. de do. preleg. † maxime cum & alias magna
fides adhibeatur ei, cui committitur aliquod negocium extra iudiciū
expediendum quando ſuper illo negocio refert, vt no. Inno. in. c. j. in
fi. pen. glo. de fi. inſtru. Ioā. an. & Mod. in. c. poſt ceſſionem. de proba.
& ibi late dixi legendo iſto anno. plenius tamen creditur, quando ſcri-
40 bitur vt ſupra. † Septimo conſumitur gratia per ſolam acceptationem
licet prouiſio executoris non ſubſequatur, prout tenet Oldra. conſi.
ccxxix. incipiē. hec ſunt dubia, vbi dicit ꝙ ſola acceptatio gratiam con-
ſumit. l. apud aufidium. ff. de opt. lega. cum alijs vt per eum, licet ali-
qui velint iſtud procedere quando acceptatio eſt valida, alias non,
de quo ſuperius late dixi.
41 ¶ † Octauo datur de conſumptione gratie ſi acceptantur ſimul plura
beneficia excedentia ſimul taxam literarum, quia licet valeat quo ad
primum, ſecundum, & tertium, que non excedunt, in alijs tamen exce-
dentibus non eſt locus gratie tanquam iam conſumpte, vt per Egid. cō.
clu. cccj. incipien. ſi accepto per iura que allegat vt per eum.



## SVMMARIVM

1 Occultator aliene laudis furi par eſt.
2 Acceptio perſonarum non eſt apud Deum.
3 Eccleſia per pauperes deprimitur, & expilatur et ꝑ potentes defenditur.
4 Arguere licitū eſt a ratione legis quamuis ſpecialiter non ſit expreſſa.
5 Epiſcopi gerentes vices auditorum gaudent iiſdem prerogatiuis, qui-
bus ceteri auditores.
6 Dignitas epiſcopalis auditori ſuperueniens ei prodeſſe debet.
7 Diſpenſatio facit licitum, quod alias eſt illicitum.
8 Ratio quādo in ſimilibus eadem reperitur ꝑ omnia tunc in vno diſpo-
ſitum extenditur ad aliud, etiam in materia ſtricta, & penali.
9 Locum tenens ſicut principalis honorari debet.
10 Referendarij, & alij officiales, ſi actu ſua officia non exercent, non gau-
dent prerogatiuis regule.
11 Priuilegium datum militibus in teſtando extenditur ad illis, qui teſtan-
tur in actu militie exiſtentes.
12 Clauſula in fine poſita an ſit referenda ad omnia ſuperiora.
13 Capellani pape ſunt exempti ab ordinarijs, licet actu ſua officia non
exerceant.
14 Officialem quē fuiſſe tempore date non ſufficit, niſi ſit tpe vacationis.
15 Auditor nouus Rote gaudet priuilegijs auditorum, ſi tempore vacatio-
nis ſit de collegio, licet non fuerit tempore date.
16 Officiales qui ponuntur in ſecunda parte regule, an preferantur paupe-
ribus expectantibus.
17 Dictio quecunqꝫ non ſemper ſtat vniuerſaliter.
18 Expectantes in forma pauperum preferuntur diligentioribus in proceſ-
ſu quo ad ſimplicia beneficia.
19 Pauperes an preferantur familiaribus Pape deſcriptis.
20 Simplicium appella. in penalibus an veniat mixtum, & nu. ſeq.
21 Priori ſi leget̃ Biblia, et cuilibet fratrū cappa, prior vtrunqꝫ nō habebit.
22 Capi. licet canon de elec. in. vj. non extenditur ad eccleſiam habentem
cum qualitate parochialitatis mixturam collegialitatis.
23 Referendarij & alij officiales an preferantur nominatis per indultum
regum Hiſpanie.
24 Exceptio in vno inducit incluſionem omnium aliorum caſuum ſub re-
gula comprehenſorum.
25 Rex eſt inferior papa.
26 Reſpondenti ſufficit dare inſtantiam.

RESTAT POSTREMO dicere de prerogatiuis Expectantiū
& de multiplici intellectu regule prerogatiuarum que licet ſatis bene

gloſata fuerit per illum dñm de ſotto hiſpanū cuius laudē in eo in quo
1 bene dixit non tacebo † canens illud qđ vulgo dici ſolet occultator lau-
dis aliene par furi eſt. l. hr̄ditatum §. ſi. ff. ad. l. falci. Nihilominus qa in
multis ab eo diſſentio tā in intellectu prefate regule ꝗꝫ ēt in cōpluribus
eiuſdē determinationibus, dicam dño inſpirante qđ ſentiam. demū cō-
plectendo totam regulam cum ſua materia, faciam decē principales cō-
cluſiones cū quibuſdā correlarijs et illationibus opportunis. ¶ Premit-
tendum eſt igitur pro aliquali fundamēto, & rōne dicte regule, qđ licet
in celeſtibus non attendatur gn̄is nobilitas & alie ſimiles prerogatiue,
ſed potius vite honeſtas & probitas morum gratum deo faciunt & ido-
neum ſeruitorē, qui ad regimen eccleſie nō multos ẜm carnem nobiles
2 & potentes elegit, ſed ignobiles & pauperes † eo ꝙ nō eſt perſonarum
acceptio apud ipſum vt dicit tex. formalis in. c. venerabilis de prebē. in
humanis tñ alia hr̄ conſideratio certis de cauſis, vel vt ita dicā reſpecti-
bus, vt puta nobilitatis & diuitiarū ꝑ illud qđ dicit gl. in. c. conſututis.
3 de appella. † videlicet ꝙ ꝑ nobiles & potentes defenditur & ſubleuatur
eccleſia que ꝑ pauperes deprimitur, & expilatur. facit. c. de multa circa
ſi. de preben. item hr̄ conſideratio laborum quos ſuſtinent officiales ſe-
dis apoſtolice qui nominantur in ſecunda parte regule, quos ſequenti-
bus oībus qualitercunqꝫ qualificatis, & diligentioribus in proceſſu vel
receptis aut creatis in canonicos voluit per hanc regulā ſummus Pont.
anteferri & merito quidē vt is gradus ceteros antecedat quē prolixior
labor fecerit anteire dicit text. elegans in. l. nemo. C. de of. magi. offi.
facit. l. j. C. de prepoſitis laboꝝ lib. xij. ¶ Et hanc puto eſſe verā rationē
quare predicti officiales fuerunt ita prerogatiuati vltra alios. videlicet
in recōpenſatione laboꝝ vt dixi. Que ratio cum ſit vnica nec alia cōue-
4 nientius reddi poſſit † certe licitum eſt ex ea arguere ꝗꝫuis nō ſit ſcripta
ſeu ſpecialiter expreſſa, vt ē caſus in. l. milites agrū in prin. ff. de re mil.
quem ad hoc allegat Bal. in. l. maximū vicium. C. de lib. prete. & Ro.
conſi. xxxij. incip. viſa municipali, & alio cōſi. c. incip. p̄ſti cauſa, facit
bona glo. in. l. ꝗꝫuis. C. de fideic. vnde arguendo a dicta ratione infero
5 duo ſatis notanda. ¶ † Primum eſt ꝙ epiſcopi gerētes vices auditorum
debent gaudere prerogatiuis conceſſis auditoribus Rote per iſtā regu-
lam, quicquid dicat in hoc dñs de ſotto, quia dico ꝙ ex quo tolerantur
pro auditoribus per ſummum Ponti. & pariformiter laborant cū alijs,
debent ēt in recompenſationem laborum gaudere eiſdē prerogatiuis,
facit tex. in. c. charitatē. & in. c. quicunqꝫ. xij. q. ij. iuncto. c. cum ſecun-
dum. de preb. ibi dū dicit qui ad onus eligitur repelli non debet a mer-
6 cede. ¶ † Preterea dignitas ep̄alis ſuperueniens auditori debet eidem
quo ad hoc potius prodeſſe ꝗꝫ obeſſe, arg. l. nō diſtinguemus §. ſacerdo-
tio. ff. de arbi. facit bo. tex. in. c. ij. de offic. dele. lib. vj. vbi dicitur, pon-
tificali dignitate preditis plurimum deferri conuenit, & eos plus alijs



honorari, ergo & ꝓrogatiuari, licet honeſtū eſſet, vt dicit tex. in. d. §. ſa-
cerdotio. qđ potius vacarēt ſacris ꝗꝫ alijs occupationib⁹, tñ ex quo tole-
rantur per Papam vt dixi, illa tollerātia operatur tacitā diſpenſationē.
7 ¶ † Que diſpenſatio facit licitū ꝙ alias eſſet illicitū, vt dicit glo. in. c. du-
dū eccleſia rotho. in verſi. retinere. de elec. alias ꝯceſſum ob grām retor
queretur in odium contra reg. cōes. Non obſt. ratio dicti dñi de ſotto,
dum dicit, ꝙ vicē gerens alterius nō gaudet ijſdē priuilegijs, qbus prin-
cipalis, cū non ſit idem ꝙ alteri aſſimilatur ẜm eum, alleg. gl. in. l. mer-
cis appellatione. ff. de ver. ſig. poterat allegare aliā magis cōem in. l. qđ
nerua. ff. depo. ad quod ego rñdeo, ꝙ licet ſimile non ſit idem cū eo cui
8 aſſimilatur vt probant glo. predicte, † tñ qñ in ſimilibus reperitur per
omnia eadem ratio tunc diſpoſitum in vno extēditur ad aliud illi ſimi-
le, ēt in materia ſtricta, & reſtringibili. puta in maleficijs, & penis male
ficiorum, hec ſunt verba Bal. in terminis referentis Spe. in. l. ſi quis nō
dicam rapere. in. j. col. C. de epiſ. & cle. facit glo. in. c. j. in ver. italie. de
tem. ord. libr. vj. Cum ergo in ep̄is vices auditorum gerentibus ſit per
omnia eadem ratio, ꝗ̄ut in alijs auditoribus propter labores cōes illis
omnibus, certe debet eſſe eadem iuris diſpoſitio iuribus vulg. facit ad
9 predicta bonus tex. in. c. precipimus. xciij. diſt. † vbi dicitur ꝙ locum
tenens alterius honorari debet ſicut principalis cuius vices gerit, & in
hoc dicitur ſingularis ille tex. per Ro. ſing. ſuo. ccclx. incipiē. Bartho-
10 lus. inferētem ad queſtionem vt per eum. ¶ † Infero aliud & ſecundū,
ꝙ referendarij, & alij officiales de quibus in ſecunda parte regule non
debent gaudere illis prerogatiuis, ſi tempore vacationis beneficiorum
non exercent actu ſua officia, quia cum tali caſu ceſſet ratio regule quā
ſupra ponderaui, ceſſare etiam debet eius diſpoſitio. l. adigere. §. ꝗꝫuis.
ff. de iure pat. nam qui non laborat non manducet, non enim ferendus
eſt is qui lucrum amplectitur, & commodum, onus autem ſubire recu-
ſat dicit tex. in. l. vnica §. pro ſecundo. C. de cad. tol. & ideo mēs regule
fuit dare illas prerogatiuas non ſimpliciter officialibus ſedis apoſtoli-
ce, ſed laborantibus ijſdem & actu ſua officia exercentibus, ꝙ vltra pre-
dicta probatur neceſſario dupliciter. ¶ Primo per text. quaſi in termi-
nis in. l. titius. ff. de teſta. mil. vbi dicitur ꝙ conſtitutionibus principū
non militum teſtamenta confirmantur, ſed que a militibus facta ſunt,
11 & glo. ibi exponit, ideſt in actu militie exiſtentibus, ecce † ꝙ priuilegiū
datum militibus in teſtando quo modo velint, & quo modo poſſint. l.
j. & l. diuus. eo. tit. extenditur ad illos tantum qui teſtantur in actu mi-
litie exiſtentes. Idem ergo de prerogatiuis huiuſmodi officialium ideo
(& hoc eſt ẜm) nominatis omnibus officialibus predictis ſubijcit regu-
12 la in fine illius cellule, videlicet ſua officia actu exercentes, † que clauſu-
la referenda eſt ad oēs ſuperius nominatos ex quo non poteſt aſſignari
concludens ratio quare ad omnes referri non debeat, vt probatur in

l. iij. § ſi filius. ff. de li. & poſth. & in. l. j. C. de libe. prete. not. plene Bar.
in. l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. & in ſpecie per iſta iura tradit hanc reg.
Ro. conſi. clxxx. incip. ſi admittimus &c. vnde cum nõ appareat ratio
cur dicta cl'a magis cõueniat abbreuiatoribus de parco maiori, quibus
immediate adiungitur, q̃ alijs officialibus ibidem nominatis, certe ne-
ceſſario debet dici, ꝙ ad omnes referenda eſt per ſupradicta. Bene fa-
teor ꝙ referendarij & alij officiales ibidẽ nominati ſint exempti ab or-
dinarijs, ita ꝙ excõicari ab eiſdem, vel ſuſpendi non pñt, eoipſo ꝙ ſunt
officiales ſedis apoſtolice, & pape, licet non exerceant actu officia ſua
13 † per illud quod dicit deci. ccvij. licet extra ordinationem. in nouiſ. de
capellanis honoris Pape, vt ſint exempti ab ordinarijs, etiã ſi non exer-
ceant actu officia ſua. Illud tñ non puto procedere in terminis iſtius re-
gule, que cũ exorbitet a iure cõi, vt patet ex. c. duobus. de reſcrip. debet
intelligi, & ita interp̃tari, vt minus q̃ poſſibile ſit ledatur ius cõe. c. que
a iure. de reg. iur. li. vj. cum ſi. & hanc partem puto veriſſimam, quicq̃d
dicat in hoc gloſator in iſta reg. ¶ Patet ergo ex premiſſis requiri duo
copulatiue, vt predicti officiales in ea parte regule nominati potiantur
illis prerogatiuis primo, videlicet ꝙ actu exerceant ſua officia, ſecundo
ꝙ ſint officiales tp̄e vacationis, vt probant verba regule ibi in aſſecutio
14 ne beneficioꝝ, † & ſic nõ ſufficeret quem fuiſſe officialem tp̄e date, niſi
illa qualitas ẽt adſit tẽpore vacationis, argu. l. in delictis. § ſi extraneus.
ff. de noxa. & iſtud tenet etiam dñs de ſotto & bene. Idẽ ego dico ſi tem
pore date non erat officialis dummodo tp̄e reuocationis adſit illa qua-
litas, quia gaudebit prerogatiuis officialium, arg. c. ei cui. de preb. li. vj.
15 iũcta gl. fi. & eoꝝ que in ſimili qõne tenet Domi. cõſi. cxiij. † ꝙ nouus
auditor Rote gaudet prerogatiuis auditoꝝ etiam q̃tum ad gratiã ante
auditoratum obtentã, dũmodo tp̄e vacationis ſit de numero auditorũ.
16 ¶ † Dubitatur modo de aliquibus circa iſtam partem regule, & primo
vtrum predicti officiales preferantur pauperibus expectãtibus quo ad
aſſecutionem ſimpliciũ beneficiorum magna, & dubitabilis eſt qõ. nã
prima facie videtur ꝙ officiales illis non preferantur propter regulam,
que diſponit circa priuilegium pauperum, dum vult eos ſingulis alijs
quacunqꝫ antelationum prerogatiua munitis preferri, põdero illa ver-
ba ſingulis alijs, que in materia larga qualis eſt illa de qua loquitur pre-
dicta regula de ſui natura ſunt apta comprehendere omnia in infinitũ,
vt probant iura que ad hoc alleg. Domi. conſi. xiij. in. ij. col. cõprehen-
dunt igitur etiam predictos officiales, quia per totum dicit &c. l. iulia-
nus. ff. de leg. iij. cum vulg. itẽ verba illa quacunqꝫ antelationum prero
gatiua munitis ſunt multũ generalia, & ſtant vniuerſaliter, ꝯñr compre
hendunt oẽs qualitercunqꝫ prerogatiuatos. c. ſi romanorum. accedit
ad hoc q: regula iſta prerogatiuarũ eſt exorbitans a iure cõi vt patet ex.
c. duobus. illa continens priuilegium paupeꝝ non exorbitat, ſed eſt fa-
uorabilis.



uorabilis. Econtra videtur ꝙ predicti officiales preferãtur, per illud qđ
dicitur ſi vinco vincentẽ te vinco etiã te. c. auctoritate Martini, de con
ceſ. preb. lib. vj. cum ſi. ſed ſic eſt ꝙ predicti officiales preferunt̃ ꝑ iſtam
reg. alijs diligentioribus in proceſſu, & creatis in canonicos, qui tamẽ
in canonicos creati preferuntur pauperibus expectantibus, vt apparet
ex illa regula, ibi dum dicit, & non canonicatus & prebende fuerint,
ergo patet ꝙ etiam predicti officiales ſunt pauperibus preferendi,
per illud quod premiſſi, ſi vinco vincentem te vinco etiam te. Et te-
nendo hanc partem poteſt reſponderi ad verba generalia illius regu-
17 le pauperum, que ſuperius ponderaui, † nam dictio quecunqꝫ non ſem
per ſtat vl'r, ſed limitatur in caſibus a iure exceptis, vt pr°bat per aliqua
iura Domi. conſi. cxxxi. in fi. col. vnde cum huiuſmodi officiales ſint
ſpãliter excepti per iſtam regulam prerogatiuarũ ſub verbis magis ge-
neralibus & multũ pregnantibus, vt probant illa verba, que dñt omni-
bus alijs qualitercunque qualificatis, & ibi quoruncunqꝫ beneficiorũ,
& rurſus ibi quacũqꝫ diligentia, certe ex his videretur dicẽdũ qđ verba
generalia illis regule limitantur per iſtam regulam, & per eius verba
gñaliora, & ſic qõ remanet dubia. ¶ Inclinando tamen in fauorẽ pau-
18 perum, & contra officiales † dico falſam eſſe rõnẽ ſupra pro parte offi-
cialium adductam. videlicet quod diligentiores in proceſſu preferan-
tur pauperibus expectãtibus in beneficijs ſimplicibus, immo pauperes
diligentioribus preferuntur, quia alias parũ aut nihil contuliſſet Pa-
pa per illam rl'am pauperibus. Preterea excipit aliquos caſus ibi ſum-
mus Põti. in quib⁹ pauperes preferre noluit, ergo includit omnes alios
quia exceptio firmat rl'am in caſibus nõ exceptis. l. nam quod liquide.
ff. de penu. leg. l. queſitũ § deniqꝫ. ff. de fun. inſtru. vñ ſtante hoc pro ve
ro prout verũ eſt, corruit illud argm̃, ſi vinco vincentẽ te &c. Licet mi-
litet quo ad creatos in canonicos qui preferuntur pauperibus & poſt-
ponuntur predictis officialibus. ſed non curo multum de illo argumẽ
19 to, quia eſt materia brocardica, & poſſet retorqueri in fauorẽ pauperũ
& contra officiales † nam certũ eſt qđ illi poſtponuntur familiaribus Pa
pe deſcriptis vt patet ex hac regula prerogatiuarum in fine, etiã ſi dicti
officiales vel quiuis alij haberent prerogatiuas ad inſtar deſcriptorum,
quia ille conceduntur ſine preiudicio eorũ, quibus deſcriptis pauperes
preferuntur, non obſtante bulla deſcriptorum, que licet excipiat perſo
nas cardinaliũ duntaxat, nõ tamẽ per hoc excludit pauperes per prius
iam exceptos per regulã de qua ſupra iuxta iura cõia & vulg. ad hoc er-
go ſequitur quod ex quo pauperes vincunt deſcriptos & deſcripti vin-
cunt predictos officiales. certe ipſi pauperes debent vincere etiã ipſos
officiales per illud ſi vinco vincentẽ te &c. & hanc partẽ ſeq̃rer ego iu-
dicando hñdo reſpectum ad paupertatẽ clericorum quibus fauendum
eſt in aſſecutione ſimplicium ſaltẽ beneficiorũ, ne in obrobriũ ordinis

clerica. mendicent, per illud quod dicitur. in. c. diaconi. xciij. di. & in c. clericos. j. q. ij. & quod notatur per doc. in. c. poſtulaſti. de reſcrip. & in. c. ſi pauper de preb. ¶Secundo principaliter dubitatur circa iſtam partem regule, que vult predictos officiales omnibus alijs preferri debere non obſtante diligentia quacunqꝫ receptione vel creatione in canonicū. Quid ſi omnes predicte prerogatiue ſint iuncte ſimul in vno. vt ſi quis alius expectans ſit diligentior in proceſſu & ſit receptus vel creatus in canonicum, an ſi aliquis predictorū officialium concurrat cum tali tollat eidem omnes iſtas prerogatiuas ſimul iunctas. gloſator in iſta
20 regula tenet ꝙ non, mouetur potiſſime iſta rōne †quia appellatiōe ſimpliciū nō venit mixtū in penalibus. c. ſtatutū. de elec. lib. vj. item quia iſta regula tāquā exorbitans a iure communi debet reſtringi. ¶Sed ego teneo totum cōtrariū iſto fundamēto, quia in odioſis appellatione ſimplicium venit caſus mixtus, quando diſponēs cogitauit de vtroque, & vtrūque expreſſit, ꝗuis ſeparatim, tunc enim mens diſponētis extenditur ad caſum mixtum, & conſequenter eius diſpoſitio, vt eſt caſus ſing. in. l. ſi ita facta. ff. de iniu. teſt. quem ita intelligit domi. Iaſ. in. l. gallus §. & quid ſi tantum. iiij. fallen. ff. de libe. & poſthu. & clarius in. l. ij. in prin. ff. de ver. ob. nam ibi in exheredatione, et ſic in materia odioſa expreſſis duobus caſibus ſimplicibus alternatiue, puta ſi filius natus natave ſit exheres eſto, vtriſque natis, & ſic occurente caſu mixto, non rumpitur teſtamentū, quia vterque cenſetur exheredatus, ꝙ non eſt ex alio, niſi quia vt dixi teſtator de vtroqꝫ cogitauit, & utrunque expreſſit, licet alternatiue nimirū ſi diſpoſitio illa ſimplicium ꝗuis odioſa, extēditur ad caſum mixtum ex mente diſponentis, & identitate rationis. Pari modo dico in propoſito ex quo Papa cogitauit de omnibus iſtis prerogatiuis, & illas omnes expreſſit, licet alternatiue certe voluit diſpoſitionē iſtius regule in ea parte procedere quo ad omnes ſequentes, quatenus etiam omnes predicte prerogatiue cōcurrerent copulatiue in vno, quaſi omnes ille tunc pro vna tantum cenſeri voluerit, ad quod facit quod no. Cy. & Pet. in. l. cū queſtio. C. de lega. & Bart. in. l. ſi ſeruis cōis. ff.
21 de ſtipu. ſeruo. †vbi dicunt ꝙ ſi quis legat priori Bibliā, & cuilibet fratrū vnam cappā. Prior nō dēt habere niſi Bibliam, nō etiā cappā tanꝗ frater, licet in eo concurrat duplex qualitas prioris. ſ. & fratris, nā ex eo qđ eſt prior nō deſinit eſſe frater. c. ſi. de ſimo. & ſic illa duplex qualitas concurrens in eadē perſona habetur pro vnica, ne vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur. l. eū qui edes. ff. de vſuc. Poſito etiam ꝙ dicte prerogatiue concurrentes in vno non cenſerentur niſi plures, adhuc dico idem, quia perinde eſt ac ſi diſiunctiue eſſent in pluribus perſonis, vnde ſicut tunc nullus illorū reſpectu ſue prerogatiue precederet officialem, eodem modo, nec iſte in cuius perſona omnes ſimul concurrunt, ex quo cenſetur iure diuerſorū, argumen. l. ſpadonem. §. qui iura mul-



ta. ff. de excuſatione tuorū. facit. l. ſi conſul. ff. de adop. & per hec tollo nota. per Innoc. Ioan. and. & docto. in. c. cum olim. de re iudi. de duplici uoce, & duplicatis diſtributionibus. ¶Non obſtat ratio gloſatoris de qua ſupra, & tex. quem allegat, quia procedit eo caſu, quo militat identitas rationis in mixto que militat in ſimplici, vt apparet in caſu. d.
22 c. ſtatutum. de elec. lib. vj. †vbi diſpoſitio. c. licet canon. eo. ti. & libro. quod loquitur de eccleſia parochiali ſimpliciter non extenditur ad eccleſiam, que cum qualitate parochialitatis habet mixturam collegialitatis ea ratione, quia in iſto mixto non militat ratio, que ſubeſt in ſimplici cum prouideatur tunc cure per collegium ſecundum doc. ibi. At hic eſt identitas rationis in caſu mixto igitur ex diuerſis non bene infertur. l. papi. ff. de minor. & ſic concludo officialem de ibi enumeratis preferendum, nō obſtante concurſu illarum prerogatiuarum ſimul in
23 vno. ¶Tertio & vltimo queritur pro intelligentia iſtius partis †nunquid predicti officiales preferantur nominatis vigore indulti per Reges Hiſpanie, & in hoc videtur dicēdum quod non, quia vt audiui indultum excipit tantum familiares Pape deſcriptos, quibus non vult preferri nominatos, ergo de alijs videtur concedere arg. c. nonne de ꝑ-
24 ſum. & l. cū pretor. ff. de iudi. †exceptio enim in vno inducit incluſionem omnium aliorum caſuum comprehenſorum ſub regula. l. queſitum §. denique. ff. de fun. inſtr. cum alijs ſuperius allegatis in ſimili propoſito. Ecōtra videtur quod officiales nominatis per indultum preferantur ratione maioris preeminentie & prerogatiue ipſius nominantis nam officiales videntur nominari per papam ex diſpoſitione iſtius
25 regule, illi per Regem, †qui eſt multo inferior ipſo Papa. c. ſolite. de maior. & obed. & in. c. duo ſunt. xcvj. diſt. facit ad hoc. c. hij qui. & c. ſi a ſede. de preben. lib. vj. ad rationem contrariam poteſt reſponderi dando inſtantiam, quia expectantes in forma pauperum preferuntur in beneficijs ſine cura predictis nominatis vigore indulti, prout dicitur ſeruari in pratica, & tamen dicti pauperes expectantes non ſunt excepti per indultum, ſed ſolum familiares deſcripti, ergo idem poteſt
26 dici de predictis officialibus, & ſic ſoluit illud, arg. †qa ſufficit reſpōdēti dare inſtantiā, iuxta gl. in. c. ſicut vrgeri. j. q. j. nihilominus inſpiciendus eſt tenor indulti, & ita iudicandum. c. porro. de priuil.

## SVMMARIVM

1 Dictionis repetitiue natura que ſit.
2 Non eſt preſumendum, ꝙ quis incontinenti ſe corrigat.
3 Veriſimile nō eſt, ꝙ lex eadē in continenti ſe corrigat.
4 Idē quandoqꝫ bis repetitur per eadem, vel diuerſa verba ratione maioris declarationis.

5 Lex quandoq; ſe ipſam declarat.
6 Nobiles an ſint mercatores Veneti, & Florẽtini, & infra. nu. 9.
7 Mercaturã excercẽs an dicat̃ artẽ vilẽ facere.
8 Nobilis nõ põt dici exercẽs mercaturã reꝝ viliũ & minutaꝝ.
10 Nobilitas que dicatur.
11 Nobilitas qũo quo ad caſum noſtrũ capiatur.
12 Nobilitas cõſiſtit in cõmuni reputatione.
13 Dignitas eſt illa, que in loco reputatur dignitas.
14 Cõſuetudo attẽditur circa officia & dignitates eccleſiarũ.
15 Nobilis dr̃ natus ex p̃re nobili, & matre plebea, ſ; nõ ecõtra.
16 Mulier popularis nupta nobilis dicitur nobilis.
17 Mulier nobilis nubẽs plebeo nobilitatẽ perdit.
18 Patris ↄditio, & nõ matris ꝙ̃rũ ad dignitatẽ, & honores inſpicitur.
19 Licentiatus an gaudeat prerogatiua doctorum quo ad caſum noſtrũ, & nume. ſequen.
20 Dictio ẽt auget & includit, quod prius nõ includebatur.
21 Papa in dubio videtur ſe conformare cũ iure cõmuni.
22 Doctor non eſt qui doctoratus inſignia nõ accepit.
23 Declaratio ad. l. pen. ff. de teſta. mil.
24 Aliud eſt eſſe talẽ, aliud gaudere priuilegio talis.
25 Clericus nõ dicitur, qui nõ habet ordinẽ, licet incedat in habitu clericali, & coronã portet, & gaudeat priuilegio. c. ſi quis ſuadẽte diabolo.
26 Licẽtiatius in fauorabilibus tãtũ priuilegio doctoꝝ gaudet.
27 Dominatio fit ab eo qđ eſt, nõ ab eo qđ erit.
28 Ciuitas ſi interficit electũ, nõ dicitur interfeciſſe epiſcopũ, nec priuatur epiſcopatu.
29 Deſtinatũ non habetur pro cõpleto.
30 Clericus animi deſtinatione beneficiũ vt clericus impetrare nõ põt.
31 Doctor graduatus in ſtudio prefertur licẽtiato.
32 Doctor graduatus extra vniuerſitatẽ nõ p̃fert̃ licẽtiato ab vniuerſitate.
33 Arguẽdũ an ſit ab ordine litere.
34 Nobilis ex inferiori genere nobilium vel mag. in theologia, aut doctor an preferat̃ familiari Pape diligẽtiori in ꝓceſſu.
35 Familiaris pape ſi tẽpore aſſumptionis cõcurrat cũ graduato in vniuerſitate, debet ſeruari ius cõmune.
36 Caſus aliquis licet non ſit deciſus in lege vel ſtatuto, nihilominus id ſeruãdũ eſt, quod veriſimiliter ſtatutum eſſet, ſi de illo ſtatuentes interrogati fuiſſent.
37 Socij paſſionũ ſunt ẽt participes cõſolationũ.
38 Expreſſum ſatis dr̃, qđ colligitur ex mẽte diſponẽtis.
39 Euidẽs dr̃, qđ ex coniecturis colligitur.
40 Expreſſum dr̃ in libello, qđ ex preſumptionibus colligitur.



41 Doctores graduati extra vniuerſitatem ſtudij generalis vt plurimum ſunt illiterati.
42 Doctor in vtroq; iure ſi ignorat canonos, bonũ can. nõ precedit.
43 Studiũ Romanũ quare ſit nobilius alijs ſtudijs.
44 Licentiatus in vniuerſitate, & doctoratus extra ſimpliciter licentiato prefertur.
45 Licẽtiatus primo, & poſtea doctoratus doctoratũ medio tp̃e precedit.
46 Doctor in vtraq; vel altero iuriũ graduatus in ſtudio an p̃ferat̃ familiari pape, q erat cõtinuus cõmẽſalis tp̃e aſſumptionis.
47 Pape nõ eſt, qui dicat cur ita facis.
48 Supplere velle noſtrũ nõ eſt.
49 Doctorandus ter examinari debet.
50 Intẽtio principis preſumitur eſſe talis, qualis eſt legis ſcripte.
51 Dictio aliquibus in minima verificatur.
52 Vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri.
53 Legẽtes in domibus ꝑuatis ꝑuilegio doctorũ ꝑlegẽtiũ nõ gaudẽt.
54 Legere publice quis nõ põt, niſi prius doctoretur.
55 Scolares publice legere nõ poſſunt, ẽt tanquã ſubſtituti.
56 Familiares. xij. qui nominantur per Cardinales debent eſſe familiares, & continui commenſales.
57 Precedẽtia declarant ſequẽtia.
Clauſula in precedẽti poſita qñ in ſequẽti cẽſeat̃ repetita.
58 Cardinalis ſi ſemel. xij. familiares nominauit, & aliqui recedãt vel moriant̃, an poſſit alios loco illoꝝ nominare, & infra. nu. 62.
59 Qualitas adiũcta verbo debet intelligi ſecũdũ tp̃s verbi.
60 Familiaris ꝙ quis fuerit tempore date non ſufficit, niſi ſit etiã vacationis tempore.
61 Familiaritate ceſſante ceſſant ꝑuilegia prouenientia ratiõe familiaritatis.
63 Ep̃s hñs priuilegiũ ꝙ certi ſui familiares in abſentia fructus ꝑcipiãt, põt loco cedẽtiũ vel decedẽtiũ alios ſubrogare.
64 Legatũ fundi cũ inſtrumẽtis & mãcipijs que ibi erant cõprehẽdit ẽt mãcipia poſtea inducta.
65 Priuilegiũ an & qñ vnico actu cõſumere.
66 Papa ſi dat poteſtatẽ Regi Francie nominãdi duas perſonas idoneas in ſua coronatione in certa eccleſia, ſi ſemel nominauit, illis deficientibus alios ſurrogare non poterit.
67 Iura infinitatem abhorrent.

CIRCA Tertiã p̃tẽ regule, in q̃ dr̃, alij uero nobiles ex inferiori gñe nobiliũ magiſtri in theologia &c. oĩbus alijs etiam creatis &c. ſimiliter p̃ferant̃. ¶ Notãdũ eſt, qđ illa verba oĩbus alijs intelligunt̃. ſ. inferiꝰ nõ ſuperius noĩatis nõ obſtante dictione illa repetitiua precedentium, ſiſr.

1 †cuius natura eſt vt omnia expreſſa alio caſu ſupiori habeant locum in
caſu inferiori, vbi dicta dictio ponitur. & idem in alijs ſimilibus dictio
nibus repetitiuis, ſecundũ domi. formaliter ꝑ gl. ibi in. c. cupientes §.
inſuper. ſuper gl. in ver. preſentauerint de elec. lib. vj. Nihilominus in
caſu iſtius regule repetit alias qualitates contentas in parte ſuperiori,
non autem prelationẽ ꝑſonarum ibidẽ expreſſarum, vt iſti preferantur il-
2 lis† alias corrigeret ſe incontinẽti, qđ nõ eſt dicẽdũ, nec preſumẽdũ ꝑ il-
lud quod dicit gl. in. l. non ad ea. in ver. preſens in fine. ff. de condi. &
demõ. quã gl. Cy. Bal. in. l. ſi domino. C. ꝑ quas perſo. nob. acqui. extẽ
3 dunt ad diſpoſitionem legũ & ſtatutorũ dicẽtes† non eſſe veriſimile qđ
eadem lex incõtinenti corrigat ſeipſam. eodẽ mõ nec ſtatum. & idẽ ſe-
quitur Roma. conſi. ciiij. incip. pater reuerende. in. ij. col. eſt ergo ſen-
ſus regule vt nobiles ex inferiori nobiliũ gñare & alij in hac tertia par-
te nominati omnibus alijs. ſ. ſequentibus. ſilr preferantur. i. quacunq;
priuilegio tunc priuilegium potentius preponit̃. l. verũ. §. ſi. cum. l. ſeq.
ff. de min. & l. l. ſi. §. fi. ff. ex q. cau. ma. plene ponit bar. in auc. quas actio
nes. C. de ſac. ſan. ecc. refert & ſequit̃ Panor. in. c. in pñtia. de probat.
ſed ſic eſt, qđ priuilegiũ primi eſt potentius, quia eſt compoſitũ ex alte-
ro de duobus ſimplicibus potentiori, ꝗ̃ ſit alterũ de duobus ſimplici-
bus ſecundi cũ cõiter Marchiones ſint digniores comitibus, ergo pri-
36 mus dr̃ magis qualificatus ſcđo per iſtã literã. ¶†Preterea qñ aliqua cõ-
iunguntur diuerſa inter ſe cũ ſuis diuerſis qualitatibus permixtim. tũc
referẽda ſunt ſingula ſingulis vt pbat tex. iuncta gl. no. in. c. ſiquis pe-
cunia in ver. laicis. lxxix. di. vnde in propoſito referendo qualitates ſin.
gulas ſingulis, licet predicti in genere ducum ſint equales. & iõ vnus
aduerſus alterũ iſto reſpectu nõ vtat̃ aliquo ꝓuilegio, cõquaſſatis tñ ꝓui.
legijs parib⁹, iuxta. l. aſſiduis. C. q po. in pig. hab. debent vti iure cõi vt
ibi. ꝯſtat ãt ꝙ de iure cõi eſt diſparitas inter eos reſpectu aliaꝝ q̃litatũ,
qa Marchio maior eſt comite reg'r, igit̃ pm⁹ reperit̃ magis q̃lificatus ꝗ̃
ſecũdus, ꝯñter eſt illi ꝓferẽdus. ¶Scđa illatio ꝙ ſi vnus eſt filius comitis



37 alter nepos alteri⁹ comitis primus ꝓfert̃ ſcđo. †qa dr̃ magis nobilis ex
quo eſt magis proximus ſtipiti a quo cauſat̃ nobilitas & hoc tꝫ domi-
38 nus de Sotto & bene argu. §. aliã cũ gl. inſti. de bon. poſ. †que dicit ꝙ di
gniores altiori loco ſedere debẽt, dicit̃ autẽ altior, qui eſt proximior do-
mino, poterat allegare ad hoc bonũ text. in. l. vnica. C. de prepoſitis la-
borũ ibi immunitate digni ſunt, quos noſtri alterius comitatus illuſtrat
39 †facit etiam quod in ſimili dicũt Ioan. and. & domi. in. c. ſi. de offi. leg.
lib. vj. vbi inter ſigna maioritatis reſpectu inferiorum dignitatũ in ec-
cleſia dicũt potiſſimam eſſe ſcilicet ſedere immediate poſt epiſcopum.
40 †Hinc dicit Bald. in. l. decernimus in tertio not. C. de ſacr. ſan. eccl.
quod primogenitus regis ſedet a dextris regis. ex quo datur intelligi
41 quod ceteris eſt honoratior, per glo. ibi, que dicit †quod ille qui ſedet a
manu dextra ſuperioris dicitur magis honorari ſedente ad ſiniſtrã, &
iſta videntur in vſu quottidiano, & per hec poteſt dici quod inter fami
liares Pape ille dicat̃ dignior ceteris paribus qui magis eſt propinquus
42 ad latus Pape. †& ideo cubicularij ſecreti iudicãdi ſunt digniores aliis
cubicularijs per tex. in dicta. l. vnica. ibi noſtri lateris comitatus illu-
ſtrat, hec eadem dico procedere in alijs qualificatis inferioribus reſpe-
ctu aliorum conſimilis qualitatis, vt magis qualificati preferantur mi-
43 nus qualificatis, ex quo naſcitur. ¶Tertia illatio †quod ſi unus eſt no-
bilis ex vtroque parente, prefertur alteri nobili ex altero tm̃, argu. c. pri
mi de treug. & pa. & in auc. poſt fratres. C. de legit. her. faciunt que la-
tius deduxi ſupra in tertia parte regule. verſ. ſed quid ſi aliquis. ¶Quar
ta & vltima illatio reſpectu huius ſecunde concluſionis eſt quod inter
nobiles ex eodẽ genere nobilium circumſcripta cõi reputatiõe de qua
44 ſuperius dixi† dicerẽ de iure illũ dici magis nobilẽ qui eſſet nobilis in
loco nobiliori, qa hñs dignitatẽ in loco nobiliori prefertur alteri. licet
45 ſit eiuſdẽ nominis, vt per Inn. in. c. fraternitatẽ in ſi. de dona. †vbi dicit
quod dignior eſt canonicus eccleſie cathedralis quã canonicus alterius
eccleſie, licet in redditibus ſint equales. qđ refert & ſequit̃ do. Feli. in
46 rub. de ma. & obe. †& ex hoc poſſet argui qđ epiſcopus ciuitatis nobi-
lioris eẽt dignior epõ minoris ciuitatis. qđ vltimũ nõ affirmat pp text.
directe in ꝯriũ in. c. legimus. cũ gl. in ver. eiuſdẽ meriti. xciij. di. puto tñ
qđ illatio ſit vera, qa cõiter ſic ſeruatur quo ad nobiles igitur &c.

## SVMMARIVM

1 Officiales apoſtolici cõcurrẽtes inter ſe, ſiue ſint eiuſdẽ qualificationis, ſiue diuerſe, magis qualificati preferuntur minus qualificato.

2 Priuilegioꝝ tenores ſunt inſpiciendi, & ſecundum illos iudicãdũ eſt.

3 Officiales reputantur magis qualificati, & ceteris preferuntur, qui reipublice ſunt vtiliores.

4 Magis laborãs magis meretur.
5 Merces ſecũdum laborẽ conſtituenda eſt.
6 In exẽplũ nõ oportet trahere ea, que in figurã dicta ſunt.
7 Auditores rote in aſſecutione bñficiorũ debent pferri oĩbus alijs exceptis pſonis Cardinaliũ, & familiariũ Pape deſcriptorũ.
8 Priuilegia cõceſſa auditoribus rote per remunerationẽ nõ cẽſentur reuocata per quaſcunq; clauſulas derogatorias.
9 Doctor in utroq; iure pfertur doctori in altero iuriũ, ẽt pus graduato. Prioritas tẽporis, ſed maioris auctoritatis attenditur.
10 Preſentes in curia abſentib⁹ ob labores, quos curiales ſuſtinẽt, pferũt.
11 Cardinalis preſens in curia dignior q̃ abſens.
12 Cardinalis abſens nõ gaudet prrogatiua regule ſup preſtando aſſenſu in bñficijs, que impetrant ob obitũ familiariũ.
13 Nõ beneficiati pferũtur beneficiatis, quãdo preſentes inter ſe vel abſentes inter ſe concurrunt.
14 Verba ceteris paribus quõ intelligantur, & quid importent.
15 Preſentes ceteris paribus abſentibus preferuntur.
16 Verbũ pariformiter eſt repetitiuũ precedentiũ qualitatũ.
17 Verbũ vnũ & idẽ nõ debet diuerſimodam ſignificationẽ habere, quando in eadẽ diſpoſitione ponitur.
18 Clauſula poſita inter plura capitula ad que referatur.
19 Preſentes in curia quando abſentibus preferantur.
20 Interpretatio debet procedere, vnde ius prodijt.

1 TERTIA Principalis concluſio, †quod officiales ſedis apoſtolice de quibus in ſecunda parte concurrentes inter ſe, ſiue ſint eiuſdem qualificationis, vt referendarius cum referendario, ſiue diuerſe vt referendarius vel prothonotarius de principatibus cum Auditore Rote & ſimiliter alij ibidem nominati, ſi concurrant ad inuicem, magis qualificati debent preferri minus qualificatis per iſtam literam in ſexta parte ibi, & ſimiliter inter omnes & ſingulos ſupraſcriptos magis qualificati &c. que uerba intelliguntur ſiue concurrant inter ſe qualificati eadem qualificatione ſiue diuerſa, vt ſuperius exemplificaui. Sed iſtam maioritatem qualitatis non intelligo ſimpliciter ex ordine nominationis vt primo nominati hoc ipſo intelligantnr digniores ſequentibus & magis qualificati prout ſepius circa iſtam regulam in ſuperioribus dixi, argumẽ. l. nec enim ordo. ff. de ſolut. & gl. in. c. primo. de iur. cal. lib. vj. cum alijs de quibus ſupra, quia ſi id voluiſſet ita debere intelligi expreſſiſſet argu. c. ad audientiam cũ vulga. conſequẽter hanc conſiderationẽ reliquit in diſpoſitione priuilegiorum conceſſorum colle-
2 gij ipſorũ officialiũ †quorũ tenores ſunt inſpiciẽdi & iuxta illos iudicandũ, ca. porro. c. recepimus. de priuile. & de fide inſtrum. c. accepimus. & c. quoniam



c. quoniam facti queſtio eſt illis non viſis, nec eorum tenoribus, non poteſt dari certa doctrina, iuxta tex. C. de tranſac. l. vt rñſum cõgruum accipere poſſis inſerere pacti exemplum. ℭ Verum quia vt audiui ſingula Collegia predictorum officialium habent priuilegia vberrima & eiuſdem pene tenoris. videlicet ꝙ omnibus preferãtur exceptis pſonis dominorum Cardinalium & familiarium Pape deſcriptorũ cum clau-
3 ſulis derogatorijs. † & ideo in hac veritate dicerem illos officiales reputari magis qualificatos & ceteris preferendos, qui eſſent vtiliores reipublice & magis laborarẽt pro communi vtilitate. argu. l. ij. C. de officio magiſtri offi. ad quod facit tex. optimus in auc. de referen. in princi. col. ij. vbi dicit imperator, quod omnibus oportune prouidendum eſt, ſed tanto magis hijs, qui nobis vtiliores conſtituti ſunt. Hanc autem rationem conijcio ex mẽte Pape, que colligitur ex prohem. vt in princ. dixi, videlicet in recompenſationem laborum quos predicti ſuſtinent circa Papam & ſedem apoſtolicam. pro ut innuunt illa verba in prefatione
4 regule poſita. ſ. iuxta perſonarum conditiones & merita. † Certum eſt aũt qđ ille q̃ magis laborat, magis meretur, dicta. l. nemo. C. de officio mag. offi. ibi is gradus ceteros antecellat quem prolixior labor fecerit
5 anteire. † & ideo iuxta laborem conſtituenda eſt operatio merces. Nec obſtat quod in Euangelio legitur de operarijs nouiſſima hora venientibus, qui pares facti fuerunt illis, qui venerant ſummo mane & ſuſti-
6 nuerant pondus diei & eſtus, † quia dico quod illud miſtice & in figurã dictum eſt de populo iudayco & gentili, ad denotandum miſterium fidei, vnde non eſt trahendum neceſſario in exemplum. c. ex parte. de cõuerſ. coniuga. c. gaudemus de diuort. & in ca. nos ſi incompetẽter. ver.
7 Balaam. ij. q. vij. ℭ Ex quibus infero † ꝙ Auditores Rote, qui laborant plus oĩbus alijs, in miniſtrandam iuſtitiam toti mundo tanquam magis qualificati debent preferri alijs quibuſcunq; exceptis perſonis Cardinalium, & familiarium Pape deſcriptorum, & forte etiam nobilium, qui ponuntur in prima parte regule, non obſtante diligentia pro ceſſus receptione vel creatione in Canon. & hoc in recompenſatione laborũ,
8 quos pro vtilitate rei pub. continuo patiuntur † non obſtantibus priuilegijs aliorum officialiũ cum quibuſuis clauſulis derogatorijs, per quæ non intelliguntur reuocata priuilegia Auditorum conceſſa in remunerationem laborum excedentiũ labores aliorum per ea que ſingulariter & multum egregie ſcripſit Lud. Ro. circa priuilegia Auditorũ in cõſi. ccccxxxvj. incip. ꝙ indultum Petri &c. per totum. Vbi allegat nouem rationes. vt per eum. Poſt auditores in alijs officialibus idem dicerem, vt vtiliores & magis laborantes circa rem publicam & ſedem apoſtolicam tanq̃ magis qualificati ceteris pferantnr eadẽ rõne inter ſe autẽ ſi ꝯcurrũt qualificati eadem qualificatione, puta auditor cũ Auditore, aut referendarius cum referendario, tunc cõquaſſatis priuilegijs hincinde

rōne cōis officij prouenientibus iuxta. l. verum in §. fi. ff. de mino. &. l.
aſſiduis. C. qui po. in pig. hab. debent attendi alie qualitates, vt alter
alteri preferatur. ſ. magis graduatus minus graduato & īter equaliter
graduatos prius graduati vt vult regula in hac parte. ſexta. & pondero
iſta verba vltima, in quibus dicitur, ꝙ inter equaliter graduatos prefe-
ratur ille, qui eſt prius graduatus. & ſic innuit a contrario, quod inter
non equaliter graduatos non attenditur prioritas graduationis, ſed
9 maioritas gradus † itaque doctor in vtroque iure prefertur doctori in
altero iurium etiam prius graduato. ad quod facit bona gl. in. c. iſido-
rus. xvj. di. dicens quod non attenditur prioritas tēporis, ſed maioritas
auctoritatis per quā gl. dixit domi. ī. c. Epiſcopus. xvij. di. quod ſi vnus
Canonicus eſt maior altero ſcīa vel nobilitate vite precedet alium etiā
ꝓus receptū, ergo eadē rōne doctor magis graduatꝰ debet ꝑcedere minꝰ
graduatū, q̄uis ille minus graduatus fuerit ꝓus graduatus. Ceteris autē
paribꝰ, debent attendi ea que ponūtur in octaua parte regule quā nunc
expedio. vꝫ vt preſentes in curia qui eam per ſex menſes ante vocatio-
nem beneficiorum ſequuti fuerint abn̄tibus ab eadem etiam graduatis
10 extra ſtudium generale pariformiter ꝑferantur † & ſic pn̄tes in curia pre-
ferūtur abſentibus propter labores quos ſuſtinēt curiales et varias erū-
11 nas † ad ꝙ benefacit dictum Bal. in rubrica de offi. procon. vbi dicit ꝙ
dignior eſt Cardinalis, qui eſt preſens in curia, quam qui eſt extra curiā,
12 arg. l. prime. C. de propoſ. laborum. li. xij. Hinc eſt † quod qn̄ Cardina-
lis eſt abſens non gaudet prerogatiua regule ſup preſtādo ꝯſēſu in bene-
ficijs, q̄ impetrantur per obitū ſuorū familiarium, q̄uis etiam tunc req-
ratur expreſſio nominis & tituli ipſius Cardinalis, quaſi illud ſit datum
ꝓ forma in impetratione, ex quo regula habet decretū irritans iuxta do
ctri. Bal. ī. l. j. ff. de lib. & poſth. & ideo nullo pacto obmitti poteſt. c.
dilecto. & ibi do. Anto. Imo. & Abb. de preben. Bar. in. l. de his. ff. de
tranſac. & ita teneo licet aliqui contra.
13 ¶ † Qn̄ aūt cōcurrūt pn̄tes inter ſe vel abſentes inter ſe, tūc nō bn̄ficiati
bn̄ficia obtinētibus preferētur. quod eſt ſūme equū & iuri conſonū, vt
patet in. c. cū adeo. & . c. poſtulaſti. de reſcrip. & in. c. cum ſecundum.
14 de preb. cum ſimilibus. Et eſt ſciendū † ꝙ omnia que in hac ꝑte octaua
dn̄r debēt intelligi ceteris paribus, vt dicit lr̄a, que verba iudicio meo
hoc inportāt, vt ſi qualificati eadē q̄lificatione, puta duo filij ducū ꝯcur-
rant inter ſe, vel duo nobiles ex inferiori nobiliū gn̄e inter ſe. Aut duo
graduati in ſtudio vr̄i, qui ſint pares in gradu & in tēpore graduationis
inter ſe. & ſic oīa ſint paria quo ad qualitates & gradus & etiā paritatē
15 date † tūc ꝑmiſſis exn̄tibus paribus ꝑſentes preferūt abſentibus & inter
preſentes non bn̄ficiati bn̄ficiatis. ſimiliter inter abſentes ad inuicem
cōcurrētes non bn̄ficiati bn̄ficiatis etiā diligētioribus in ꝓceſſu vel rece-
16 ptis, aut creatis ī canonicos † vt denotat illud verbū pariformiter quod



eſt repetitiuū qualitatū in ſecūda parte regule poſitarū iuxta gl. in. c. cu-
piētes. §. inſup. de elec. lib. vj. ꝯſtat aūt quod nominati in ſecūda parte re
gule tollūt alijs inferioribus diligētiā ꝓceſſus receptionē & creationē in
canonicū, & ſimiliter nominati in ſequentibus cellulis tollūt poſterius
nominatis, vt denotāt verba repetitiua ſimiliter pariformiter poſita in
fine cuiuſlibet cellule. Vn̄ cū verbū pariformiter de quo in iſta parte
importet in ꝑcedētibus cellulis, vt tollatur diligētia ꝓceſſus, et alie ꝑro-
gatiue iuris cōmunis. ergo ſequit̄ quod idē debet importare quo ad hic
nominatos, ꝑ illud vulgare quod ꝑcedētia declarāt ſequētia. l. ſi ſeruus
17 plurium §. fi. ff. de leg. j. † alias vnū. & idē verbū diuerſimodā haberet ſi-
gnificationē, quod videt̄ abſurdū maxime qn̄ apponit̄ ī eadē diſpoſitio
18 ne, & eadē lege. arg. l. iij §. filius. ff. de lib. & poſthu. † vbi ꝓbatur quod
clauſula poſita īter plura capl̄a, ſiue ponat̄ an̄ oīa, ſiue poſt oīa, refertur
ad oīa, multo fortiꝰ qn̄ reperit̄ ī fine cuiuſlibet capl̄i debet idē ſignifica-
re, & eūdē effectū importare, ne vna & eadē res diuerſo iure cenſeat̄. l.
eū qui edes. ff. de vſuc. c. cognouimus. xij. q. ij. ¶ Et hūc intellectū puto
eſſe veriſſimū, licet ꝯriū dicat dn̄s de Sotto. & minus bn̄ iudicio meo.
Nō obſtat ſua ratio, dū arguit ab abſurdo, dicēs ſi familiaris Pape poſt
aſſūptionē ad familiaritatē veniēs nō tollit diligentiā ꝓceſſus graduato
extra vniuerſitatē ſed inter eos ſimul ꝯcurrētes debet ſeruari ius cōmu-
ne, vt vult iſta regula in quinta parte quāto minus ſolūmodo preſēs in
curia non familiaris Pape, ſed alias forte ſtabularius vnius curialis non
debet poſſe tollere tali graduato diligētiā ꝓceſſus. Sed ſalua pace, qa ſi
eſt ſtabularius, iā non eſt ita qualificatus, ſicut alius, & ſic cetera nō ſunt
paria, vt vult regula in iſta parte, perdit. n. prorogatiuam ſui gradus li-
cet alias ſit graduatus, ex quo exercet officium, ita vide argu. tex. ī. c. fi.
de vita & honeſta. cler. iuncta cle. infra. eo. tit. & ideo, vt euitetur abſur
dum, quod ipſe adducit oportet intelligere, quod preſens in curia ita
demum tollat diligentiam proceſſus abſenti. quando ambo ſunt gra-
duati. vel alias habent pares qualitates, tunc ceteris exiſtentibus pari-
bus preſens tollit diligentiam proceſſus abſenti. ¶ Et hoc apertiſſime
19 declarauit modernus pontifex Iulius. ij. † dum in ſua regula preroga-
tiuarum noluit quemcunq; preſentem in curia debere preferre abſen-
ti graduato etiam extra vniuerſitatem. ſed ita demum, ſi preſentes in
curia ad minus in artibus magiſtri. vel in aliqua alia facultate bacu-
larij, ſeu de nobili genere procreati extiterint. ¶ Iſta ſunt verba forma-
lia moderne regule, que cum miſterio fuerunt appoſita ad declaran-
dam mentem aliorum Pontificum precedentium. & fuit optime fa-
20 ctum † vt vnde ius prodijt, interpretatio quoq; procedat. c. inter alia. de
ſent. exc. lex. n. debet eſſe clara. c. erit autem. iiij. di. Hec quo ad tertiā
cōcluſionē ꝓncipalē dicta ſufficiāt. Alias tres cōcl̄ones, & ſic ſūt ſex. po
ſui ſupra circa tertiā partē regule. ī ver. ꝯcludo ergo, & ex ꝑmiſſis, & c.

## SVMMARIVM

1 Nobilis ex inferiori genere nobilium an preferatur theologo, vel doctori iurium, & nume. ſequentibus.
2 Argumentum ab ordine litere valet.
3 Qualitas naturalis inſpicitur, quãdo concurrit naturalis, & accidẽtalis.
4 Meum magis eſt, quod per meam virtutem acquiro, q̃ȝ illud quod ꝑ anteceſſores habeo.
5 Clarus quis põt ex ignobilibus parentibus effici, & ex claris ignobilis.
6 Viri eminentis ſcientie vix ad culmina dignitatum nedum ad prebendas reperiri valent.
Conſuetudo vel ſtatutum reprobatur diſponens, ꝙ non admittatur in canonicum, niſi nobilis.
7 Nobilis moribus & ſcientia nobili tantum ex genere eſt preferendus.
8 Nobilis moribus & genere preferendus eſt ei, qui eſt nobilis moribus.
9 C. de multa de preben. loquitur in magnis nobilibus.
10 Nobilis non graduatus, licet ſit preſens in curia non tollit diligentia ꝓceſſus graduato in vniuerſitate licet abſenti.
11 Argumentum a contrario ſenſu in iure eſt validum.
12 Gradus plures habens quorum nullus per ſe ſufficit ad precedendũ aliũ etiam non procedit virtute omnium inſimul.
13 Probationes due imperfecte plenam probationem non inducunt.
14 Familiaris pape ſi concurrat cum vno de duodecim familiaribus cardinalium, & ambo ſint pares in data, et proceſſus fulminatione, & in ceteris equales, quis preferatur.
15 Familiares pape deſcripti in cãcellaria apoſtolica omnibus hic enumeratis preferuntur exceptis pauperibus expectantibus.
16 Reſpublica Chriſtiana regitur per curam, & conſilia cardinalium.

VNDE FACIO ſeptimam cõcluſionem, ſed quia eſt diſputabi-
1 lis ad vtranq; partem pono eam per modum dubij. † videlicet vtrum ſi
nobilis ex inferiore nobilium genere nõ graduatus concurrat cum ma-
giſtro in theologia vel graduato in vtroq;, vel altero iuriũ in ſtudio ge-
nerali, qui non ſit nobilis ex genere, quis horum preferatur. & certe vt
predixi dubium eſt diſputabile, quia omnes predicti ponũtur in eadem
cellula, vnde videndũ eſt, quis eorum de iure cenſeatur dignior & ma-
2 gis qualificatus. ¶ † Et primo ꝓ nobilibus facit argumentum ab ordine
littere, nam in iſta regula & in. c. de multa. ad finẽ. de preben. premittũt
3 nobiles. ¶ Secundo ad idẽ facit ratio. † quia quando concurrit qualitas
naturalis & accidentalis inſpicit̃ & prefertur naturalis. l. qui habet. ff.
de tutel. ſed nobilitas põt dici qualitas naturalis ſcientia vero accidẽta-
lis iuxta gl. in. c. ſi forte. de elec. lib. vj. igit̃ etc. ¶ Sed pro graduatis facit



4 gl. elegans in. l. ſi q̃d in bello in ver. erat. ff. de captiuis & poſti. re. † que
dicit quod magis eſt meum quod per meam virtutem & ꝓbitatẽ acq̃ro,
quam illud quod per anteceſſores habeo. & Phalaris in quadã ſua epi-
ſtola ſic inquit. ego ſolam virtutem nobilitatẽ ſcio cetera omnia fortu-
5 na. † fieri. n. poſſet vt ex ignobilibus parentibus quis efficiatur clarus et
ex claris ignobilis. Pro hac parte facit text. in. c. cum ex eo. de elec. lib.
vj. vbi dicitur quod vniuerſalis eccleſia viris litteratis ꝑ maxime noſcit̃
6 indigere ſimiliter dicit tex. in. c. venerabilis. de prebẽ. † ꝙ vix ad culmi-
na dignitatum nedũ ad prebendas viri eminentis ſcientie valent repiri.
& ibi etiam reprobatur conſuetudo vel ſtatutum diſponẽs quem non
admitti in canonicum alicuius eccleſie, niſi ſit nobilis, & ita illum text.
notat ad hoc Roma. conſi. cccxxvij. incip. iſte ſunt rões. ¶ Tandem
pro veritate ego inclinarem in iſtam partem ꝑ elegans dictum Cy. qui
7 videtur decidere hanc q̃onem in. l. prouidendũ. C. de poſtu. † vbi dicit
quod nobilis moribus & ſcientia preferendus eſt nobili ex genere tm̃.
8 quia ille nobilitatẽ exquirit a ſe, alius vero pollet nobilitate ſuoꝝ † ſed
ſi q̃s eſſet nobilis moribus & genere tunc eſt preferendus ei qui nobilis
eſt moribus tãtum, quia duplex decus fulget in eo, & ſuum proprium,
& ſuoꝝ. hoc dictum Cy. refert & ſequitur Pan. in. c. j. de don. allegãdo
pro eo bonum tex. in. c. nunquam. de vicijs. lvj. di. ¶ Et tenendo hanc
9 partẽ poſſet reſpõderi ad. c. de multa. ſupra. ꝓ nobilibus inductũ † videli
cet q̃d loquitur de magnis nobilibus de quibus in prin. huius regule. &
hoc denotat illud verbum ſublimes perſonas, ꝙ ꝓprie reſpicit magnos
10 nobiles non inferiores. Sed hanc cõclõnẽ limito vt non ꝓcedat † quã-
do nobilis non graduatus eſſet preſens in curia, quia tunc prefertur ab-
ſẽti graduato extra vniuerſitatem, vt vult regula Iulij. dum dicit ſeu de
nobili genere procreati extiterit, ſed non prefertur graduato in ſtudio
generali per vniuerſitatem, nec tollit illi diligentiam proceſſus vel rece
ptionẽ in canonicum aut creationes; quia regula in iſta parte octaua q̃
vult preſentẽ preferri debere abſenti non obſtante diligentia proceſſus
ſm̃ intellectũ quẽ ſuperius tenui. loquitur quãdo abſens eſt graduatus
11 extra vniuerſitatem. ſecus ergo quando in vniuerſitatẽ † arguẽdo a ꝯrio
ſenſu quod argumentũ eſt validiſſimum in iure. l. j. §. huius rei. ff. de offi-
cio eius. cũ vulgaribus. ¶ Octaua cõcluſio quod ſi quis habet oẽs iſtos
gradus. videlicet quod ſit baccalarius formatus in theologia, & licẽtiatꝰ
in iure ciuili cum rigore examinis, item magiſter in artibus cõſequẽter
ſit Petrus in cunctis, talis non prefertur decretorum doctori, & multo
12 minus in vtroq; iure graduato in ſtudio generali. † quia habens plures
gradus quorum nullus per ſe ſufficit ad precedẽdum aliũ, non precedit
illum virtute omnium ipſorum, vt eleganter probat Romanus conſil.
cccxxxiij. incipiẽ. quo ad primum. ꝑ. l. Spadonem §. qui iura multa. ff.
de excuſ. tuto. qui eſt optimus text. per quem dicit Egidius concluſio,

13 ccccxix. incip. ꝙ duo. † duas probationes ſingulariter de per ſe imper-
fectas non inducere plenam probationem, vt vincatur vna de ſe plena
& perfecta. vnde cum ſinguli predictorum graduũ nõ ſufficiant de per
ſe contra doctorem decretorum, vt īnuit iſta regula cõiungendo tertiã
& quartam cellulam prout in eis dixi. Igitur nec omnes ſimul iuncti de-
14 bent ſufficere contra talem doctorẽ & graduatum. ¶ Nona † ſi ↄcurrat
familiaris Pape cum vno de duodecim familiaribus ſingulorum Cardi
naliũ. & ambo ſint pares in data & fulminatione proceſſus ac in ceteris
equales prefertur familiaris Pape per iſtam regulam in ſeptima parte.
Quam intelligo de familiaribus Pape etiam poſt eius aſſumptionem in
familiaritate receptis ex quo regula gñaliter & indiſtincte loquitur. c. ſi
Romanorũ. xix. di. & in. l. j. § generaliter. ff. de leg. preſtan. & pondero
quia non dicitur in hac parte pariformiter preferãtur, ſed ceteris paribꝰ
preferantur, per quod datur intelligi quod huiuſmodi familiares Pape
non preferuntur predictis. xij. fami. Car. diligentioribus in proceſſu
vel receptis aut creatis in canonicos. quod ſuadet ratio, vt quãto minus
fieri poteſt ledatur ius cõmune, per iſtam regulam que eſt exorbitans &
non extendenda extra ſuos terminos, in quibus preciſe loquitur. c. pri
mo de fil. preſbyterorum lib. vi. quod. n. non mutatur &c. l. ſancimus.
15 C. de teſta. l. p̄cipimus. C. de appella. ¶ Decima & vltima concluſio † fa-
miliares continui cõmenſales Pape deſcripti in cancellaria apoſtolica
omnibus in hac regula enumeratis preferuntur exceptis pauperibus ex-
pectantibus, vt in ſuperioribus dixi. & etiam perſonis dominorum Car
16 dinalium † per quorum curam & ↄſilia reſpublica chriſtiana regitur &
expeditur, vt dicit Oldra. cõſilio. ccxj. incipi. ad propoſitum, verum qa
inſtat principium ſtudij & vrgent lectiones ordinarie receptui, canam:
Laus Deo & beate virgini ac diuo Hieronymo cõteraneo meo. Amẽ.

¶ Explicit Tractatus ſuper Literis Gratie.

## IDEM IOANNES STAPHILEVS SVPER Commiſſionibus, & litteris iuſtitie.

### SVMMARIVM

1 Littere iuſtitie aut ſunt commiſſiones, aut breuia, aut reſcripta.
2 Commiſſiones in quo loco per Papam concedantur.
3 Commiſſiones per quem ſignantur.
4 Commiſſionum ſubiecta materia que ſit.
5 Auditores rote in diffiniẽdo iuriſdictionẽ delegatum habere dicũtur.
6 Commiſſiones in curia quibus dirigantur.
7 Auditor camere, & auditor ↄdictaꝝ an iuriſdictionẽ ordinariã hñant.



8 Ordinariam iuriſdictionẽ, vt quis dicatur habere, que ſint neceſſaria.
9 Cõmiſſiones conceduntur ꝑ ſolam ſignaturam, nec regiſtrantur.
10 Cõmiſſiones quare non regiſtrantur, ſicut ſupplicationes.
11 Sumptum de regiſtro ſupplicationum non facit fidem in iudicio.
12 Signaturarum in commiſſionibus varij ſunt modi.
13 Petita in commiſſionibus intelligũtur, conceſſa ſi non ſunt cancellata.
14 In ſignatura que debeant ſpecialiter concedi.
15 Commiſſio ſpecialis requiritur ad procedendum ſummarie.
16 Proceſſus ſummarius, vt intelligatur conceſſus, Signatura debet dicere audiat talis, & ſummarie procedat.
17 Verba de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſũt diuerſa, & vnum ſine alio ſepe ponitur.
18 Vicecancellarius poterat declarare dubia iuris, & concurrebat olim cum papa in poteſtate.
19 Eius eſt interpretari, cuius eſt condere.
20 Vicecãcellarius commiſſiones ſimplices ſignat, aut regens cancellariã.
21 Signatura quando dicit, ꝙ procedatur ſummarie, vel ꝙ ꝓcedatur ſola facti veritate inſpecta, vel vtrunque copulatiue, quomodo ſit procedendum.
22 Articuli quando fungãtur officio petitionis, & facti probatorij.

1 ABSOLVTO Tractatu litterarum gratie. † Dicen-
dum eſt de literis iuſtitie. quorum ſumma diuiſio hec
eſt, quia aut ſunt ↄmiſſiones, aut breuia, aut reſcripta.
Licet hec omnia largo ſumpto vocabulo ſub appella-
tione Reſcriptorum cõprehendantur quia ius & iuſti-
tiam concernunt. l. falſo. C. de diuer. reſcr. ibi ad ius
reſcribuntur. & in. c. cauſam que. de reſcrip. Proprie
tamen & ſtricte inter ſe differunt. quia fiunt & expedi-
unť ꝑ diuerſos ſuper diuerſis materijs ſub diuerſa forma & vario ſtilo,
ideo diuerſis nominibꝰ nũcupanť, iuxta. l. ſi idẽ. C. de codicil. & quod
2 notat Ab. Pan. in. c. quoniã ↄ falſam. in notabilibꝰ. de ꝓbatio. ¶ † Cõ
miſſiones nãq; cõcedunť aliquãdo ꝑ Papã in cõſiſtorio publico, & ꝓ-
ponũť ꝑ aduocatos cõſiſtoriales, vt oẽs palã & publice videãt ſũmũ Põt.
facere iuſtitiã cũ eqtate. c. ꝓmo. de officio delega. iũcto. c. forus. de ver-
3 bo. ſignifi. † Sed vt plm̃ ꝑꝑ occupatiões cõmittit iſtã ſignaturã alicui Car
dinali q̄ videt cõmiſſiones cũ Referẽdarijs & ſignat ad maiorẽ partẽ ip-
ſoꝝ. vel cõmittit alicui epiſcopo ad partẽ vt patet per expiẽtiã, & ponit
4 glo. in regula vigeſima qnta, † Predictarũ cõmiſſionũ ſubiecta materia
ſũt cauſe īcepte vľ īcipiẽde ī Rõana Curia, & dirigũť Auditoribꝰ Rote
5 ꝓ maiori parte † & ideo dicũť hñre iuriſdictionẽ delegatã in diffiniẽdo, vt
dicit gl. ī cle. Auditor. de reſcrip. & ponit Spec. ī ti. iij. § j. poſt ꝓncipiũ.

†diriguntur etiam Epiſcopis & alijs prelatis in Romana curia cõmorã-
6 tibus.quia ibi nullus habet ordinariã iuriſdictionẽ, niſi Papa, vt notat
Archidiaco.in capitulo experientie.xj.q̃ſtione prima.facit quod legit,
& notatur in clem.ne Romani.de electio. †licet aliq dicant Auditorẽ
7 camere & Auditorem contradictarum habere ordinariam, iſta tamen
conſiſtunt plus in facto quã in iure vt dicit Cardina. in.d.cle. Auditor
ſubijciens quod ſi aliud non appareat in dubio vera eſt opinio Arch. ꝙ
8 omnes habent delegatam †quia non habent certam adminiſtrationem
reſpectu territorij, quod requiritur ad hoc vt quis dicatur habere ordi-
nariam, iuxta notata in.c.cum contingat.de foro cõpetenti. ſed depu-
tantur perſonis argumen.c.penulti. de in integ. reſtitu. & ita pronun-
ciauit Bonifacius Papa vt refert Ioan.an. in loco ſuperius allegato, cui
pronunciationi ſtandũ eſt.c.in cauſis, de re iud. Omnes ergo in Roma
na curia exiſtentes iudicant aut ex generali delegatione Pape, vt dicit
Specu.in titulo primo §.j.in ver. ſed nũquid. in fin. aut ex ſpecialibus
& particularibus commiſſionibus de quibus modo loquimur.
9 ¶ †Conceduntur autem huiuſmodi commiſſiones per ſolam, et ſimpli
cem ſignaturam abſq; alia expeditione bullarum, & ſecundum ipſarũ
tenores & formas iudices iudicant, vt vult regula vigintiquinque facit
quod no.gl.in.c. inſtitutionis.xxv.q.ij. & per doc. in prohemio ſexti
10 †nec regiſtrantur prout ſupplcationes, quia cum ille ꝯtineant iuſtitiam
iſte vero gratiam, nõ preſũmitur ita falſitas in illis, ſicut in iſtis.c.penul.
de crimi.fal. ſicut non preſumitur quod in re modica doloſe agatur.l.ſi
11 oleum §.fi.cum.l.ſeq.ff.de dolo facit.c.ex lr̃is.de fide.inſtru.† & ex hijs
colligitur cauſa quare ſumptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarũ
non facit fidem in iudicio, vt dñt de Rota.deci.dcxxj.incipi.nota ſum-
ptum.in antiquis, ſed in cõmiſſiõib⁹ aliud ſeruatur, vt patet ex p̃miſſis.
12 ¶ Dicendum eſt modo de ſtilo & forma ſignature† que fit varijs modis
in huiuſmodi commiſſionibus ſecundum uarietatem & diuerſitatem
caſuum, & materiarum occurrentium, & eſt mare magnum, & cam-
pus latiſſimus ad currẽdum, et quia complecti omnia eſſet nimis arduũ
& mihi difficile, cum plura ſint negotia quam vocabula.l.iiij.ff.de pre-
ſcrip. ver. natura enim ſemper nouas cupit edere formas, vt dicit tex.
in.l.ij §.ſed quia.C.de vete.iur.enucle. Ideo ex multis & pene infinitis
aliquas formas & nonnulla exempla ſubijciam. ſed prius premittendũ
13 eſt vnum generale. videlicet † quod licet omnia petita in commiſſione
intelligãtur conceſſa, ſi nõ ſũt cancellata, vt dicit Rota deci.cclxxviij.
incipien. nota quod ſi petatur. in antiquis. & . lxxvij. in nouiſ. per. c.
14 olim.de reſcrip.†ſunt tamen quedam que debẽt ſpecialiter, & expreſſe
concedi in ſignatura, vt puta ſi in commiſſione petitur quod procedat
in cauſa ſimpliciter & de plano ſola facti veritate inſpecta & c. licet p̃di
cta verba non ſint cancellata, nec aliquod eorum. ſi ſignatura tantum
habeat



habeat audiat talis, & iuſtitiã faciat, Auditor vigore talis cõmiſſiõis nõ
poteſt procedere ſũmarie & c. prout fuit petitũ quia hoc non videtur
cõmiſſum imo neglectũ, ſi enim Papa voluiſſet hoc expreſiſſet.c.ad au-
dientiã.de decimis. Ita formaliter dicit Rota Deciſ.ccclxxix.incipien.
15 nota quod ſi in cõmiſſione.in antiquis. † Preterea requirit expreſſio et
ſpecialis cõmiſſio de mandato Pape ad ꝓcedendũ ſũmarie, vt eſt tex.in
clemen.ſepe.de verbo.ſigni.in princi. ibi cõmittimus & ꝓcedi manda-
16 mus & c. † & ideo ad hoc vt ĩtelligatur cõceſſus ſũmarius ꝓceſſus debet
ſignatura dicere. Audiat talis & ꝓcedat ſũmarie & c. quia tunc ſub illo
verbo & c. veniũt omnia alia in cõmiſſione non cãcellata. videlicet de
17 plano ſine ſtrepitu et figura iudicij † que tamen ſunt diuerſa & unũ ſine
alio ſepe ponitur, & cõmittitur, vt notat Io. an.in dicta clemẽ. ſepe. &
ita atteſtant domini de Rota in deciſ. p̃allegata & alia in nouiſ. cclviij.
incipien. ſi cõmiſſione &c. idẽ ponunt in antiquis deciſio. dcclxxxviij.
incipiente ſciendũ eſt. Vbi dicũt quod ita declarauit ſemel vicecãcella
18 rius. † et loquitur ſecundũ illa tẽpora quãdo vicecãcellarius poterat de
mero iure declarare dubia iuris, nã cõcurrebat cũ Papa in poteſtate, vt
ponit Cardi.in clementina Romani.de electio. Hodie habet poteſtatẽ
reſtrictã et limitatã ꝑ certas regulas, & bene vt ſit vnũ caput, & nõ plura
in vno corpore tanq; mõſtrũ.c.in apibus.vij.queſtione prima.iũcto.c.
qm̄ in pleriſq; de officio or. & ideo quãdo occurrit aliquod dubiũ iuris
19 vt in caſu premiſſo recurrit ad Papã ꝓ declaratione† q̃a eius eſt interpre
tari cuius eſt condere.c.inter alia. de ſenten. excom.
20 ¶ †Pro cõmiſſionibus autem ſimplicibus recurritur ad vicecãcellariũ,
qui per ſe vel per ſuum regentem cancellarie ſignat de mãdato domini
21 noſtri Pape & c. Redeundo ad propoſitum † quando ſignatura dicit
quod procedatur ſummarie &c. qui termini ſunt ſeruandi in beneficia-
libus vel prophanis. Item quando dicit quod procedatur ſola facti ve-
ritate inſpecta. vel terminis non ſeruatis. Item quando cõceditur vtrũ-
que copulatiue, quomodo & qualiter ſit procedẽdũ, declarat magiſtra
liter deciſ. Rote. xxxiij. incip. quando committitur in nouiſ.
Vnum non obmitto pro complemento huiuſmodi ſignature, quod
vbi petitur ſummarie procedi in cauſa magna & dicatur quod ſumma
22 rie. † tunc ſolet addi, quod articuli ſint loco libelli. nam alias non pre-
cedente petitione non poſſet ferri certa ſententia, prout requiritur §. cu-
rare inſtit.de act. & in .l. hec ſententia.C.de ſent. que ſine cer. quant.
& ideo tali caſu articuli duplici funguntur officio, tenent enim locum
petitionis, & locum facti probãdi, ſecundũ Oldr.in queſtione.ccxxiij.
& ponit additio ad Rotam in deciſ. xxxiij. in nouiſ. Hijs ita generali-
ter cognitis, deueniẽdũ eſt ad particularia q̃a vt in ſuperioribus dixi in
ſimili ꝓpoſito. tunc veriores efficiuntur ſermones noſtri, cum ad indi-
uidua deſcendimus ſecundum Philoſophum.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Signatura quomodo aptatur, quando petitur poſſe experiri litteris nõ confectis.
2 Gratia apoſtolica ante litterarum ꝯfectionẽ dicitur quedã res imꝑfecta.
3 Gratia pape non dicitur perfecta, niſi per litterarum confectionem in mundum reducatur.
4 Reus non dicitur vexari ex ſola commiſſionis impetratione.
5 Prohibitus impetrare iudicem ſub pena, ſi impetrat non punitur, niſi ſequatur vexatio.
6 Vexatio a citatione incipit, ita demum, ſi citatus aliquod intereſſe pretendere poteſt.
7 Cautela vt quis poſſit experiri lr̃is nõ confectis, fere vſq; ad ſententiã.
8 Commiſſiones ſunt communes, & reus poteſt vti reſcripto per actorẽ impetrato, etiam cum clauſula preiudiciali, & econuerſo.
9 Malitijs hominum indulgendum non eſt.
10 Sumptum de regiſtro litterarum apoſtolicarum bullatarum fidem in iudicio facit.
11 Clauſula ꝙ beneficium interim nõ cenſeatur litigioſum, etiam quo ad effectum ſubrogandi, quare apponatur.
12 Litis pendentia de iure inducitur poſt citationem executam quantum ad reum, & poſſeſſorem.
13 Actor ſi moritur poſt decretam citationem, regula de ſurrogandis locum habet.
14 Cauſam committi faciens contra poſſeſſorem & obtinẽs citationem, ſi ante illius executionem ſpoliet aduerſarium per modum attentati reuocabitur.
15 Clem. ij. vt lit. pen. habet locum etiam in actore ante executionem citationis factam contra reum.
16 Lis dicitur pendere etiam ante terminum ad articulandũ quo ad priuilegia lite pendente per actorem impetrata, & ceſſione ipſius.
17 Actor impetrans ius ſuum cedere non poteſt alteri ante terminum ad articulandum.
18 Litis pendentia inducirur per ſolum decretum citationis quo ad ꝑiudicium impetrantis, licet citatio ad notitia citati non peruenerit.
19 Clem. ij. vt lit. pend. hic declaratur.
20 Commiſſio non datur litteris non confectis ſuper duobus beneficijs, niſi contra vnum.
21 Commiſſio qualiter detur ſuper validitate ꝓceſſus habiti parte abſẽte.
22 Citationis notitia ſufficit quomodocunq; habeatur.
23 Modus probandi ꝙ citatus habuit notitiam citationis.
24 Citationis in totum cõmiſſe defectus inſanabilis eſt.



25 Clauſula ſupplentes omnes defectus de quibus defectibus intelligatur.
26 Clauſula predicta refertur ad iuris ſolennitates, non autem perſonarũ defectum ſupplet.
Nec per talẽ clam intelligitur diſpenſatũ, vbi diſpenſatio eſt neceſſaria.
Nec abſolutio ab excommunicatione inducitur.
27 Citatio eſt de iure naturali, & diuino nec per Papam tolli põt.
28 Papa defectũ conſenſus ſupplere non poteſt.
29 Papa non poteſt inducere matrimonium ſupplendo conſenſum.
30 Proceſſus quãdo eſt nullus, vel ſentẽtia ex defectu mandati, tunc nullitas per aliquam ſignaturam non ſanatur.
31 Nullitas ex defectu mandati non ſanatur, etiam refectis expenſis.
32 Iudex poteſt ex officio compellere procuratorẽ, vt mandatũ exhibeat.
33 Iuriſdictionis defectus, & competentie non ſanatur.
34 Conſenſus tacitus in prorogatione ſufficit.
35 Conſenſui nil eſt tam contrarium, q̃ error.
36 De iuriſdictione prius, & ante omnia conſtare debet.
37 Exceptio aliqua, licet non poſſit opponi ꝯ tres ſententias conformes, exceptio tamen nullitatis ex defectu iuriſdictionis opponi poteſt.
38 Nullitas nunq̃ cenſetur ſublata per quam iuriſdictio negatur.
39 Statutum quod ſententia arbitri nulla exceptione obſtante executioni mandet, intelligit dũmodo cõſtet quod ſit arbiter, & ſentẽtiã tulerit.
40 Signatura licet ſanet defectus ex via nullitatis refectis expẽſis, nunquã tamen ſanat defectum ex capite iniuſtitie, vide infra numero. 44.
41 Sententia, vt per papam confirmetur, requiritur, quod ſit iuſte lata quãdo procedit ex poteſtate ordinaria.
42 Nullitas proceſſus ante ſententiam latam ſanatur ſine refectione expẽſarum in beneficialibus.
43 Sententia ſi deficit in iuſtitia naturali, non poteſt per papam cõfirmari.
45 Sententia ſecunda confirmatoria prime an ſit nulla vel iniuſta.
46 Caſus in quo ſanatur defectus ſententie ex capite iniuſtitie.
47 Confirmans nil de nouo dat.
48 Ex ſententia confirmata an agatur, an ex confirmante.
49 Iudex primus exequitur ſententiam confirmatam, & non ſecundus.
50 Ius nouum impetrare lite pendente non eſt attentare.
51 Actor lite pendente nouum ius agendi acquirere poteſt.
52 Cõmiſſio datur, ꝙ auditor ex eodẽ ꝓceſſu faciat iuſtitiã ſup nouo iure.
53 In cauſa beneficiali ab initio deducitur omne ius, quod competit, vel competere poteſt vtriq; parti.
54 Poſſeſſor an poſſit petere refectionem expenſarum, eo quod actor nõ fouendo iuſtam cauſam multum in lite expendidit.
55 Actoris temeritas & rei in litigando compenſatur, quo ad expenſarum refectionem factarum ante productionem noui iuris.

56 Per ſignaturam cõmiſſionum nil cõceditur, quod merita cauſe tangat.
57 Reſcriptum, ſi quid contra ius concedit, mutat nomen reſcripti.
58 Signatura de iuſtitia nunquam ſtatutis derogat, nec datur ꝙ ſimul de ſpolio & proprietate cognoſcatur.
59 Petitorium, & poſſeſſorium ſi ſimul, & ſemel a principio intentatur, adüerſarius poteſt ſuper vtroqꝫ ſe defendere.
60 Stilus ſignature cõmiſſionũ in dubio pſumitur, cõmiſſio, & nõ gratia.
61 Monitorium ſi petitur dari contra debitorem defũcti datur cum clauſula abſqꝫ preiudicio potioris creditoris.
62 Signatura cur dicit prouideat protector, vbi materia religionem tãgit.
63 Ordo eccleſiaſticus confunditur, ſi vnicuiqꝫ ſua iuriſdictio non ſeruat.
64 Executa ſententia ſi aliquid petitur ſuper materia executionis vel ſubreptionis monitorij nil per ſignaturã datur, quod rẽ iudicatã tãgat.
65 Subreptio gratiam vitiat.
66 Commiſſio datur ſuper nullitate, non obſtante ꝙ ſententia tranſiuerit in rem iudicatam.
67 Super nullitate ſi petit̃ pcedi, an debeat addi ſine p̃iudicio rei iudicate.
68 Sententie nulle executioni mandantur.
69 Exceptio nullitatis an & quando ſententie executionem impediat.
70 Que de facto proceſſerunt de facto reuocari poſſunt, non citata parte.
71 Poſſeſſio vnius alteri data iuris ordine non ſeruato poteſt de facto reuocari, poſſeſſore etiam non vocato.
72 Exceptio quãdo plus operetur, q̃ꝫ actio mota cum inhibitione iudicis.
73 Crimen per exceptionem probatum non punitur.
74 In ſignatura melius eſt apponere illa verba ſine preiudicio rei iudicate.
75 Executor vidẽs exceptionem falſi opponi cauſa differẽde executionis, quid debet facere.
76 Iudex quando vehementer preſumit contra excipientem non debet curare de exceptione, vel appellatione.
77 Subrogato quando detur effectus executorialium habitarum iam per defunctum.
78 Gratia noua impetrata per actionẽ debet intimari reo, etiã contumaci.
79 Iudex in cõmiſſione petitus an dari debeat.
80 Cõmiſſio alteri preiudicialis non ſignatur niſi prius ille citetur.
81 Innocẽtius fuit veritatis pater.
82 Cõmiſſio datur petenti procedi in petitorio iam ſuſpenſo, ſed refectis expenſis.
83 Variare non licet cum alterius diſcrimine.
84 Cauſa non debite penſionis non cõmittitur, niſi cũ clauſula abſqꝫ retardatione ſolutionis eiuſdem.
Et qua de cauſa dicta clauſula ponatur.
85 Cõmiſſio datur ſuper penſione impoſita per inferiorem, & nõ apponit̃ clauſula ſine retardatione &c.



86 Cõmiſſio nõ datur ſimpliciter ſuper reductione penſionis ẽt ſucceſſori illius qui conſenſit.
87 Penſio poteſt eſſe exceſſiua, & tamen non erit reducenda.
88 Iniuria non fit volenti.
89 Penſio vltra medietatem fructuũ debet reduci.
90 Contractus debet reformari quando deceptio interuenit vltra dimidiã iuſti precij.
91 Cauſa iuſta que ſit petendi reductionem penſionis.
92 Cenſus impoſitus eccleſie quando moderari debeat.
93 Conſuetudines eccleſijs grauamen inferentes tolli debent.
94 Clericus non conuenitur vltra q̃ꝫ facere poſſit.
95 Papa licet manum appoſuerit in aliqua cõmiſſione, tamẽ reformatur, ſi venit reformanda.
96 Sententia pape in melius reformari poteſt.
97 Factum proprijs manibus quando dicatur.
98 Literis pape aſſerẽtibus reſignationem fuiſſe factam in eius manibus, quando ſtetur.
99 Verba narratiua pape de reſignatione an probẽt vacationem vel procuratorium.
100 Reſeruatio an probetur ex verbis pape narrãtis reſeruaſſe beneficium collationi ſue.
101 Pape aſſertioni quando non ſtetur.

1 IN PRIMIS Igitur ſciẽdum eſt, † quod potẽs poſſe experiri literis
non cõfectis debet opponere in cõmiſſione iſtam clauſulam, videlicet
quas tamen infra terminum ad articulandum expedire paratus eſt, alias
debet iſtud addi in ſignatura, quod fit propter regulam canzellarie, que
caſſat commiſſiones fiendas ſuper beneficijs conceſſis per gratiam apo
ſtolicam, de quibus nõ ſunt litere apoſtolice confecte caſſat etiam pro=
ceſſus deſuper habendos, que regula habet in ſe equitatem, quia vt ſu=
pra dixi in alio propoſito ex mente Rote deciſ. dcxxj. in antiquis ſum=
ptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum non facit fidem in iudi=
2 cio † gratia enim apoſtolica ante confectionem literarum dicitur que=
dam res informis, & imperfecta, que poſtea in confectione lrarũ for=
maliter politur & ad ſuum eſſe perfectum, per adiectionẽ clauſulaꝝ ne
ceſſariarũ reducitur, vt dicit formaliter Rota deciſio. ccccl viij. incipien
te circa ſecundũ in nouiſſimo. & ideo dicit Oldra. conſilio. ccxxvij. &
3 Bald. in. c. primo. in ſecunda columna per quos fiat inueſtitura † quod
quelibet gratia Pape non dicitur perfecta, niſi reducatur in mundum
per confectionem literarum, argumen. l. contractus. C. de fide inſtru=
mento, Curia tamen tenet literas dici expeditas, qñ ſunt plumbate, ad

quod bene facit tex.in.c.licet de cri.fal.et quod ponit domi.ex mente
Lap.in.c.ſi cui.de preben.lib.vj.
¶Derogatur igitur predicte regule per talem ſignaturam modificatam
vt ſupra,nam datur commiſſio litteris non confectis,& valet, dummo-
do in termino ad articulandum litteras expediat, nec pro hoc ſit preiu-
4 dicium reo.† quia ex ſola impetratione cõmiſſionis non dicitur vexari
ſeu moleſtari, iuxta glo.no.in clemen.prima.in verſi. vexare de reſcri-
5 ptis. & probatur in.c. ceterum §. verũ eodem titulo in antiquis. † Vbi
ille qui prohibetur impetrare iudicẽ ſub pena, ſi ſolũmodo impetrat,
non punitur, niſi ſequatur vexatio, & licet predictum terminum ad
articulandum precedant tres alij termini. vz ad dicendum contra cõ-
miſſionem,item ad libellandum, libellariq; vidẽdũ,item ad iurandum
6 iurariq; videndum de calumnia,& veritate dicenda. † ex quibus poteſt
contingere vexatio,& moleſtatio rei que incipit a citatione, ſecundum
Imol.in.d.cle. prima. ad finem. & ponit dominus Feli.in.ca.ex teno-
re in prima col.de reſcrip. facit quod notat Bart.in.l. amplius non pe
ti.ff.rem rat.ha.& Bal.in.l.i.C.de nund. Nihilominus tolleratur talis
ſignatura, quia poteſt eſſe quod impetrans commiſſionem faciat citare
reum, & quod inſuper ſeruet predictos tres terminos. & tamen reus
nullas expenſas patietur, vt quia eſt preſens in curia,vel ſi ſit abſens,for
te citatus non comparebit. & ſic non poteſt pretendere aliquod inter-
eſſe,cum nihil interim expendat,facit bonus tex.in.c.diſpendia.de re-
ſcrip.li.vj.vbi ponderatur fatigatio ſolum quo ad expenſarum reſerua
tionem, ſecundum Io.an.& domi.ibi ad idem tex.in.d.c.ceterum.§.ve
rum, vbi ponderatur quod ille coegit reum laborare.& ſic ponderatur
fatigatio rei quo ad expenſas. quibus ceſſantibus ceſſat vexatio fatiga-
tio & moleſtia prout verba ipſa ſonant. Pone enim quod impetrans in
termino ad articulandum non expediat literas,& quod reus eſt preſens
in curia,vel ſi eſt abſens non comparuit.vt dixi.certe non dicetur vexa
tus vel fatigatus in aliquo,nec poteſt pretendere aliquod intereſſe,eti-
am quo ad hoc vt ſuum beneficium non efficiatur litigioſum reſpectu
regule de ſurrogandis, quia cautum eſt ſibi per vnam clauſulam, que
apponitur in tali commiſſione,vt inferius dicam. Aduertendum tamẽ
7 eſt,†quia cauti procuratores ſolẽt per indirectum extorquere commiſ-
ſiones, ut poſſint experiri litteris non confectis, & illas non expedire
quaſi ad vltimum.fere vſq; ad ſentẽtiam excluſiue, formant enim com
miſſionem, quoad iſtum effectum ſub hac forma, conſtitutionibus &
ordinationibus apſtolicis reguliſq; cancellarie apoſtolice ſanctitatis ve
ſtre illa preſertim,qua inter cetera voluit quod cauſarum cõmiſſiones,
& inde ſequuta literis apoſtolicis ſuper conceſſis gratiis non confectis
nullius ſint roboris vel momenti,cui ſpecialiter & expreſſe placeat de-
rogare.dummodo prefatus.N.literas apoſtolicas ſuper huiuſmodi cõ-



ceſſionis gratia expediri fecerit,antequam ipſe terminum ad articulan-
dum in huiuſmodi cauſa obſeruet. Stante iſta commiſſione & ea ſi-
gnata faciunt citare reum ſeruatoq; termino ad dicendum contra com
miſſionem nihil aliud curant facere ad effectum,ut non cogantur expe
dire literas in termino ad articulandum,quem actor ſeruare non curat.
& dato q reus citatus proſequatur litem & inſtet in obſeruatione ter-
minorum, quod facere poteſt in vim commiſſionis obtente per acto-
8 rem, † quia commiſſiones ſunt communes ita quod reus poteſt vti re-
ſcripto impetrato,etiam cum clauſula preiudiciali per actorem & econ
uerſo.c.j.&.ij.de mut.petit.notat Innocen. in.c.ex conqueſtione.de
reſtit.ſpolia.& domini de Rota deciſio.ccccij.incip. ſi actor,in nouiſ.
nihilominus non excluditur actor, quin poſt terminum ad articulan-
dum tãtum & ſeruatum per reum poſſit ipſe literas expedire.& proceſ-
ſus interim factus valet quia commiſſio arctat illum ad expediendas li-
teras circa terminum ad articulandũ ſeruandum per ipſum actorem,vt
ſupra in forma,& non curat de termino ad articulãdum ſeruato vel ſer
uando per reum, quia verba ita ſonãt a quibus non eſt recedendum.l.
non aliter.ff.de leg.iij.cum vulga. Sed quamuis iſta cautela ſeruetur a
multis,nihilominus eſt contra mentem predictæ regulæ,quæ facta eſt
ad obuiandum fraudibus impetrantium,qui habentes ſolam ſignatu-
ram moleſtant poſſeſſores,vt laboribus & ſumptibus fatigati vel com-
pellantur componere vel cedere iuri ſuo,vt in ſimili dicit tex.in.c.fin.
de reſcript.& ſic manifeſte ſit per hoc fraus legi & prefate regule, quia
amplexantes verba illius faciunt contra eius mẽtem & voluntatem ſta-
tuentis,vt dicit tex.in.l.non dubium.C.de legi.alias inuenta eſſet via
ad ſubuertendum predictam regulam, & videretur impoſita verbis &
non rebus,vt dicit in ſimili text.in.c.commiſſa.de elect.lib.vj. Prete-
rea huiuſmodi impetrationes & commiſſiones beneficiorũ contra poſ
9 ſeſſores ſepius fiunt in fraudem & cum malitia vt ſuperius dixi, † &
ideo malitijs hominum non eſt indulgendum.l.in fundo.ff.de rei ven
dit.c.ſedes.de reſcri.cum alijs communibus ad hoc. Vtrum autem di-
catur ſatiſfactum huiuſmodi ſignature,ſi actor in termino ad articulan
dum vel infra ipſum terminum producat ſumptum bulle,& nõ ipſam
10 bulllam,& certe dicẽdũ eſt quod ſic,† quia ſumptum de regiſtro litera-
rum apoſtolicarũ bullatarum facit fidẽ in iudicio.& ita tenet & ſeruat
curia Romana prout atteſtatur Rot.deci.dcxxj.incip.nota ſumptũ.in
antiquis.Inſuper in eadem commiſſiõe ſuper dicta materia apponitur
11 alia clauſula,†videlicet et qd interim beneficiũ ipſum ẽt,quo ad effectũ
regule de ſubrogandis minime cenſeat litigioſum.alias nõ datur com-
miſſio literis non cõfectis poſſe experiri,niſi cũ predicta clauſula,quod
beneficiũ interim nõ ſit litigioſum ẽt quo ad predictam regulam,& eſt
notandũ quod cũ miniſterio apponitur dictio implicatiua ẽt ante ver-

bū quo ad &c. propter multiplices alios effectus rei litigioſe prout de
iure. & per glo. in. c. j. de alien. iudi. mut. cauſa fac. per doc. in. c. lij. vt
lit. pen. & ideo poteſt poſſeſſor interim poſſeſſionem beneficij libere
in alium tranſferre. nec reuocabitur per modum atemptati, quia ceſſat
tunc vicium litigioſi, propter quod id alias fieri prohibetur, vt ponit
dec. Rote. lvj. in nouis. Iſta ergo clauſula apponitur ad tollendas frau⸗
des impetrantium beneficia per alios poſſeſſa, qui nullo vel non ita bo⸗
no iure ſuffulti videntes poſſeſſorem beneficij valde ſenem vel alias ve⸗
riſimiliter de proximo moriturum introducunt litem ſuper illius bene⸗
ficio, vt gaudeant beneficio regule de ſubrogandis. facit ad ſimilem ma
12 litiam tex. in. c. fina. de renūc. libro ſexto. † vnde prouidetur huic mor⸗
bo per dictam clauſulam propter quam interim non intelligitur indu⸗
cta litis pendentia, licet alias de iure inducatur poſt citationem exequu
tam, iuxta text. & gloſ. in cle. fina. vt lite penden. quam pro notabili al⸗
legat Abbas, Panor. in. c. gratum. de offi. dele. ſed poteſt Romanus pō⸗
tifex ex cauſa quam predixi per ſuam ſignaturam limitare in certo caſu
diſpoſitionem iuris communis arg. c. inter alia. de ſenten. excom. cum
ſimilibus dico tamen, quod lis dicitur interim pendere quo ad preiudi
cium actoris taliter impetrantis, quo ad tria, de quibus in preſentiarū
13 recolo. † & primo quia ſi ipſe moreretur ante terminum ad articulādū,
dummodo poſt decretam citationem contra reum poſſeſſorem, certe
haberet locum regula de ſurrogandis in fauorem poſſeſſoris arg. eorū
14 que dicit Egidius cōcluſione. ccclxxx. que incipit ſi faciens comitti. † q
faciens cauſam committi contra poſſeſſorem, & obtinens citationem
ad partes ſi ante illius executionem ſpoliet aduerſarium reuocabirur
15 per modum attentati. † quia cle. ij. vt lite penden. habet locum etiam in
actore ante executionem citationis factam contra reum, vt tenet pala⸗
tium, & atteſtatur idem Egidius concluſione. cccccxlv. que incipit ſi
pendente inquiſitione &c.
16 ¶ † Secundo dicitur inducta litis pendentia reſpectu actoris, quo ad
alium effectum videlicet quo ad priuilegia impetrāda & ſimiliter quo
ad impetrationem gratie per ipſum actorem ī preiudicium aduerſarij,
ſuper eo ſuper quo lis pendet, ſi non fiat mentio de lite, adeo vt in ea
lite talis impetrata nullum commodum afferunt actori nec incōmodū
reo, vt pbatur in. c. cauſam q̄ de teſti. & ibi bona gl. et in. c. primo. &. c.
17 dilectus vt lite pēd. c. dudū. de puil. cū ſimilib9. Tertio † qa dictus actor
impetrās nō pōt cedere ius ſuū alteri ēt añ dictum terminū ad articulan
dum, & ceſſio diceret facta lite pendēte, ꝯñr poſſet reuocari p reū poſſeſ⸗
ſorē cle. j. §. ſi vero vt lite pend. facit quod dicit deciſ. ccccxj. incip. ſi lite
18 pēdēte in nouiſ. Rō autē omniū pmiſſorū eſt † quia inducit litis pēdētia
quo ad preiudicium impetrantis per cōmiſſionem ab eo obtentam, &
citationem decretam contra aduerſarium, licet illa nondū in citati no⸗
titiam



titiam peruenerit, vt dicit formaliter Romanus conſil. cccxxx. incip.
19 Circa primum in prima col. cle. n. ij. vt lite pendente. † volens ad intro⸗
ducendam litis pendentiam neceſſe fore citationem in citati noticiam
perueniſſe non loquitur quo ad pendentiam introducendam ex parte
agentis, ſufficit enim quo ad ipſum ſolum citationis decretum. quia ex
quo ipſe certus eſt de commiſſione & citationis decreto certe amplius
certiorari non debet. de reg. iur. eum qui certus. lib. vj. c. ab excommu⸗
20 nicato. de reſcrip. cum ſimil. ¶ Vlterius ſciendum eſt, † quod non da⸗
tur huiuſmodi commiſſio litteris non confectis poſſe experiri ſup duo⸗
bus beneficijs, niſi contra vnum, & tunc ita demum, ſi ambo beneficia
ſint in eadem ſupplicatiōe. quia tunc ex quo ambo ſunt in eadē ſuppli⸗
catione, & impetrātur ex perſona eiuſdē, vnica cenſetur gratia, ex quo
ſignatura dicit fiat vt petitur, iuxta regulam cācellarie ſexageſimam. fa⸗
cit. l. ſcire debemus cum materia. ff. de verbo. obliga. ſecus ſi peteretur
talis commiſſio ſuper duobus vel pluribus beneficijs contra diuerſos.
quia non conceditur nam ex quo ſunt plures diuerſe gratie in diuerſis
ſupplicationibus debet pro vnaquaque obtineri ſpecialis commiſſio,
& de per ſe ſeparata, argumento eorum que dicuntur de pluribus capi⸗
tulis connexis vel ſeparatis per glo. in. l. etiam. §. j. ff. de minor. per Bar.
in. l. Aurelius §. idem queſijt. ff. de lib. leg. per Bal. in. l. ij. C. de re iudi.
21 & in. l. amplior. C. de appell. que ſunt loca cōia. ¶ † Poſtremo quo ad
hanc ſignaturam, ſuper dicta materia, addo vnū, videlicet quod non da
tur commiſſio ſuper validatione proceſſus, quando fuit proceſſum par
te abſente, niſi cū iſta clauſula. ſ. parte legittime citata, alias minime cō⸗
ceditur, licet enim ſanentur defectus proceſſus, tamen defectus citatio⸗
nis eſt inſanabilis etiam refectis expenſis. ¶ Et hoc quando in totū fuit
omiſſa citatio, ſecus quando non fuit debito modo executa, & non ſe⸗
curata forma. quia ſanatur talis nullitas cum clauſula, dūmodo ad noti⸗
22 tiam citati peruenerit, † & tunc ſufficit quomodo de tali citatione noti⸗
tiam habuerit, ſi mō fuit notitia plena & certa, vt pbat tex. in cle. cau⸗
ſam ad fi. de elec. ponit Roma. cōſi. ccclx. & alio conſi. ccccx. Rota de⸗
23 ciſ. cclxxj. in nouiſ. † & inter modos probandi quod ſic citatus habuit
notitiam eſt vnus, videlicet ſi poſtea miſit procuratorem ad illam cām,
vt ponit Egidius cōcluſione. lix. & alia. dxxxix. iſtis ergo caſibus ſanat
24 defectus minus legitime citationis, † ſecus qñ in totum fuit obmiſſa, qa
tunc talis defectus inſanabilis eſt, vt probat tex. elegans licet multū cō⸗
munis in clemen. paſtoralis. ver. ceterum. de re iud. & ibi Car. in tertio
25 nota. † Colligit quod clauſula que ponit in proceſſibus ſeu priuilegijs
ſupplētes ex plenitudine poteſtatis omnes defectus, ſi qui forſan inter⸗
uenerunt. Intelligitur quo ad defectus iuris poſitiui, puta circa ſolenni⸗
tates requiſitas a iure, idem dicit Panor. per illum tex. in. c. j. de tranſ.
referendo Spec. in ti. de legato §. nunc oſtendendū. ver. xviij. vbi nota.
EE

26 dicit, † quod hec cl'a ſupplentes omnes defectus &c. refertur duntaxat
ad ſolennitates iuris nõ autẽ ſupplet defectum inhabilitatis perſonaꝝ,
& ideo ſubijcit Cardi. in dicto ver. ceterum, qđ per illam clauſulam nõ
intelligitur diſpenſatum, vbi eſt neceſſaria diſpẽſatio, arg. eius qđ not.
in. c. veniens. de fil. presbyterorum, ſic etiam non inducitur abſolutio
ab excommunicatione ſecundum eum per clemẽ. ſi ſummus, de ſentẽ.
excommuni. quod dictum eſt notabile, cum talis defectus videatur eſſe
iuris poſitiui, iuxta nota. in capit. veritatis. de dolo & contu. ꝑ Moder.
in. c. poſt ceſſionem, de preben. tamen hoc ideo eſt, quia per illam clau-
ſulam non inducitur aliquod extrinſecum, neq; diſpenſatio, nec habili
27 tatio perſonarum vt predixi † multo minus ſupplet defectum naturalẽ
qualis eſt citatio que dicitur de iure naturali, & diuino, iuxta illud Adã
vbi es, conſequenter per Papam, & alium quemlibet principem tolli,
vel ſuppleri non poteſt, iuxta not. per Inno. & omnes in. c. que in eccle
ſiarum de cõſti. & per legiſtas in. l. j. ff. de cõſti. prin. plene omnes in. l.
fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in ſpecie, quo ad citationem, facit bo-
28 nus tex. in. c. j. in fi. de cauſa poſ. & proprie. ¶ † Eadẽ ratione Papa non
poteſt ſupplere defectum conſenſus vt vult notabiliter Io. and. & Paũ.
29 in. c. per venerabilem. qui filij ſint legit. † vbi dicunt quod Papa non
poteſt inducere matrimonium ſupplendo cõſenſum, cum ille ſit de iu-
30 re naturali, vt eſt notum. ¶ † Hinc eſt, quod etiam defectus mandati di-
citur eſſe inſanabilis, nam vbi proceſſus eſt nullus, vel ſentẽtia nulla ex
defectu mandati, iuxta tex. in. c. in noſtra, de procu. & in. l. licet. C. eo-
dem. tunc talis nullitas non ſanatur per aliquam ſignaturam, multomi-
nus quando fuit proceſſum cum procuratore legitime reuocato, ſi man
dati reuocatio ad illum peruenit. c. ex inſinuatione. de procu. nam plus
eſt mandatum fuiſſe reuocatum quam a principio non habuiſſe man-
datum, quia prius agit contra voluntatem domini. vt dicit tex. notabi-
31 lis iuncta glo. in. c. ex parte decani. in fine. de reſcrip. † Immo fortius ta-
lis nullitas non ſanatur etiam refectis expenſis, quia qui vidit hunc de-
fectum, forte non curauit ſuccumbere, ſciens ſaluam ſibi fore exceptio-
nem talis nullitatis etiam poſt ſententiam, vt in. d. iuribus, ſed forte ex
eo quod malicioſe tacuit, & in tempore non oppoſuit, vt actor labori-
bus, & expenſis fatigetur, tenetur propter hoc eidem ad expenſas per
c. exceptionem, de excep. & quod notabi. ponit Egidius concluſione.
ccxxvj. incip. in cauſa tenẽdo tamen primum dictum indiſtincte nihil
obſtat, imputet enim ſibi pars, que ante omnia perquiſiuit mandatum,
& ſimiliter iudex, qui non legitimauit perſonas antequã inciperet pro
ceſſum arg. l. ſi que ramus. ff. de teſt. l. quidã referunt. ver. eſſe. n. debet.
ff. de iur. codi. & in. l. ſi in diem. in prin. ff. de condi. & demon. facit gl.
in. l. vt liberis. C. de colla. que dicit quod in primis querẽdum eſt de ꝑ-
ſonis, que ante oĩa ſunt legittimande per partem, et etiam per iudicem,



32 † qui põt ẽt ex officio compellere procuratorem exhibere mandatũ nẽ
ipſe iudex laboret in vanum, vt dicit gl. not. in. c. j. in. ver. obſeruantia.
de elec. lib. vj. & ponit Roma. conſi. lx. in fi. dicta ergo nullitas eſt inſa-
nabilis propter defectum conſenſus, qui exigitur in mandato procura-
33 torio. ¶ † Eadem ratione defectus iuriſditionis, & competentie non ſa-
natur, quia tunc proceſſus eſt nullus, & omnia inde ſecuta non ſolũ ex
defectu conſenſus, ſed ẽt pp defectum ſolennitatis, que non potuit corã
alieno iudice interuenire, vt dicit Pã. in. c. ſignificaſti in pe. col. de foro
cõ. Preterea aut partes litigantes ſciebant eum eſſe iudicẽ incõpetentẽ,
& poterat eius iuriſditionem prorogare, & tunc non eſt aliqua nullitas ex
defectu iuriſditionis quia litigando corã eo tacite videntur eius iuriſdi
34 tionem prorogaſſe † ſufficit. n. tacitus ſenſus in prorogatione, vt tenet
Bar. in. l. prima. ff. de iudi. & Innoc. in. c. ad petitionem. in princ. de
accuſ. glo. in. l. vna. C. qui pro ſua iuriſdi. & in. l. j. in ver. inchoare. C.
qui pro ſua iur. aut ignorabant eum eſſe incompetẽtem. & tunc proceſ-
ſus cum inde ſequutis eſt nullus propter defectum conſenſus, qui eſt in
ſanabilis vt ſupra ꝗuis. n. potuiſſent illum de iudice incompetẽte face-
35 re competẽtem tñ error impediuit prorogationem † cum nihil ſit tam
contrarium conſenſui quam error. l. ſi per errorem. ff. de iur. om. iu.
¶ Et ex hijs infertur quod ſanatis nullitatibus cum clauſulis quãtum-
cunque pregnantibus non intelligitur ſanatus defectus iuriſditionis.
36 ¶ † Quia in primis & ante oĩa debet conſtare de iuriſditione. c. cum in
37 iure. de offic. delega. † Et ideo licet cõtra tres ſententias conformes nõ
poſſit opponi aliqua exceptio, donec plenarie fuerint executioni demã
date clemen. vt calumnijs. de re iud. poteſt tamẽ opponi exceptio nulli
tatis ex defectu iuriſd. ſecundum doc. ibi & facit glo. ſingu. in cle. vnic.
38 de ſequeſtro. † que dicit qđ nunquam cenſetur ſublata nullitas ꝑ quam
negatur iuriſditio quia oportet qđ conſtet de iuriſditione iudicantis. et
39 per illam decidit ibi Car. q. † dictat ſtatutum quod ſententia arbitri nul
la obſtante exceptione mandetur executioni, debet intelligi, ita tamen
quod conſtet ꝙ ſit arbiter. & qđ ſñiam tulerit. facit quod in ſimili dicit
Bar. in. l. prima § hoc interdictum. ff. ꝙ vi aut clam. Vlterius notandũ
40 eſt. ¶ † Quod licet ſignatura ſanet defectus ex via nullitatis refectis ex-
penſis, ꝙ ſemper apponitur quotiens ſanatur nullitas de qua per partẽ
aduerſam opponitur, nunquam tamẽ ſanat defectum ex via ſiue ex ca-
pite iniuſtitie, quia vt dicit Paũ. in. c. iiij. circa finem de re iudi. inferen
41 do ad intellectum illius tex. † ꝙ requiritur ſentẽtiam fuiſſe latam iuſte
& rationabiliter ad hoc vt per Papam confirmetur, qñ procedit ex iu-
dicis poteſtate ordinata. ſed ex plenitudine poteſtatis poteſt cõfirmare
ſñiam quãtũcunq; iniuſta vt legitur & notatur in. c. hoc quippe. iij. q.
vj. & ꝑ gl. magiſtrã in. c. nullus. ix. q. ij. facit tex. in. c. ad petitionem de
accuſa. Quod vltimum intelligit magiſtraliter Pã. in. d. c. iiij. procede-

re in depẽdẽtibus a libera poteſtate principis, vt in beneficialibus, quo-
rum Papa habet liberam & abſolutam poteſtatem cle. ij. alias prima vt
lite pẽdẽ. Qua rõne in huiuſmodi bñficialibus ſolet ſanare nullitatem
proceſſus ante latam ſnĩam ſine refectione expenſarum. qđ nõ facit in
prophanis, niſi allegeretur paupertas prout latius dicam in ſequẽtibus
42 ¶ † Quia in beneficialibus vt dixi habet liberam poteſtatem vt patet ex
notabili dicto dñi Anto. in. c. conſtitutus. de relig. do. ſanat ergo iniu-
43 ſtitiam in talibus rationibus predictis. † ſed ſi ſnĩa deficit in iuſtitia na-
turali non poteſt per principem confirmari ſeu talis defectus ſuppleri
44 vt eſt tex. not. in cle. paſtoralis de re iud. † & ideo vt ꝑncipio iſtius col.
dixi nunquam per ſignaturã iuſtitie ſanatur defectus ex via iniuſtitie,
niſi vno caſu, qui prout accepi poſt lõgam diſcuſſionem obtentus fuit
coram Inno. Papa. viij. videlicet quando prima ſnĩa fuit nulla forte ex
defectu ordinis poſitiui, iuxta. l. prolatam. C. de ſentẽtijs. & in §. diffini
tiua, verſ. item ſententia. ij. q. vj. & ſecunda illam primam cõfirmauit.
quo caſu ſuper vtraqꝫ data fuit ſanatio refectis expenſis, quia licet ſecũ-
da ſententia confirmatoria prime nulle non fuit nulla ſed iniuſta iuxta
notata per Bar. in. l. ſi expreſſio. ff. de appella. & in. l. j. per illum tex. ff.
45 que ſentẽ. ſine appella. reſcindan. † vbi dicit quod ſententia confirma-
toria prime nulle eſt nulla, ſicut prima, quãdo expreſſus eſt error in pri-
ma nam tunc idẽ error eſt in ſecunda qui eſt in prima. d. l. j. §. ſi vero pri-
ma eſt nulla ex alio capite q̃ꝫ propter errorem expreſſum in ea, tunc ſe-
cunda illis confirmatoria non eſt nulla. ſed iniuſta quia preſumit̃ quod
iudex pronunciauit bene iudicatum reſpectu iniquitatis non nullitatis
46 q̃ꝫ ignorabat ſubeſſe. † Licet ergo ſecunda confirmatoria prime non ſit
nulla, ſed iniuſta. vt dixi tamẽ ſuper vtraqꝫ datur ſanatio, cum iſta iniu-
ſticia ſecunde ſententie non tangat merita cauſe, & oriatur totaliter ex
illa nullitate vnde quaſi eodem morbo effectualiter videtur infecta. nã
a primordio tituli poſterior formatur euentus. l. j. circa fi. C. de impo.
47 lucr. deſcrip. ¶ † Preterea qui confirmat nihil de nouo facit ſed confir-
mat prout erat prius iũcto ca. inter dilectos §. porro. de fide inſtru. iun-
48 cto. c. j. &. ij. de confir. vtili vel inutili. † Hinc eſt ꝙ agitur ex ſententia
confirmata & non ex confirmante ſecundum vnam opinionem, quam
49 recitat glo. in. l. eos. in ver. vel iniuſtam. C. de appella. † & ideo ſi ſecun
dus iudex ad quem ſimpliciter confirmat primam ſententiam nullo
addito vel detracto. tunc primus exequitur eam & non ſecundus ſecun
dum Hoſtien. Innocen. & Panormi. in. c. paſtoralis §. preterea. de offi.
delega. & in. c. cum in eccleſia. de appellatio. ponit Io. an. in addi. Spe.
in titulo. de execu. ſen §. ij. in. ver. ſed pone, ex quibus apparet quod ſe-
cunda conſumatoria effectualiter habet dependẽtiam a prima, & ideo
cum prima fuit nulla, etiã ſecunda in effectu cẽſetur nulla potius quam
iniuſta. nec debet haberi conſideratio quod ſecundum potuit tranſire



in rem iudicatam quia re vera ille trãſitus non meruiſſet ſolitum fauo-
rem ex quo confirmabat & faciebat eſſe iudicatum id quod erat funda-
tum in nullitate per ſupradicta. ¶ Poſtremo circa iſtam materiam ſana
tionis notanda ſunt duo primum eſt, quia quando proceſſus nõ eſt nul
lus, nec vſquequaqꝫ iniuſtus, aut inualidus, ſed pendet ex futuro euẽtu,
puta ex bono, vel non bono iure partis agẽtis tunc propter bonum ius
de nouo ſuperueniens lite pendente datur commiſſio quod ex eiſdem
actis iudex procedat ſuper hoc nouo iure. exemplum litigaui tecũ diu,
& fui cauſa quod multum expenderes, nec foui hucuſqꝫ bonum ius.
50 † Hodie impetro ius nouum puta ſi neutri vel nouam prouiſionem qđ
poſſum non obſtante litis pendentia dummodo de ea fiat mentio, nec
dicor attemptare, vt dicit Egidius cõclu. cij. que incipit ſi poſſeſſio ꝑ. c.
51 abbate. de re iud. lib. vbi probatur ad literam, † quod actor lite penden-
te poteſt ſibi acquirere nedum in poſſeſſorio, verum etiam in petitorio
52 nouum ius agendi ex toto facit. l. ſi poſt acceptũ. ff. de rei vẽ. † modo ad
propoſitum impetrato iſto nouo iure peto per cõmiſſionẽ, qđ auditor
ex eodẽ proceſſu hactenus habito faciat iuſtitiã ſuper hoc nouo iure ad
53 mittitur, & ſignatur talis cõmiſſio, † qa in cã bñficiali deducitur omne
ius ab initio qđ cõpetit vel cõpetere poteſt vtriqꝫ parti. c. ſtatuimus. de
elec. lib. vj. per q̃ꝫ rõnem in fortioribus terminis dicit eleganter Egi. cõ
clu. dclxij. q̃ incipit ſi ex gr̃a quod ſi ex gr̃a per me beneficio obtẽta ſub
certo mõ vacandi egerim ꝯ titium aduerſarium vſqꝫ ad concluſionem,
& poſt concl'onem, & ante ſnĩam obtineo de eodem bñficio aliã gr̃am
ſub alio modo vacandi abſqꝫ alia terminorum reiteratione poteſt pro
me vigore ſecunde gratie ſnĩa ferri, ſi ꝑ eam conſtet de bono iure meo,
nec poteſt conqueri altera pars, quia omnes terminos ſibi neceſſarios,
ad docẽdum de iure ſuo habuit, poſſet tamen petere ẜm dños ꝓut atte-
ſtatur Egid. qđ termini competentes ſibi aſſignantur, ſi aduerſus iſtam
ſecundam gr̃am cõpeterent ſibi defenſiones legitime pro eis ꝓponẽdis
& probandis arg. c. ſtatuimus. in fi. &. c. vt circa. de elec. lib. vj. &. c. pa-
54 ſtoralis in ſecundo rñ. de excep. ¶ † Sed dubiũ eſt, an reus, & poſſeſſor
poſſit petere in tali caſu refectionem expenſarum, dicendo, quod actor
non fouendo vſqꝫ tunc bonum ius fecit ipſum multũ expendere in illa
lite vr̃ qđ ſic, per. l. eum quem temere. ff. de iud. ſed ꝯrium eſt verius, qa
ſi ꝑ ſnĩam conſtabit reum nunq̃ꝫ habuiſſe bonũ ius, licet nec actor vſqꝫ
tunc bonum ius habuerit nihilominus ſuccũbentia rei infert illum ſꝑ
fuiſſe iniuſtum poſſeſſorem, & ideo non audit̃ petẽdo refectionẽ expẽ-
ſarum, arg. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vendi. non ob. lex ꝯria, qa loquit̃
eo caſu qñ reus abſoluitur ex non iure actoris, quod ceſſat in caſu iſto.
Puto tñ quod licet reus ſuccũbat ꝑꝑ nouũ ius actoris, tñ non condẽna-
bitur ſibi in expenſis factis per actorem ante productionem illius noui
iuris, quia vterqꝫ temere egit, & actor litigando, ſine bono iure vſqꝫ tũc

d. l. eum quem temere, & reus offerẽdo ſe defenſioni iniuſte per. d. l. is
55 qui ſe obtulit, † & ſic temeritas vtriuſq; ad inuicem cõpenſatur quo ad
refectionem expenſarum factarum ante productionẽ noui iuris ꝓ acto-
56 rem, argu. l. ſi ambo. ff. de compen. cum ſimi. ¶ † Secundũ eſt, & ꝓ nũc
vltimum circa iſtam materiã ſanationis, q̃d nunq̃ ſanatur ꝯctus inuali-
dus, neq; teſtamẽtũ neq; cõfirmantur cõſuetudines per iſtam ſignaturã
iuſtitie cõmiſſionum, ꝓ q̃ nihil conceditur quod tangat merita cãe, q̃a
non eſſet mera iuſtitia, ſed potius gr̃a dare nouum ius in meritis cauſe,
57 & ideo dicit gl. notanda in. c. j. in ver. noſcatur de cõſti. lib. vj. † quod
ſi reſcriptum concedit aliquid ꝯ ius iam in eo mutat nomen reſcripti, et
dicendum eſt priuilegium. c. priuilegia. iij. diſt. & in. c. abbate. de ver.
58 ſignifi. ¶ † Hinc ẽ q̃d in iſta ſignatura de iuſtitia nunq̃ derogat̃ ſtatutis,
ſecus in alia, arg. l. ij. C. de diuer. reſcr. ibi ad ius reſcribuntur, &. c. cau-
ſamq; de reſcrip. ¶ Similiter in iſta non datur q̃d ſimul de ſpolio, et pro
prietate cognoſcatur, et iudicetur q̃a obſtat diſpoſitio iuris cõmunis de
59 quo in. c. literis. de reſt. ſpo. ibi prius &c. ¶ † Si tñ ſpoliatus intentat a
principio ſimul, & ſemel poſſeſſorium, & petitorium, tũc licitum eſſet
aduerſario ſuper vtroq; ſe defendere, & petere q̃d ſimul de ſpolio, & ꝓ-
prietate cognoſcatur, & iudicetur, vt vult gl. in. c. cũ eccleſia ſutrina in
gl. ij. de cau. poſ. & propri. ſi tñ iudici videbitur, poterit ſuſpenſo petito
rio examinare ſolũ poſſeſſoriũ, & illud prius terminare capi. ꝟm, & ibi
clare Pañ. eo. tit. quod procedit etiam ſi ſpoliator habeat commiſſionẽ
de procedendo ſimul in vtroq; quod datur aliquando ex fauore, vt per
60 Egidium concluſione. dvj. ¶ † Conſtat autem ꝙ ſtilus ſignature cõmiſ-
ſionum in dubio preſumitur commiſſio, & non gratia, vt dicit Domi.
poſt Ioan. and. in. c. ſi cui. de preben. lib. vj. & hoc patet per multa exẽ-
pla, in quibus apparet quod Papa in dubio nõ preſumitur in iſta ſigna-
tura concedere aliquid in preiudicium alterius, nec facere gratiam niſi
61 aliud exprimat. † Hinc eſt quod quando vnus petit monitorium dari
contra debitorem defuncti, cuius ipſe qui petit eſt creditor datur, ſed cũ
iſta clauſula abſque preiudicio potioris creditoris, regula potior libr.
vj. &. ff. &. C. qui potio. in pigno. habe. per totum. ¶ Similiter vbi ma-
62 teria tangit Cameram. † Signatura dicit videat Camera, vbi tangit re-
ligionem videat protector, quia ipſe eſt verus & legitimus ordinarius
illorum de illa religione, vt dicit Cardi. conſil. xvij. Incipi. caſus poſt
factum & cetera eodem modo vbi tãguntur officia Pape. ſignatura di-
63 cit videant domini ſecretarij. † quia ordo eccleſiaſticus confunditur,
ſi vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur cap. placuit. xj. queſtione. j. fa-
cit ad premiſſa bonus tex. in. c. ex tenore. de foro competenti. ibi ſic ſu-
mus viduis in iuſtitia debitores q̃d alijs iniuſtitiam facere nõ debemus.
64 ¶ † Hinc eſt vltra predicta, quod ſi poſt executionem ſententie aliquid
petitur ſuper materia executionis, vel ſubreptionis monitorij, non dat̃



per iſtam ſignaturam aliquid, quod tangat rem iudicatam, ideo nõ da-
tur ſuper ſubreptione quia tranſitus in rem iudicatã extinxit ſubreptio
nem, de qua põt opponi dupliciter, vt dicit Panor. poſt Inno. in. c. con-
ſtitutus. ver. extra glo. de reſcrip. primo cõtra litteras dilatorie vt in. c.
ad audientiam. eodem tit. ſecundo poteſt opponi peremptorie contra
65 gratiam, † cum ſubreptio concernat ipſam gratiã & eã vitiet. c. ſi motu
proprio. de preben. lib. vj. cum ſimilibus. ſed vſq; ad ſentẽtiam opponi
poteſt & non vltra ſicut in alijs exceptionibus peremptorijs. l. perẽpto-
rias. C. ſent. reſcindi. non poſſe. Secus dico ſi aliquid allegatur q̃d con
cernat nullitatem iudicij & ſnĩe, vt cum dr̃ iudicium nullum fuiſſe, quia
iudex incompetens vel excõic. C. qñ prouocare non eſt neceſ. per totũ.
& ſi a non competenti iudi. per totum ſimiliter in exceptione falſi pro-
66 curatoris. l. licet. C. de procura. † nam cum iſtis & ſimilibus caſibus iu-
ditium ſit nullum poteſt agi de nullitate ex dictis capitibus. & dantur
commiſſiones etiam poſt ſnĩam que tranſiuit in rẽ iudicatam, quia tran
ſitus in rem iudicatam nõ extinguit predictas exceptiones. licet impro-
prie dicantur exceptiones iſtis caſibus, vt dicit gloſ. magiſtra in. l. pri-
ma. C. de iur. & facti ignor. & in. c. Exceptionem de excep. nec põt dici
iudicatum. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. & in. l. ij. C. quando pro
67 uoc. non eſt neceſ. ¶ Hinc eſt † quod vbi agitur de nullitate, & petitur
ſuper ea nullitate procedi, nõ debet addi in ſignatura iſta clauſula. ſine
preiudicio rei iudicate ꝟm aliquos, q̃a vt ſtatim dixi, ſi ſententia eſt nul-
la, non põt dici iudicatum, ſed dr̃ iſto modo ſine preiudicio trium ſentẽ
68 tiaꝝ, ꝓp cle. vt calũnijs. de re iud. alij aliter dicunt moti iſta rõne † ex eo
q̃d ſententie nulle ẽt executioni demandãtur iuxta notata per doc. in.
69 c. cum in iure. de offi. delega. † ſed poteſt diſtingui ex mente Barto. in.
d. l. iiij. §. condemnatum. quia aut ex parte eius qui petit procedi ſuper
nullitate, nihil eſt probandum, vt quia dicit q̃d non fuit citatus, vel nõ
fuit procurator, qui egit. & tunc procedit prima opinio cum dictis caſi
bus non poſſit dici iudicatum & exceptio huiuſmodi nullitatum impe-
dit executionem. d. §. condennatum. & in. l. licet. de procu. Idem qñ in
cauſa nullitatis aliquid eſt probandũ dũmodo poſſit ꝓbari incõtinenti.
l. ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi. & in. l. iudicati. C. ſi ex fal. inſtru.
¶ Aut probatio fienda ſuper nullitate habet altiorem indaginẽ. & iſto
caſu poteſt procedere ſecunda opinio. quia tunc non obſtãte exceptio-
ne nullitatis ſententia põt executioni demandari. l. fi. in fine. C. de ord.
cog. cum ſimilibus. Conſequẽter tunc debet addi ſine tñ preiudici rei.
iud. quod procedit, qñ executio nondum eſt facta alias ſi eſt facta, & ali
quid petitur ꝯ eum nõ debet in commiſſione dici ſine preiudicio rei iu-
dicate, quia iam eſt facta executio. ſed dr̃ ſine preiudicio legitime execu
tionis. idem ſi nondũ eſt facta executio, ſed iudex incepit eam facere, vt
dicam latius infra in verſ. quando committitur cauſa nullitatis. &c. &

eſt notandum quod cum miſterio additur illud verbum legitime, quia
ſi alias non ſit rite & legitime facta executio, ſed contra diſpoſitionem
70 iuris communis vel formam ſnīe non meretur ſolitum fauorem † & iō
quatenus de facto proceſſit pōt de facto reuocari etiam non citata par-
te iuxta ſing. dictum Innocen. in. c. cum dilecti de elec. quod exclamat
71 Franchus in. c. primo in princ. de relig. do. li. vj. † & ideo dicit idē Inn.
in. c. querelam. in. ij. col. de elect. quod poſſeſſio vnius alteri data iuris
ordine non ſeruato poteſt de facto reuocari poſſeſſore etiam non voca
to. facit gl. ord. in. l. minor in principio. ff. de euict. cū multis ſimilibus
dictis ad propoſitum de quibus p̄ Roma. conſilio. cccxx. incip. hec iſto
rum. in fi. col. ¶ Ad predicta facit maxime p̄ diſtinctione, quā ſuperius
feci elegans deciſio Rota. cclxxx. que incipit licet per viā in nouis. vbi
dr̄ quod licet exceptio nullitatis impedit executionē ſententie que trā-
ſiuit in rem iudicatam, ſi incōtinenti probetur coram iudice, qui illam
ſententiam tulit, tamen huiuſmodi executio non impeditur per viam
actionis ſup̄ nullitate, ēt ſi iudex cui nullitas hmōi eſt cōmiſſa inhibeat
72 primo iudici volenti exequi ſententiā ſuam. † & ſic ſentit Rota quod
maiorem effectum operatur ſola exceptio quoad impediendam execu-
tionem ſentētie, quam actio ſuper nullitate mota cum inhibitione ſe-
quuta, quod videtur cōtra tex. in ratione ſui cum ibi notatis per gl. ma-
73 giſtram in. c. ij. de ord. cog. quod crimen probatum per exceptionem
non punitur ſicut quādo probatur per viam actionis, ſed ratio motiua
dominorum quare ſecundo caſu non obſtante inhibitione poteſt fieri
executio, eſt ex eo quia motio litis huiuſmodi non impedit executionē
ſecundum Inno. in. d. c. cum in iure peritus. (quod ego intelligo cū di-
ſtinctione quam ſuperius feci) nec etiam inhibitio impedit, quia nō eſt
legittime facta. c. non ſolum in fine. &. c. romana. de appel. lib. vj. con-
cludunt igitur domini in predicta deciſione, qđ fiat executio p̄ primū
74 iudicem per quam non impeditur litis proſecutio ſuper nullitate, † ex
quibus apparet quod melius, & cōſultius eſt apponere in ſignatura illa
verba ſine tamen preiudicio rei iudicate, vt non retardetur executio, &
proſecutio litis ſuper nullitate ſuo more decurrat, ex quo interim pre-
ſumitur pro veritate rei iudicate, & contra impetrantem, arg. tex. opti-
75 mi in. l. ij. C. de falſis, † vbi probatur quod quando executor p̄cipit qđ
malitioſe opponitur exceptio falſi cā differende executionis debet face
re executionem ſalua manente q̄one falſi, facit elegans dictū Inno. in.
76 c. poſt electionem in fi. de conceſ. p̄ben. vbi dicit † quod quandocunq̄
iudex vehementer preſumit contra excipientem qđ malicioſe excipiat
non debet talem excipientem admittere, nec de appellatione curare, q̄a
illa non prodeſt niſi probetur veritas cauſe, vt per Panor. referentem
iſtud dictum Innocen. in. c. ſuper eo. de appell. & in. c. de cetero. in. fi.
col. de re iud. nec eſt admodū p̄iudicialis dicta executio agenti in cauſa
nullitatis,



nullitatis, quia ſi in ea obtinebit reuocationē executionis. c. ſuſcitata.
de reſt. in integ. c. in noſtra. &. c. auditis de procurato. cum multis ſimi-
libus, & per hoc iura vtriuſq̄ partis ſeruātur illeſa per huiuſmodi ſigna-
turas, nam vt ſuperius dixi Papa per iſtam ſignaturam iuſtitie non pre-
ſumitur in dubio concedere aliquid in preiudicium alterius partis, nec
facere aliquid gratioſe niſi id exprimat, vel aliter appareat de ſua inten-
tione, & hoc probaui ſup̄ius aliq̄bus exemplis, poſſunt & alia exempla
77 adduci. ¶ † Nam ſi quis ſubrogatur illi qui iam habuit executoriales cō
tra aduerſarium, non datur tali ſubrogato effectus executorialium, niſi
intimetur condemnato huiuſmodi ſubrogatio, quia forte impugnabit
eam ex regula de ſubrogandis, vel aliter, nam ſufficit reo quod vincat p̄
non ius actoris etiam ſi conſtet de non iure ſuo, puta per confeſſionem,
vel alias arg. no. per Compoſt. in. c. mandatum de reſcri. iuncta. l. fi. C.
de rei ven. & ponit deci. Rot. ccccxix. que incipit nota an reus ī antiq̄s,
& ad predictam practicam de intimatione ſubrogationis facienda facit
78 in ſimili deciſio Rote. cccxx. que incipit licet in cauſis in nouiſ. † vbi dr̄
quod noua gratia per actorem impetrata lite pendente ſuper beneficio
eſt intimanda reo poſſeſſori etiā contumaci, nec curanti venire, vel mit-
tere, quia forte vult, & poteſt de ſubreptione eam impugnare, ergo etiā
ſubrogatio intimanda eſt condēnato, & p̄ eandē rationem & hoc quaſi
79 in terminis ponit Egid. conclu. clvj. incip. mortuo &c. ¶ † Patet etiam
ex alio iuſticia iſtius ſignature, nam nō dat iudicem petitum ab vna par-
te, quia dicit elegans tex. de iudi. obſeruādum eſt, ne is iudex detur quē
altera pars nominatim petit, id enim iniqui exempli eſſe &c. facit etiam
tex. in. c. ad hec. de reſcr. ideo conſueuit dicere ſupplicatio alicui probo
viro &c. & poſtea petitur verbo, & ſic per indirectum datur iudex peti
tus ſecundum voluntatem petentis, tamen circa hoc diſtinguit pulchre
Pañ. in. c. ceterum. in fi. col. de reſcr. ¶ Quod aut vtraq̄ pars eſt preſens
coram ſuperiore, & non debet ſuperior dare iudicē ad petitionē vnius.
d. l. obſeruandum, & ideo regens canzellarie nō cōſueuit in curia com-
mittere cauſam auditori Rote quando vna partium allegat talem audi-
torem habere ſuſpectum, & ſi vnum vel duos habet pars ſuſpectos, tūc
regens committit alteri auditori ſm̄ ſuum turnum & certum ordinem
quem ſeruat. ¶ Aut vna pars eſt abſens, & alia eſt preſens, & tunc de ſti-
lo eſt vt detur iudex ad petitionem vnius partis, ſalua alteri parti faculta
te recuſandi iudicem ex cauſa rationabili. c. inſinuāte. de offi. deleg. &
ſi petit preſens aliquid preiudiciale alteri parti, & dicta pars eſt p̄ſens in
curia fit citatio in audientia per edictum generale ſecundum Panor. in.
80 d. c. ceterum. † ſed Inn. in. c. cum olim. de re iud. nō vult quod ſufficiat
citatio in audientia, ſed tali caſu debet fieri in p̄ſona vel ad hoſpitiū ad
dicendum. quare talis commiſſio nō debeat ſignari, & hoc ſequit̄ Fely.
81 allegās Pau. de caſt. conſi. lj. † qui dicit quod poſtquam Inn. hoc tenet,

non eſt amplius de hoc dubitandum cum fuerit pater veritatis, & ita ſer
uat reuerẽdiſſimus Cardi. Alex. qui eſt alius pater veritatis, & habet in
manu ſceptrũ iuſtitie tanq̃ alter Salomon. ¶ Quando vero vtraq; pars
eſt preſens ſed non concordant in iudicẽ tunc quelibet pars eligit vnũ,
& curia tertium ſecundum glo. in. d. l. obſeruandum, de quo me remit-
to ad ſtilum curie quẽ in hoc nõ ꝑquiſiui facit. c. ex literis. de conſtit. et
82 c. quam graui. de cri. fal. † Comendatur ſtilus iſtius ſignature etiam ex
hoc, nam qñ quis petit procedi in petitorio reiecta ſua ſuſpẽſione eiuſ-
dem. habet commiſſionẽ, ſed refectis expẽſis, in q̃bus fatigauit aduerſa-
83 rium in poſſeſſorio, † quia non licet variare cum diſcrimine alterius, vt
dicit tex. in. l. pretor edixit in princ. ff. de iniur. facit regula mutare. de
re. iur. lib. vj. & in cle. cũ illuſio. de renunciat. & hoc in terĩs de refectio
ne expẽſaꝝ in tali caſu tenet Hoſt. in ſumma de cã poſ. & propr. in § an
qõ poſſeſſionis. verſi. ſed prius ꝑponit. & ponit. deciſio Rote. ccv. que
84 incipit in cauſa in nouis. Nõ minus commendatur ex alio † quia cauſa
non debite penſionis nõ committitur. niſi cum cl'a abſq; retardatione
ſolutionis eiuſdẽ, que clauſula ponit' duplici rõne. prima eſt ꝑꝑ fraudes
& malitias recuſantium ſoluere penſiones legitime impoſitas, quibus
malitijs non eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vendi. & in. c. ſedes.
de reſcrip. facit pro iſta pratica bonus tex. in. l. ij. C. de falſ. quẽ ſuperius
in alio propoſito induxi. alia & ſecunda rõ eſt. quare opponitur videli-
cet ꝑꝑ honorem pape mandantis ſolui penſiones per eum impoſitas, &
ſic vt eius littere ſuper pẽſione non careãt obedientia, quibus eſt humi-
liter & cum reuerentia parendũ donec conſtet de ꝯrio. c. ſi qñ de reſcri.
85 ibi mandatum nr̃m reuerenter adimpleas &c. † que rõnes ceſſant in pẽ-
ſionibus impoſitis ab inferioribus, qui regulariter de iure pñt pẽſiones
perpetuas imponere, maxime vt trãſeant ad ſucceſſores. c. niſi eſſent de
prebendis, et ideo qñ penſio eſt ab inferiore impoſita tunc dat' cõmiſſio
ſuper dicta penſione, & non apponitur predicta clauſula abſq; retarda-
86 tione &c. ¶ † Et eſt notandum quod non datur ſimpliciter commiſſio
ſuper reductione penſionis etiam ſucceſſori illius qui cõſenſit, niſi cum
clauſula prout de iure faciendum eſſe cognouit, quia forte pape ſciẽter
dedit anteceſſori q̃d poſſet obligare bñficiũ vltra tertiã partẽ fructuum.
forte etiam data eſt penſio ſuper fructibus beneficij non reſignati, que
87 ſolet concedi dummodo exprimãtur illius fructus. ¶ † Preterea poteſt
eſſe penſio exceſſiua, & tamen non eſt reducẽda, puta ſi is qui ceſſit fuit
deceptus, cũ crederet valorẽ bñficij eſſe magnũ, ductus aſſertione ꝯptan
tis bñficiũ nõ curantis de enormi pẽſione. ad q̃d facit bona gl. in ſimili
in. c. ſi. de conſuetu. lib. vj. ibi minorem forte ex cauſa ſibi gratam &c.
88 ¶ † Preterea volenti & conſentienti ſuper enormi & exceſſiua pẽſione
non fit iniuria neq; dolus. l. j. §. vſq; adeo. ff. de iniur. & in. l. nemo. ff. de
reg. iur. ¶ Hinc eſt quod admittitur ceſſio beneficij cum reſeruatione



89 oĩum fructuum loco pẽſionis precipue in Frãcia † ſed cõiter ſolent im-
poni hmõi penſiones vſq; ad tertiam partem fructuum, & qñq; vſq; ad
medietatem. & tunc in ſupplicatione dicitur etiam ſi dicta penſio ſuper
fructibus dicti beneficij tertiam partẽ huiuſmodi fructuum excederet
dummodo illoꝝ medietatem non excedat, tunc enim eſſet reducẽda ſi
90 medietatem excederet. † nam quẽadmodum reformationi ſubiacet cõ-
tractus venditionis quando vltra dimidiam iuſti precij circunuẽtio in-
teruenit vt in. l. ij. C. de reſcin. ven. & in. c. cũ cauſam. de emp. et vendi.
parimõ reformationi ſubiacet penſio, cum illa vltra dimidiam iuſte pẽ-
ſionis excedit, hic eſt caſus, prout ibi quoad hoc pariſicantur pretium et
pẽſio in. l. item ſi precio §. ſi. cũ. l. ſeq. ff. locati iuncta. d. l. ij. C. de reſcin.
ven. poſſet tamen quis ſcienter conſentire pẽſioni etiam vltra medieta-
tem, vt ſuperius dixi, & renunciare reductioni ſed cõiter non concedit'
vltra tertiam partẽ fructuum eiuſdem precipue ſi ſit eccleſia parrochia-
lis vel dignitas valoris. xxiiij. ducatorum, ne beneficia tantum grauent',
poſſintq; illorum onera ſupportari argu. c. de monachis. in fine. de pre-
91 ben. ¶ † Et ideo iuſta cauſa petendi reductionem pẽſionis eſt reddituũ
& fructuum diminutio contingens poſt impoſitam penſionẽ, qua ſtan-
te beneficium grauatum onere penſionis non ſufficit ad eam perſoluen
dam & ſuſtinendum ſimul onera ipſius beneficij, prout eleganter con-
ſuluit Lud. Roma. conſil. ccclxix. incip. circa primum verſi. quoad q̃n-
tum. &c. mouetur ex notatis per doct. & precipue per dominũ An. in
92 c. preterea. de iure patro. decidente in ſimili. † quod ſi cenſus a dioceſa-
no in fauorem patroni tempore fundationis impoſitus eccleſie fundate
in tantum eccleſiam onerat, quod ſi ſoluatur non poſſit neceſſitatibus
eccle. ſeu ſubſtenta preſbi. ſubueniri tunc ꝑroni cẽſus diminui & mode
93 rari debet, argu. tex. in. c. primo. de conſuetu. vbi eſt expreſſum † quod
tolli debent vel moderari conſuetudines eccleſijs grauamẽ exceſſiuum
imponentes, ad idem in ſimili bonus tex. in. c. ſuggeſtũ de deci. facit ẽt
94 bonus tex. in. c. quanto de cenſibus. ¶ † Preterea hoc eſt priuilegiũ cle- Vide latiꝰ Couarruuias
rici, vt non cõueniatur vltra q̃ facere poſſit ad inſtar militis armate mi- Lib. 2 Var.
litie, vt dicit gl. or. in. l. miles. ff. de re iudi. id eſt debet ſibi tm̃ relinqui, Cap. 1. n°. 9.
vnde ipſe & ſui miniſtri eidẽ neceſſarij poſſint ſuſtẽtari, vt dicit alia gl.
in. c. ſtudeat. l. d. cõcludo ergo q̃d iuſte petit' reductio penſionis ex dicta
cauſa non obſtante induito quod ad certam partem reduci non poſſit.
ex quo contingit diminutio fructuum ex poſtfacto per ſupradicta.
¶ Et hoc importãt illa verba que apponuntur in huiuſmodi cõmiſſio
nibus ſuper reductione, videlicet prout de iure faciendum eſſe cogno-
uerit, quia attenta diminutione fructuum contingente ex poſtfacto, &
conſideratis honeribus incũbentibus bñficio grauato penſione ac alijs
95 vt ſupra poterit reduci & debito modo moderari. ¶ † Et ex hijs appa-
ret quod etiam ſi papa appoſuit manũ in aliqua ſupplicatione, vel com-

miſſione,& venit de iure formāda ſine dubio reformatur, nam vt ſupe-
rius dixi,licet Papa dicat in ſupplicatione quod penſio ad certam partē
reduci non poſſit ſi tñ de iure ex dictis cauſis, venit reducenda in dubio
reducitur,et reformatur,ad quod faciunt bona iura tex.in.c.ſententiā.
xxxv.q.ix.in.c.cum ex literis. de in integ.reſt. & in.c.cum olim.de re
96 iud.† in quibus dicitur ſententiam Romani pontificis poſſe in melius
commutari,facit elegans conſi.Lud.roma. in ordine.dxxj. Chriſti no-
mine repetito.Circa propoſitam, nec ob.ſi dicatur ex quo Papa appo-
ſuit manum,videtur omnibus alijs de,& ſuper eo ademiſſe poteſtatem,
arg.c.vt debitus.de appel.conſequenter commiſſionem non cēſeri re-
uocatā,nec poſſe reformari niſi proprijs manibus Pape reuocet, vel re-
97 formetur,quia † dico quod ſatis proprijs manibus factum fuiſſe dicitur
cum ab habente mandatum,ſpeciale fiat, vt eſt tex.in.c.mulieres. in fi.
de ſen.ex.ibi cum is committat vere cuius aucte vel mandato delictum
committi probatur. facit etiam tex.in.l.ita tamē.§.geſſiſſe.ff. de ad.tu.
& in.l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi ar.cum alijs vul.ad hoc. ¶Ex hijs etiā
98 poteſt ſummi ratio vnius obſeruantie,quam ſeruat ſignatura, † nā licet
ſtetur literis Pape aſſerentibus reſignationē fuiſſe factam in ſuis mani-
bus iuxta cle.literis de prob.ſi tñ talis reſignatio facta appareat per pro-
curatorem,& de falſitate illius mandati dubitatur exiſtentibus aliq̄bus
coniecturis committitur arbitrio auditoris, vt prefigat terminum parti
ad dicendū quo mādato vti velit & an ex eo reſignatio ſubſequuta fue-
rit,nam vt dicit ſignanter Egidius concluſione.ccliij. que incipit ſi Pa-
99 pa,† quod verba narratiua Pape de reſignatione beneficij in ſuis vel al-
terius manibus facta per procuratorem non probant vacationem, nec
procuratorium,& hoc quo ad effectum adiudicationis, vt per eundem
Egid.conclu.ccxc.& alia.cccxlij.incip.ad effectum &c.licet contrariū
in caſu ſimili firmet Pet.de anc.conſi.cccxcix.incip.intentio dñe Con-
100 ſtantie &c.† vbi dicit quod ſi Papa in prouiſione,quam facit de bene-
ficio,narrat ſe ſpecialiter dictum beneficium reſeruaſſe ſue prouiſioni,
dum talis illud obtinebat ex hijs verbis ſecūdum eum probatur plene
reſeruatio, & preſidētia poſſeſſoris tunc temporis, ſed dictum egidij in
ſuis terminis puto fore verius exiſtentibus aliquibus coniecturis de &
ſuper falſitate eius quod narratur per Papam,vt ſuperius dixi, quia tali
caſu non eſt arguere Papam de mendatio,ſed quod fuerit circūuentus,
101 † & ideo dicit idem Pet.de anc.in conſi.precedenti quod incipit p̄mit
to pro clariori &c.quod dicto ſeu aſſertioni Pape non ſtetur, quādo eſt
contra iura & in preiudicium iuris alteri queſiti, quod non eſt ſue intē-
tionis velle tollere.l.j.§.ſi quis a principe,&.§.merito.ff.ne quid in loco
pub.c.ex tuarū.de vſu pal.maxime in iſta ſignatura iuſtitie, in qua non
vult derogare iuri alterius precipue cum graui damno,& licet vni con-
cedit aliquid gratioſe ſemper tamen preſeruat ius alterius conformādo



ſe diſpoſitione iuris canonici, & etiam ciuilis, vbi deficit ius canonicū.
c.ſi in auditorium.x.diſt.cum multis ſimilibus, quod patet per alia plu
rima,& varia exempla que ſubijciam p̄ ordinē,prout occurrēt materie
q̄s vidi vel praticaui ſeu a praticis habui iuxta tex.i.l.ſi auiā.C.de inge.
manumiſ.ibi ſi cū pitioribus tractatū habuiſſes facile cognoſceres.&c.

## SVMMARIVM

1 Quando quis petit admitti ad beneficium.c.odoardus quomodo ſigna tura debeat dicere.
2 Commiſſio quando detur de inhibitione ſub cenſuris.
3 Iudex eccleſiaſticus quando brachium ſeculare inuocet.
4 Delegatus quando brachium ſeculare inuocare poſſit.
5 Epiſcopus quare ſolum ſub pena ſuſpenſionis, & nō excommunicatio- nis,inhibeatur.
6 Epiſcopi quando ſententiam ſuſpenſionis,& interdicti incurrant.
7 Modus concedendi interdictum ob non paritionem.
8 Eccleſia cathedralis non cenſetur interdicta,licet tota dioceſis & eccle- ſie ciuitatis interdicantur.
9 Interdictum ſuſpenditur in aduentu regis,vel principis.
10 Verbum mandamus non opponitur in literis,que per Papam regibus deſtinantur.
11 Pape exhortationi obediendum eſt.

1 QVANDO QVIS Petit admitti ad bñficium.c.odoar.de ſolu.
vel alternatiue ad ceſſionem bonorum aut ad terminum quinquenalē
iuxta.l.fi.C.qui bon.ced.poſſunt, ſemper in ſignatura dicitur conſtito
ſummarie de paupertate,& prout de iure. & hoc propter multa que re-
quiruntur circa hoc,iuxta not.in.d.c. Odoardus, nec eſt neceſſe quod
aliter cedat bonis dummodo poſſit legitime conſtare de paupertate, ſe-
cundum Panor.ibi. & rotam deciſ.cccccclxvij.incipiē.vtrum poſſit ad
fi.facit bona.glo.in.l.miles.ff.de re iud.& in.c.audeat.l.di.& de mate
2 ria.d.c.Odoardus plene per Bal.in.§.fi. inſti.de acti. ¶† Petenti com-
mitti inhibitionem ſub cenſuris & penis &c.datur ſolum de inhibitio
ne ſub cenſuris.quia non debet quis duplici contritione conteri.c.at ſi
clerici in fi.de iudi.& in.c.preſbiter aut diaconus.lxxxj.di.niſi ſit maxi
ma contumacia vel materia grauiſſima, tunc datur etiam ſub penis.ad
quod facit bonus tex.in.c.quoniam frequenter in.fi.vt lite non cont.
ibi dum dicit ita videlicet quod alterutra pena que magis timeri debeat
iudex a principio ſit cōtentus.ad alteram nihilominus p̄ceſſurus ſi hoc
meruerit proteruitas contumacis, facit etiam bonus tex.in.c. cum in
cunctis §.fi.de elec.& ibi Panor.in primo not.ponunt doc.in.c.tue.de

procur. & in. l. ſenatus cenſuit. ff. de accu. additur ēt qñq; & de brachio
3 ſeculari, put de iure. † nam cũ iudex eccl'iaſticus fecit qđ potuit & non
habet vltra ꝙ faciat pōt tunc de iure inuocare brachiũ ſeculare. c. cũ nō
ab hoīe. de iudi. & in. c. ij. de maleſi. ponit Oldra. conſi. lxxxix inc. Eps
4 inuocata. &c. ¶ † Et eſt notandum, ꝙ niſi in ſignatura adderetur & de
brachio ſeculari non poſſet delegatus inuocare tale auxiliũ. ſm Arch.
in. c. vt offm̃ §. fi. de hrti. li. vj. dicentem curiam ita tenere. quicqd dicat
5 Io. an. in. c. ſignificaſti. de offi. deleg. ¶ † Item eſt notandũ, qđ qñ petit
inhiberi ſub pena excōi. ſi inter eos quibus eſt inhibendum ſint epi vel
ſuperiores prelati. tunc ponitur quo ad eos ſub pena ſuſpenſionis non
excōi. defertur enim illis in penis imponendis. tunc ꝓpter reuerentiam
ſacri officij quod exercent. vt eſt caſus in. c. ij. de offic. dele. libr. vj. iun-
6 cta glo. in. c. j. de cler. venat. tñ etiam pp periculum plurimoꝝ. † & ideo
ſententiã ſuſpenſionis & interdicti tales nō incurrunt niſi de ipſis expſ-
ſa mentio habeatur vt dicit tex. in. c. qa periculoſum. de ſent. excō. lib.
vj. Ex quibus apparet quod iſte cenſure debēt a principio moderate cō-
cedi tã reſpectu perſonarum vt patet ex premiſſis q̃ ēt locorũ in quibus
7 morantur & degunt pſone contumaces. ¶ † Et iō vbi petit poni inter-
dictum pp non paritionē forte executorialium cum magna difficultate
cōceditur, vnde primo ponit in eccl'ia parrochiali aduerſarij. & alia ec-
cleſia parrochiali vel collegia. Demum creſcente contumacia datur in
duob9 monaſterijs vel eccleſijs collegiatis. & ſic nec ſi reſipiſcat tota dio
ceſis ſupponitur interdicto, vltimo loco vbi premiſſa nō afferunt reme-
dium oratori contra aduerſarium, qui tandiu inſordeſcit, interdicitur
8 eccleſia cathedralis † que alias non cenſetur interdicta niſi expreſſe in-
terdicatur licet tota dioceſis & eccleſie ciuitatis interdicantur propter
eius excellētiam & honorem. arg. c. q̃uis. §. c̃q;. de preb. li. vj. & quod
notabat Compoſ. ante illam decretalē. in. c. capitulũ ſancte crucis. in
verſi. item queritur de hac forma. &c. & Oldra. cōſi. clxxxv. incip. the-
ma tale eſt. & domini de Rota deci. xlv. incipiē. nota ſecundũ aliquos.
in antiquis nam iſti magna et notabilia. niſi de eis expreſſe dicatur, nul-
la verborum generalitate includuntur. l. pretor ait. §. quod autem. ff. de
iniur. c. ſedes. de reſcrip. l. eos. C. de aqueduc. lib. xj. ¶ Aduertendum
9 tamen eſt † quod in aduentu regis vel principis in vrbe, in qua dicta
eccleſia cathedralis eſt ſita, interdictum ſuſpenditur. & in hoc defertur
talibus perſonis, arg. c. ſolite. ibi regi tanquam ꝑcellenti. de ma. et obe.
10 ſicut & alias defertur eiſdem. † nam contra Reges nō dantur littere cō-
tentioſe per Cancellariam. & in litteris, que eis deſtinãtur per Papam,
non ponitur mandamus quatenus, ſecundum Specu. in titulo de reſcr.
preſen. §. ratione forme. verſi. item contra Reges. facit bonus tex. vltra
Specu. in clemē. prima. de teſti. ibi reges eoſdem & principes in domi-
11 nio exhortamur quamuis dicat ibi glo. † quod licet exhortatio Pape vi-



deatur conſilium, eſt tamen conſilium reuerentie, cui neceſſario paren-
dum eſt, iuxta notat in. c. ad aures. de eta. & qualita. Quid autem ſi nec
per tot gradus interdicti pareatur, tũc poteſt petere orator executiue ꝓ-
cedi per brachium ſeculare, arg. c. cum non ab homine. in fine. de iudi.
ſed tunc in commiſſione debet addi hec clauſula, videlicet in euentum
quod docuerit. &c.

## SVMMARIVM

1 Cautio qualis eſſe debeat, qñ quis a cenſuris petit abſolui, & infra nu. 3.
2 Perſonaꝝ qualitas debet inſpici, an ſit de ſolo iuramēto eaꝝ cōfidēdũ.
4 Cautio ſufficiens que ſit.
5 Prorogatio fatalium arbitrio iudicis datur.

1 VLTIMO QVO † ad materiam cenſurarum iam incurſarũ ſciē-
dum eſt, quod vbi excommunicatus, vel ſuſpenſus petit ſe abſolui a cē-
ſuris preſtita iuratoria cautione caſſantur regulariter iſta verba & loco
2 eorum dicitur cautione preſtanda iudicis arbitrio, † quia debet inſpici
qualitas perſonarum an ſit de ſolo earum iuro confidendum arg. c. lite-
ras. de preſump. & hoc per doctri. Inno. in. c. ad reprimendum. de offi.
ordi. & ibi Panor. j. col. & in. c. qua fronte de appel. & in. c. ex parte. de
3 ver. ſig. ¶ † Sed ego diſtinguerē prout diſtinguit gl. not. in. c. ad hec. de
ſen. excō. quod aut quis petit abſolui ob iniectionem manuum in cle-
ricum, & tunc ſufficit ſola cautio iuratoria per. c. ex tenore. &. c. cũ de-
ſideres. eod. tit. ſi vero pro cōtumacia vel crimine manifeſto tunc ſuffi-
4 ciens debet cautio preſtari. c. ex parte. de ver. ſig. & ibi dicit glo. ꝙ ſuffi-
ciens cautio eſt ſi pignora vel fideiuſſores dentur. l. ſi mandato. §. vlt. ff.
5 mand. cum ſim. ¶ † Vbi petitur prorogatio fatalium ſemper dicitur in
commiſſione per ſignantem arbitrio iud. quia forte pars nō fecit debi-
tam diligentiã in tempore debito prout facere debuit, iuxta ea que ha-
bentur in. c. cum ſit romana de appel. non enim ſufficit probare ſolum
impedimentum tempore primi fatalis, niſi etiam probetur, quod tale
impedimentum fuit immediata cauſa quare nō potuit proſequi appel-
lationem tempore debito, & ideo debet docere ſe feciſſe debitam dili-
gentiam per tex. not. in. l. qui commeatus in principio. ff. de re. mi. &
ibi Bart. & in. l. quibus diebus. in principio. ff. de cōd. & demō. et Bal.
in. l. properandum. §. ſinautem vtraq;. C. de iudicijs.

## SVMMARIVM

1 Cauſe eccleſie & ſpirituales ſolis laicis etiam de partium conſenſu
non committuntur.

2 Clericus vti dignior trahit ad ſe laicos minus dignos.
3 Clericus & laicus debitores ſi ſimul cōueniuntur debent coram epiſcopo ratione clerici conueniri.
4 Iudices ſi ſunt vnus clericus, & alter laicus, debet appellari & peti reductio ad eccleſiaſticum.
5 Laicus ſi habet rem communem & indiuiſibilem cum eccleſia contra laicum non preſcribitur ſpacio ſtatuto a iure communi.
6 Cauſe prophane regulariter in curia non committuntur.
7 Cauſa dotis a matrimonio ſeparata eſt prophana limita vt ibi.
8 Cauſa denegate penſionis regulariter in curia non committitnr. Limita vt ibi.
9 Cauſa iniuriarum in partibus an committatur in curia.
10 Cauſe prophane in quibus caſibus in curia committantur, & nu. ſeq.
11 Cauſa que dicatur ardua.
13 In cardinalibus multa ſpecialia introducta ſunt.
14 Card. committunt obſeruationes terminorum audit. ſine mandato pp̄.
15 Cardinalis dicto ſtat in hijs que agunt coram eo in cauſis ſibi cōmiſſis.
16 Cardinali per auditorem non inhibetur.
tuto tunc admittetur procurator ad eum defendendum, ex quo ipſe ꝑ-
ſonaliter ſeipſum defendere non poteſt, licet alias in cã criminali non
poſſit interuenire procurator. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. capi.
veniens, de accuſa. & ita firmat deciſio. ccj. que incipit licet in cauſa cri
minali in nouis.

## SVMMARIVM

1 Moratoria in vrbe alicui grauato onere debitorũ qualiter cõcedatur.

Cautionis



2 Cautionis idonea appetlatione fideiuſſores vel pignora cõtinẽtur.
3 Cautio idonea cũ dicitur, hipotheca non ſufficit.
Hypothecã dare minus eſt, quã pignora, & fideiuſſores.
4 Debitor qui moratoriã impetrauit, ſi nõ poteſt cautionẽ idoneam da-
re, nec habet immobilia, quã cautionẽ dabit.
5 Moratoria in partibus nõ datur laicis extra terras eccleſia.
6 Moratoria non datur clericis in odium laicorum.
7 Moratoria cõtra executoriales non datur.
8 Nec pro fideiuſſoribus.
9 Signatura qũo fiat, qñ executio ſententie petitur.
10 Sentẽtia ſi eſt nulla, non poteſt dici res iudicata.
11 Signatura quomodo fiat per papam.
12 Et quomodo per cardinalẽ.
13 Cauſa grauaminis nõ cõmittitur, niſi cũ toto negotio principali.
14 Cap. vt debitus de appel. in quo iudice loquatur & infra. nu. 16.
15 Auditor ſi de partiũ conſenſu procedat ſuper toto negotio, grauamine
non iuſtificato, partes poſſent redire ad iudicẽ a quo.
17 Cauſa ſemel commiſſa in curia regulariter non extrahitur.
18 Veneti nõ permittũt ſuos ſubditos trahi ad curiã romanam.
19 Cauſa in partibus cepta auocatur, & in curia committitur.
20 Cauſa inſtructa qualiter auocetur.
21 Per iuramentũ ſolũ probantur, que in animo conſiſtunt.
22 Cauſa cẽſetur a primo iudice auocata ſine alia expreſſa reuocatione, ſi
ſignatura dicat audiat talis.

1 QVANDO CONCEDITVR † moratoria in vrbe alicui gra
uato onere debitorum, ſolẽt addi hec verba videlicet data idonea cau-
tione. & hoc per text. qui ita diſponit in. l. vniuerſa. C. de precibus im-
perato. offerẽ. canonizata in. c. vniuerſa vigeſimaquinta queſtione ſe-
cunda, aliquando additur etiam iſta clauſula, & ad elec. creditorũ, an
velint ex tunc bona immobilia pro ſatiſdatiõe acceptare. ponitur. n. in
2 cle. creditoꝝ an velint acceptare cautionem idoneã. † cuius nomine in-
telliguntur fideiuſſores vel pignora. l. mandato ti. ij. §. fin. ff. manda. &
in. l. ergo. §. adici. ff. de fideicom. lib. vel acceptare hipothecam immo-
bilium. de qua ideo ſpecialiter exprimitur quia ſub illis verbis genera-
3 libus videlicet data idonea cautione non includitur † nam cum dicitur
idonea cautio non ſufficit hypotheca, vt probat eleganter Old. conſi
lio ſexageſimooctauo incipien. nomine cautionis &c. & licet minus
ſit dare hypothecã quam pignora vel fideiuſſores vt per Oldr. in dicto
conſilio. tamen iſtud ponitur in electione creditorum, & ſatis eſt quod
illis ad eorum voluntatem qualitercũque ſatiſfiat argumento. l. ſi rẽ. §.
4 ſatiſfactum. ff. de pignora. actio. † Quid autem ſi debitor qui impetra-

uit moratoriam non poteſt dare idoneā cautionē, nec etiam habet im-
mobilia, tunc dabit quā poteſt, videlicet iuratoriam, arg. tex. in auc. ge
neraliter. C. de epis et cler. & l. ſi §. inſuper. C. de aſſer. tol. & in §. ſed ho
die. inſtit. de ſatiſd. facit. c. alma. de ſenten. excom. lib. vj. & quod notat
gl. in. l. i. ff. qui ſatiſd. tenentur. in quibus iuribus probatur quod ſi hñs
ſatiſdare facultatē ſatiſdandi non hēt tunc ſufficit cautio iuratoria. licet
videatur innuere text. in. l. ij. C. de tutel. tu. qui ſatis nō dedit & gl. ord.
in. l. iiij. C. de vſufr. ſed loquuntur in alijs caſibus vt ponit Romanus
conſi. ccccxxxix. quod incipit. circa primū in fi. col. Predicta procedūt
5 qñ moratorie conceduntur in vrbe. † in partibus aūt non dantur mo-
ratorie laycis extra terras eccleſie, arg. illius quod ponit Innoc. in. c. in-
quiſitioni. de ſenten. excō. facit. c. ſi duobus ad finem. de appel. & c. ve
6 nientes de iureiurando. † non dantur etiam clericis in odium laicorū
arg. tex. in. c. nouit. in princi. de iudi. & quod ponit gl. in. c. ſi clericus
laycum. in ver. de conſuetudine de foro compe. & ſic ex predictis appa
rent duo caſus in quibus non dantur moratorie. Alius & tertius caſus
7 eſt. † nam contra executoriales non datur moratoria, quia in executo-
rialibus apponuntur certi dies ad parendum iudicato, & arctatur tem-
pus quadrimeſtre, ꝙ datur condēnatis iuxta. l. ij. C. pen. vſur. rei iudi. fa
8 cit. l. ſi debitori. cum ibi notatis. ff. de iudi. ¶ † Quartus caſus eſt quia ꝓ
fideiuſſoribus non datur moratoria, quia ſic res iret in finitum, infini-
9 tas autem reprobatur a iure. c. ij. de reſcri. lib. vj. ¶ † Quādo petitur cō
mitti executio ſententie, quia nō fuit appellatum infra decem dies iux-
ta. c. concertationi de appel. lib. vj. & in auc. hodie. C. eodem, aut quia
appellatio manſit deſerta & non fuit cōſequuta infra tempus a iure da-
tum iuxta. c. cum ſit romana. de appella. cum ſimilibus iſtis caſibus dici-
tur in corpore commiſſionis aut in clauſulis vel in ſignatura, placet vel
10 fiat conſtito de re iudicata, † nā ſi ſentētia eſt nulla non poteſt dici res iu-
dicata. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. ſententia. n. nulla nunquam
tranſit in rem iudicatam, pari modo ſtante nullitate ſententie non po-
11 teſt cauſari vel produci deſertio. iuxta iura communia. ¶ † Et nota hic
incidenter, quia quando papa ſignat ſupplicationem de gratia dicit, fiat
vt petitur, niſi ſit materia, que ſignatur motu proprio, prout ſunt ex-
pectatiue, quia tunc ſimpliciter dicit fiat motu proprio, & non additur
fiat vt petitur motu proprio, quia implicaret contradictionem, & hoc
12 vbi eſt gratia noua, ſed vbi eſt reformatio dicit fiat. † & Cardi. ſignās di-
cit conceſſum Ioā. Card. alias ſignatura Cardi. ſemper dicit conceſſum
vt petitur &c. Qñ vero pp ſignat commiſſionē dicit placet, niſi reſcri-
bat ad partes committendo, quia dicit fiat, & ita ſeruat ſtilus in ſimili-
13 bus. ¶ † Quando appellatur ab interlocutoria & petitur committi cau
ſa grauaminis auditori, tunc additur in pede cōmiſſionis hec clauſula,
videlicet, & cum toto negotio principali, quod ideo fit, ne continen-



tia cauſe diuidat. l. nulli. C. de iudi. & c. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruc. &
aduerte qđ tali caſu nō ponitur tota cauſa in cognitione auditoris, niſi
in euētū legitime appellatiōis ab interlocutoria, vt dicit Egidius bell.
cōclu. cccxix. inci. ſi auditori & ſequēti, idē ponit vna deciſi. in nouis.
in titu. de appel. tertia in ordi. Non ob. quod illa verba & cū toto nego
tio principali videtur ſm hoc eſſent ſuperflua & nihil prima facie ope-
rantur, ex quo illud inerat de iure, ꝙ eēt iudex totius cauſe in euētū gra
14 uaminis. c. vt debitus. de appella. † q̄a rñdet Egidius vbi ſupra qđ cap.
vt debitus loqtur in iudice ordinario appellationis, ſecus in delegato,
q̄ cauſa obſeruādi forma reſcripti nō poſſet cognoſcere, niſi de graua-
14 mine ēt iuſtificato, ſi nō eſſet dicta clauſula † immo plus dicit Egidius cō
cluſione ſequēti, incipiēte illud qđ &c. qđ ēt ſi auditor de conſenſu par
tium procederet ſuper toto negotio nō iuſtificato grauamine, adhuc li
16 ceret partibus redire ad iudicē a quo, † quia capi. vt debitus ponens to-
tum negotium in manibus iudicis ad quem conſtito de grauamine, nō
habet locum in delegato, vt ſupra, facit ad hoc bonus tex. in ca. Roma-
na. in prin. de foro cōpe. lib. vj. Audiui tamen quod ſtilus romane cu-
rie ſe habet in cōtrarium in cauſis grauaminum de partibus, ſecundum
quē ſi eſt commiſſa auditori cauſa grauamiuis de partibus cum toto ne
gotio quāuis auditor pronunciat male appellatū, nihilominus non re-
uertitur cauſa ad priorē iudicē, prout atteſtatur Fely. in. c. cauſamq; de
reſcrip. pro quo facit quod dicit idē Egidius concluſione. xlviij. inci-
17 pien. proceſſus &c. † cauſa enim ſemel commiſſa in curia non extrahi-
tur regulariter, niſi cū maxima difficultate, & bona iuſtificatione, vt pu
ta ſi facienti committi cauſam in Rota inhibeatur per ſuum dominum
18 temporalē † vt faciūt domini mei Veneti qui ſub grauiſſimis penis nō
permittunt quod ſubditus trahat aliū ſubditum ad curiam romanam,
ideo tunc ſolet extrahi cauſa quāuis iam pendeat in Rota & commit-
titur in partibus, & ita obtinui in vna cauſa mea contra quēdam obſti-
natum & beſtialem aduerſariū, qui tandem meritas dedit penas nō ob.
l. vbi ceptū. ff. de iudi. quia ex quo alia pars. ſ. rea procurauit talē inhibi
tionē, vt cōmuniter faciunt intruſi in partibus noſtris, certe non poteſt
excipi de litis pendentia corā primo iudice cōſequenter valet proceſſus
agitatus corā ſecundo, per illud quod not. Pano. in. c. cum. m. ferrariē.
circa finē de cōſtitutio. & in. c. ex tenore iuncto. c. cum contingat in ſe-
19 cundo notabili. de reſcrip. & ita ſeruat. ¶ † Ecōtra cauſa iam incepta in
partibus auocatur & cōmittitur in curia ēt ſi ad aliquos actus ibidē ſit
proceſſum, citra tñ cōcluſionem in cauſa, arg. c. paſtoralis, de cau. poſ.
20 & proprie. ¶ † Vnde ēt ſi cauſa ſit inſtructa nihilominus auocat dum-
modo in cōmiſſione ſint appoſita dicta verba citra tñ &c. & ita intelli-
go quod dixi in ſuperioribns in ſimili ꝓpoſito. Solet tñ huiuſmodi cō-
miſſio ſemper iuſtificari dicēdo qđ orator ſperat nō poſſe cōſeq iuſticie

21 complementum in partibus† quo caſu ſufficit hoc probare per ſolum
iuramentū impetrantis, quia ea que conſiſtunt in mente vel animo ali-
cuiꝰ aliter ꝓbari non pñt, vt dicit deci. Rot. xlij. que incipit ſi impetrat
in nouis, allegat. c. ſi vero. de ſen. exc. etc. vt circa de reſcrip. in. vj. ¶Et
eſt aduertendum, ꝙ non eſt neceſſe petere ſpecialiter in tali commiſſio-
ne, ꝙ cā aduocetur a primo iudice, ſufficit. n. ſolum narrare pendentiā
22 litis coram illo & petere, quod alteri committatur, †quia ſi ſignatur au
diat talis &c. eoipſo aduocata cenſetur cā a primo ſine alia expreſſa re
uocatione ſecundū dominos de Rota deci. lxvij. inci. ſi petatur in no-
uis, & rō eſt quia ſatis cōſtat de mente cōmittentis alteri cām, quod vo-
luit eā a primo reuocare, ne cōtinētia cāe diuidatur, & cōtingat intrica-
tio proceſſuum. c. paſtoralis. &. c. cū cōtingat cū ibi not. de reſcri.

## SVMMARIVM

1 Auditor ſine ſpeciali mandato non poteſt admittere articulos obiecti-
uos poſt terminum, ſed opus eſt, ꝙ fiat commiſſio releuans pro tali-
bus articulis admittendis.
2. Remediū ordinarium hñs nō debet recurrere ad extraordinarium.
3 Articuli obiectiui nō dati in termino qñ in alio termino dari poſſint.
4 Articulos obiectiuos dās nō dr̄ ius propriū tueri, ſed alienū impetere.
5 Beneficio omnis datur ſeruo, que ipſum tenetur, & aliū non grauat.
6 Iudex ex equitate, terminū prorogare poteſt.
7 Iudex pōt augere & minuere dilationē, parte nō citata.
8. Citatio partis an requiratur in interlocutoria.
9. Commiſſa cauſa poſſeſſ. auditori an videatur commiſſa cauſa proprie-
tatis, & econtra.
10 Petitoriū ad ſe poſſeſſorium trahit.
11 Cōmiſſiones late ſunt īterpretāde in curia, limita vt infra. nu. 13.
12 Indefinita vniuerſali equipollet.
14. Cōmiſſio impetrata per actorem contra duos reos, victo vel mortuo
impetrante finitur.
15. Cōmiſſio includēs aliquē vt reū nō ſuffragatur illi, ſi velit eſſe actor.

1 AVDITOR NON †poteſt ſine ſpeciali mandato admittere arti-
culos obiectiuos poſt terminū, ideo opus eſt qđ fiat cōmiſſio releuans ꝓ
talibus articulis admittitur impetrans ad probandū materias obiecti-
uas, non obſtante lapſu termini. & hoc in prima inſtantia duntaxat, ſed
non in ſecunda vel tertia, vt vult deciſ. xcij. que incipit cōmiſſio impe-
trata, ratio eſt, quia in dictis alijs inſtantijs videlicet. ſecunda & tertia,
poteſt tales articulos de nouo in termino dare iuxta. l. per hanc. C. de tē-
2. po. app. & in. c. cū Ioā. de fide inſtru. †vnde ex quo habet ordinarium



remediū non eſt ad extraordinariū recurrendum. l. in cauſe. ff. de mino
ri. ſaluo ſi in ſecunda vel tertia inſtantia ſpecificari non poſſet illa ma-
teria vt quia eſſet negatiua vel alias impoſſibilis ad ſpecificādum. quia
tunc poteſt & debet admitti in dictis inſtantijs vigore dicte commiſſio
nis non obſtante mala ſpecificatione, ſecundum dominos vbi ſupra &
hoc mō debet intelligi quod dicit Egidius concluſione. ccccxxij. que
incipit cōmiſſio. vbi nimis gñalr̄ loquitur. ſed debet intelligi vt ſupra.
¶Et iſta procedunt in materia obiectiua, vt iudex non poſſit poſt ter-
minum admittere articulos obiectiuos ſine noua cōmiſſione & ſpecia
3 li mandato, †dicit tamen Egidius cōcluſione. cclxx. quod articuli obie
ctiui non dati in termino poſtea in alio termino dari poſſunt ſi alius ter
minus huiuſmodi per iudicē aſſignetur, & ab aſſignatione termini non
appelletur, puto tamē ego quod male facit iudex aſſignando alium ter-
minum quia talis materia eſt odioſa & reſtringenda, ex quo non eſt di
recte de iure eccleſie vel dantis perſone, vt nota. in. c. vt circa. de elec.
et in clementi. conſtitutionem eodē titulo, ſicut enim licet vnicuique
in ſuo facere quod vult, licet per hoc alius dānificetur, nō licet tamē qđ
in alienū immittat etiam ſtramenta. l. proculus. ff. de dam. infec. & in
4 l. ſicuti. §. ariſto. ff. ſi ſerui. vendicetur, †& ideo qui dat articulos obie-
ctiuos non dicitur propriū ius tueri ſed alienū impetere. l. iij. §. ſi duo. ff.
ad carbo. hinc dicit. l. quoniā Alexandrum. C. de adul. quod ſeruus ac
cuſatus a domino de adulterio nō pōt excipere de lenocinio, quia vt di
cit Oldra. conſi. clxx. incipi. ad hoc &c. vbi optime declarat iſtam ma-
5 teriam, †omnis defenſio datur ſeruo que ipſum duntaxat tuetur non
alium grauat quod facit exceptio Lenocinij. l. j. §. ſi publico. ff. de adult.
& in. l. ita pudor. C. eo. titu. & ſimiliter alia materia obiectiua. Nec mo
neat quemquam ſecundum Oldr. vbi ſupra quod per indirectum & ex
quodam conſequenti facit ad ius dantis, quia hoc attendi non debet. l.
j. ff. de aucto. tuto. & in. l. is qui duos, de liber. leg. ¶Ex quibus appa-
ret quod materia obiectiua eſt odioſa & reſtringēda & ideo non admit
titur vlterius poſt terminum vel malam ſpecificationem, niſi vigore cō-
miſſionis releuantis vt ſupra, audiui tamen quod alias fuit reiecta que-
dam cōmiſſio regien. in qua petebatur poſt elapſum terminum ad arti
culandum admitti quendam ad probandum de falſa expreſſione valo
ris in impetratione per aduerſarium facta, ſed illud ideo forte, quia po-
6 terat ei conſuli ꝑ gratiā ſi neutri. ¶†Secus eſt in alia materia in qua pōt
iudex ex equitate prorogare terminū. c. cōſuluit. de offi. deleg. & ponit
Egidius inferendo ad pulchrū caſum concluſione. clxxvij. incip. in ca-
ſu. &c. & ſic non obſtante lapſu termini admittere articulos, qui ſunt
de bono iure dantis parte alia ēt non vacata, q̄a dicit Bal. in. c. j. in pn.
de milite vaſal. q contumax eſt, ꝙ interlocutoria qua iudex dilationes
ſuas moderat̄ augendo vel minuendo poteſt fieri parte non citata, alle-

gat Innocen. in. c. ad petitionem, de accuſat. & inde dicit Barto. in ex-
trauagan. ad repri. in ver. per edictum in. ij. colum. quãuis contrarium
teneat Bald. in. l. j. in fi. C. quomodo & qñ iud. ſed primum eſt verius,
8 † quia nõ requiritur citatio partis in interlocutoria que ſit modici pre-
iudicij, puta que citationem partis contineat vel prorogationem termi
ni, ſecundum Bar. & cõiter doc. in. l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff.
9 de offic. procõſ. & leg. & in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. ¶ † Si cõmiſſa eſt
cauſa poſſeſſionis auditori non vr̃ commiſſa cauſa proprietatis nec ecõ
tra, vt probat tex. in. l. ſi de proprietate. C. ſi a nõ compet. iud. quod in-
tellige verũ ſecundum Bal. in. c. j. de cau. poſ. & proprie. quando dele
gans cõmiſit cauſam diſcretiue, nam committẽdo vnũ ſpecialiter & ex-
preſſe aliud nõ expreſſum vr̃ denegaſſe, arg. l. cũ pretor. ff. de iudi. cum
ſimilibus ſed ſi cõmittat abſolute & indefinite, puta committimus cau
ſam, que vertitur inter titiũ & ſempronium ſuper tali re, tunc vtraque
cã vr̃ commiſſa. ſ. poſſeſſionis & proprietatis, vt vult gl. notanda. in. c.
ij. in glo. i. de cau. poſ. & proprie. que allegat optimũ text. in. c. ad hoc
de ſequeſtr. poſ. & fruc. de quo latius dixi iſto mane in lectione ordina
rie allegando duas deciſiones, vna eſt in ordine. cccxcvj. in nouiſ. alia
Egidij bell. de vi. in qbꝰ tenent indiſtincte vtrãq; cãm videri cõmiſſam
10 ſiue cõmittant̃ diſcretiue, ſiue indefinite, † maxime qñ ſimpl'r cõmittit̃
petitoriũ, qđ eſt principaliꝰ, et trahit ad ſe poſſeſſoriũ, l; de eo ĩ cõmiſſio
ne ſpãliter nõ exprimat̃. c. cũ eccleſia &. c. cum dilectus de cau. poſ. &
11 proprie. † item quia cõmiſſiones ſunt late interpretande in curia vt no.
Inno. in. ca. ſuper literis de reſcri. ſed iſte rationes iudicio meo militant
eo caſu, quando commiſſa eſt cauſa abſolute & indefinite, tũc. n. inclu-
12 ditur vtraque cauſa, † nam indefinita equipollet vniuerſali, iuxta glo.
vulg. in ca. vt circa. de elec. lib. vj. cum ſimilibus, ſecus quando delegãs
commiſſit cauſam diſcretiue per rationem quam predixi. & ita cõcluſi
in lectione, poſſent tamen ſaluari predicte deciſſiones, quando in com-
miſſione eſſent appoſita verba que poſſent applicari ad vtrunque iux-
ta doctrinã Inno. in ca. epiſcopi. de reb. eccle. nõ alie. vbi dicit ꝙ ſub il
la forma qua ſcribitur ꝑ Cãcellariam ea que de bonis talis eccleſie alie-
nata repereris ad ius & ꝓprietatẽ eccle. ſtudeas reuocare, quo caſu dicit
Innoc. ꝙ poteſt agi poſſeſſorio & petitorio, qđ non eſt mirum, quia ta-
lia verba comprehendunt vtrunque alias minime per ſupradicta.
13 ¶ † Ex quibus collige ꝙ licet commiſſiones ſint late interpretãde in cu
ria vt dicit Innoc. quem ſupra retuli, tamen non extendũtur ad ea que
ſunt contra vel preter intentionẽ committentis, vt ſuperius probaui, &
14 ideo dicit deci. Rot. ciij. in nouiſ. † qđ cõmiſſio impetrata ꝑ actorẽ con
tra duos reos victo vel mortuo impetrante finitur, in tantũ qđ audi-
tor nõ poterit ꝓcedere vigore illius commiſſionis inter illos duos reos
ſimul cõuẽtos volẽtes inter ſe experiri ſed neceſſaria eſt noua commiſ-



ſio. quia nullus iſtorũ obtinuit hanc cõmiſſionẽ, & quia mutate ſunt ꝑ-
15 ſone, † nã qui primo fuit reus nunc eſt actor. & ideo illa cõmiſſio que
cõprehendebat illum vt reum non extenditur ad illum eundem vt acto
rem licet alias ſit nominatus in commiſſione, quod eſt notabile ad c. p.
&. g. cum materia, de officio delega.

## SVMMARIVM

1 Cõmiſſio an & qñ det̃ ſup cauſis motis & mouẽdis ꝑ impetrantẽ.
2 Cõmiſſio eſt nulla, ſi appellatio tpe cõmiſſionis non fuit interpoſita.
3 Appellatio & commiſſio ſi appareat eadem die facta, que iſtarum preſu
matur preceſſiſſe.
4 Cõmiſſio an valeat, ſi impetratur ſuper certa re, & quibuſdam alijs re-
bus, ſi tpe impetrate cõmiſſionis nullũ ius in illis rebus cõpetebat.
5 Nõ ius impetrãtis nõ inficit ipſo iure cõmiſſionẽ impetratã.
6 Ceſſio valet facta per tertiũ vni ex litigantibus lite pendente.

1 NON DATVR † Cõmiſſio ſup cauſis motis & mouẽdis in futu-
rũ ẽt ꝯ certũ nominatũ, & ita ſe habet ſtilus in ſimilibus, vt legit̃ & nota
tur in. c. ad hec de reſcri. niſi liqdo appareret de veritate reſcripti ſeu cõ
miſſionis et certa ſciẽtia pape, quia tũc parẽdũ eſſet, facit. c. audita, in ꝑn
ci. de reſti. ſpolia. & qđ notat̃ in. c. ſi qñ. de reſcrip. alias minime, bñ tñ
datur commiſſio ſuper cauſis motis & mouendis per impetrantem, dũ-
modo non addatur illud verbũ in futurũ, & tunc talis commiſſio extẽ-
ditur duntaxat ad cauſas tunc id eſt tẽpore impetrationis & nõ poſtea
exortas, vt vult deciſio. cxlviij. que incipit cõmiſſio. in nouis. quod di-
cit procedere ẽt ſi poſtea ſtatim inciperet cõpetere actio, puta ſi poſt im
petrationẽ incipiat poſſidere, & ſpoliatus vult agere poſſeſſorio, certe
non põt vigore dicte commiſſionis que non extenditur ad futura, vt di
xi. facit. d. c. ſi. de reſcri. ibi ad futuras trahunt cõtrouerſias que nondũ
2 fuerant tempore impetrationis exorte † & ideo dicit Egidius bell. con-
cluſione centeſima qđ ſi conſtat appellationẽ non fuiſſe interpoſitam
tpe cõmiſſionis impetrate, talis cõmiſſio effectualiter nulla eſt, quia ad
futurã appellationẽ extẽdi nõ põt, allegat capi. nonnulli. de reſcri. quid
3 aũt ſi eadẽ die fuiſſet appellatũ & ſimilẽ impetrata cõmiſſio. quod iſto-
rũ preſumeretur preceſſiſſe, & videtur Egid. inclinare quod excipiens
contra cõmiſſionem haberet probare commiſſionem preceſſiſſe, vt ibi
per eum, & latiꝰ ponit vna deci. ccx. que incipit ſi immediate in nouiſ.
4 ¶ † Sed qd ſi impetret̃ cõmiſſio ſup certa re & qbuſdã alijs rebꝰ iuxta. c.
Paſtoralis. de reſcr. & tpe impetrate cõmiſſiõis nullũ ius ſibi cõpetit in
illis rebꝰ, ſed poſt ĩpetrationẽ ſibi cedũtur vel donãt̃, an valeat cõmiſſio
taliter impetrata. dicit notabiliter deciſ. Rot. 176. que incipit cõmiſſio

impetrata. in nouis. quod valet, etiam ſi ceſſio vel donatio fiat poſt litẽ
conteſtatam per. c. abbate ſane. de re iud. lib. vj. pro quo facit bona ra-
5 tio † quia non ius impetrantis non inficit ipſo iure commiſſionem im-
petratam, alias exceptiones peremptorie concernentes negotiũ princi
pale poſſent obijci contra literas & litis conteſtationem impedirent cõ
tra caſum. c. primi. de litis conte. lib. vj. ſed iſtud ego intelligo dummo
do ex inſpectione commiſſionis non appareret euidenter de non iure
impetrantis alias non daretur ſibi commiſſio. vt ſi exprimeret talẽ cau-
ſam etiam proprietatis qua expreſſa non darẽtur litere etiam ad poſſeſ-
ſorium, iuxta ſingulare dictum Vinc. quod ibi clare declarat Ab. in. c.
ex parte. b. in fi. col. de for. compet. & Romanus conſi. ccccxcix. alias
procedit qđ ſtatim dixi ex mente Rote Ex quo infertur alia cõcluſio ſe
6 cundũ dominos vbi ſupra † quod ceſſio facta vni ex litigantibus lite pẽ
dente per tertium valet & tenet cle. ij. cũ ibi notatis. vt lite penden. nec
iſta contraria concluſioni precedenti, quia commiſſones non trahun-
tur ad futuras controuerſias, vt dixi ſupra, ſed ſuper controuerſia tem-
pore impetrationis iuſte vel iniuſte exorta includunt omne ius tunc cõ
petens impetranti vel competiturum ex poſt etiam poſt litem conte-
ſtatam. d. c. Abbate ſane. quod eſt ſane intelligendum, quando impe-
trans non expreſſit certam cauſam. ſed in genere dixit ſibi ius cõpetere
abſqꝫ alicuius cauſe declaratione ſeu ſpecificatione vt vult ille tex. not.

## SVMMARIVM

1 In ſententia taxationis expẽſarũ an debeat citari pars.
2 Auditor rote qualiter habeat fructus liquidare.
3 Poſſeſſor beneficij ſi poſt primã ſententiã latã contra ſe in curia non di-
mittat poſſeſſionẽ, nec velit ponere fructus in ſequeſtrum, non fit ſe-
queſtratio de fructibus aliorum beneficiorum.
4 Idẽ ſi ſit innodatus in cenſuris pro certa ſumma pecuniarum.
5 Derogatio regule de inſordeſcentibus non datur.
6 Ptãs exequendi nõ ſolet auocari, quando iudex executio. facere cepit.
7 Papa nam eſt veriſimile, ꝙ velit auferre iuriſditionẽ vni iudici, & dare
alteri, niſi appareat de certa eius ſcientia.
8 Proceſſus factus contra intruſum per executorem an valeat licet de in-
truſione non cognouerit.

LATIS TRIBVS ſententijs conformibus, vel vna que tranſiuit in rem iudicatam ſolet impetrari vna commiſſio per quam committitur eidem auditori qui tulit tertiam ſentẽtiam vel primam appellatione non ſuſpenſam vt taxet fructus a tempore mote litis perceptos per illum qui ſuccubuit & etiam expẽſas vt ſuperius in alio propoſito dixi.

† dubitatur



1 † dubitatur mõ in ſententia taxationis ſaltẽ expenſarum debeat citare
aliam partẽ Bar. in. l. terminato. C. de fruct. & lit. expẽ. dicit quod nõ.
& in. l. ij. C. quomodo & quando iud. ſed in curia ſeruatur contrariũ,
quia citatur pars per curſorem ad videndũ liquidari fructus & taxandũ
expenſas, vt ponit deciſio Rote. cccciiij. que incip. fuit dubitatum vtrũ
2 ſub executor in not. † Qualiter autem auditor habeat liquidare fructus
ponit deciſio Rote. cccxxxvij. que incipit auditor in noui. vbi dicit qđ
habet declarare taxando fructus ſingulis annis tantum valuiſſe & vale-
re, fietque poſtmodum coram executore computus, quot annis poſſe-
derit, & fructus percepit, & compelletur per eundem executorẽ ad reſti
tuẽdos omnes fructus vſqꝫ ad illud tp̃s perceptos nõ ſolet dari cõmiſſio
de fiẽda ſequeſtratione aliaꝝ rerũ quã de hijs de quibus agit̃ ẽt obtẽtis
executorialibus & ſecuta excommunicatione agrauatione, reagraua-
3 tione &c. † & ideo ſi poſſeſſor beneficij poſt primam ſententiam la-
tam contra ſe in curia non dimittat poſſeſſionem beneficij nec velit po
nere fructus in ſequeſtrũ prout tenet̃ iuxta clemẽ. primã de ſequeſtra.
tunc non datur commiſſio de ſequeſtrandis fructibus aliorum benefi-
4 ciorum eiuſdem † eo. mõ ſi quis inodatus eſt predictis cenſuris ꝑ certa
ſumma pecuniarum in qua extitit cõdemnatus quia iudicato nõ paruit
non datur etiam contra talem commiſſio in qua petitur quod debeant
ſequeſtrari fructus ſuorum beneficiorum vſque ad condignam ſatiſfa-
ctionem illarum pecuniarum, facit ad hoc Rubrum & nigrum. C. de
prohibi. ſequeſt. Iſtud tamen debet ſane intelligi cum iſta modificatio-
ne videlicet niſi lapſum foret tantum tempus, vt ꝑꝑ inſordeſcentiam in
cenſ. executio nimiũ differetur. & ideo in tali cõmiſſione debet expri-
mi tempus in quo talis debitor ſic manſit inodatus, & inſorduit, tũc. n.
propter nimiam illius contumaciam & inſordeſcentiam dabitur com-
miſſio de fructibus beneficiorũ ſequeſtrandis argumento. c. qm̃ frequẽ
ter in fi. vt lit. non cõteſta. &. l. fulcini⁹. §. fina. vbi bonus tex. ff. ex quib.
cau. in poſ. ea. datur. n. tali caſu hmõi cõmiſſio propter inſordeſcentiã
tanquam remediũ ſubſidiarum in eorum odiũ, qui tandiu inſordeſcũt
& contẽnendo cẽſuras eccleſiaſticas veniunt in profundum malorum
5 c. cum non ab homine de iud. † propter quod non ſolet dari derogatio
regule de inſordeſcẽtibus, niſi pauperibus preſertim qñ per annũ inſor
duerunt. & ſi ponantur hec verba in ſupplicatione videlicet etiam ſin-
gulis caſibus eiuſdem regule verba huiuſmodi conſueuerunt tolli pro-
6 pter bullam in cena domini. ¶ † Quando comittitur cauſa nullitatis ali
cuius ſententie cum illa clauſula cõſueta ſine tñ preiudicio legitime exe
cutionis prout in ſuperioribus dixi. tunc non ſolet dari cõmiſſio, quod
iudex, cui committitur cauſa dicte nullitatis, procedat ipſe ſuper execu
tione, quatenus ſit procedendum auocata tali poteſtate exequendi ab
alio iudice. & hoc quando idem iudex cepiſſet facere executionem, fa-

cit tex. vulgarem in.l. vbi ceptum.ff. de iudi.& quod notař in.c. ex te-
nore.de reſcrip.ad idem faciunt notata ꝑ Inno. in.c. cū M.de cōſti.de
7 appel.vt noſtrū.&.c.vt debitus.eo.ti.† per que apparet qđ non eſt veri
ſimile,quod Papa velit auferre iuriſdictionem vni iudici, & dare alteri
niſi appareat de certa eius ſciētia,quod velit eam auocare, idē dicit Egi
dius concluſione.ccccxix.que incipit ſi auditori &c.& hoc indubitan-
ter procedit in Romana curia ſecus in partibus,per rationem quam in
8 ſuperioribus dixi.¶† Vtrum aūt valeat proceſſus factus per executorē
ſententie cōtra intruſum,licet de intruſione facta lite pendēte, vel poſt
ſententiā non cognouerit,dđm eſt qđ valeat, ſecundum dominos de
Rota deciſione.cccclxxx.que incipit ſi executor in nouis.

¶ Et ideo datur cōmiſſio quod executoriales poſſint intimari intruſo
pendente lite vt in ſuperioribus latius dixi.

## SVMMARIVM

1 Adiūctus ob ſuſpicionē iudicis quando petetur deputari.
2 Signatura raro conſueuit dare adiunctum propter intricationes iudi-
ciorum in contingentes.
3 Signatura quando poſt litem conteſtatam det adiunctum.
4 Iudex nouus nō debet dari ad ſolā allegationē ſuſpicionis,& quare.
5 Adiunctus quare detur.
6 Confidens quando datur,quid ſeruetur.

1 DANTVR LITTERE † Per cancellariam,quando petitur de-
putari adiunctus ꝑꝑ ſuſpicionē iudicum ab aduerſario impetratorum,
ſed hoc datur per cancellariā,ita demū,ſi nondum eſt ad litis conteſta-
tionē proceſſum,iuxta notata per doc.in.c.inſinuāte.de officio deleg.
2 &.c.cāmque eo.ti.iuncta.l.apertiſſimi.C.de iudi.† ſignatura autem ra
ro conſueuit cōcedere ad iunctum propter nutricationes iudiciorum,
quæ inde cōtingunt,arg.c.cū contingat de reſcri.niſi forte in crimina-
libus propter maius periculū quod in illis vertitur ideo cautius eſt agen
dum.l.ſciant.C.de proba.cum vulg.
3 ¶† Dat aūt ſignatura adiunctum ēt poſt litē conteſtatam dummodo nō
ſit concluſum in cauſa, raro tamen hoc concedit vt premiſi et aliquid
tangā in ſequentibus,ideo autem propter ſuſpicionem iudicum ab ad-
uerſario impetratorū datur ad inſtantiam alterius partis adiunctus nō
4 autem illis primis totaliter excluſis dantur noui iudices † quia ad ſolam
allegationem ſuſpicionis nō debet dari nouus iudex, cum habeat elle-
gans remediū arbitrorū,iuxta.c.ſuſpicionis,de offi.deleg.& in.c.ab ar
5 bitris eo.tit.lib.vj.¶† Ideo ad ſolā allegationē datur adiunctus ad hoc
vt lites ſine ſuſpicione procedant.l.apertiſſimi.C.de iudi. & pro depu-



tatione huiuſmodi adiuncti facit ibi auc.ſequens ſi vero,licet loquatur
in dando adiunctum quando ordinarius recuſatur. ¶ Sed idem ſerua-
tur de ſtilo curie, quando iudices impetrati allegantur ſuſpecti per aliā
partem vt patet ex premiſſis,predicta procedunt quando petitur adiun
6 ctus vt ſupra.¶† Aliud ſeruatur circa dandum confidentem, quia in ta
li materia ſemper conſueuit dici,dummodo partium ipſarum confidēs
per eoſdē iudices eligatur,poſt quā deputationem & electionem ſi de-
putatus vna cū dictis iudicibus vel eorum altero procedat parſque re-
deat conquerens de duobus iudicibus ad nutum aduerſarij impetratis
& propterea velit auocare ab eis cauſam & alteri cōmitti non auditur,
quia vt ſuperius dixi ad ſolam allegationem ſuſpicionis nō datur nou9
iudex per rationem vt ſupra,ideo tunc additur in cōmiſſione quod pre
dicti iudices procedere non valeant ſine deputato, alias ad inſtantiam
ipſius oratoris impetrato.& ita ſeruatur.

## SVMMARIVM

1 Executoriales decerni non pñt ob ſolā confeſſionē iudicialē ſpolij.
2 In cōfeſſum licet nulle ſint partes iudicis,tamen requiritur preceptum
iudicis,quod habet vim ſententie.
3 Ponens videtur confiteri omnia in poſitionibus contenta.
4 Poſitio facta ꝑ errorem de eo docto reuocari poteſt.
5 Titulus collocatus in poſſeſſorio ſufficit.
6 Predo etiā eſt reſtituendus.
Et quid pro colore ſufficiat.
7 Spoliatus reſtitui non debet, ſi in iudicio de titulo reprobo conſtat.
8 Cōuentus ſuper ſpolio,ſi vult improbare titulum allegatū excipiēdo ip
ſum nunquam poſſediſſe, nunquid ſit in beneficialibus audiendus.
9 Reſtitutio nō impeditur in prophanis ꝑꝑ notorium nō ius agentis.
10 Spoliatus beneficio,quam manu regia fuerat conſecutus, reſtituendus
non venit.
11 Decretū irritās in cōmiſſionibus iuſticie non apponitur.
12 Adiunctus ſtatim pñtata cōmiſſione poteſt alijs iudicibus inhibere.
13 Inhibitio vt poſſit fieri,oportet corā inhibente litem pendere.
Lis quando dicatur pendere.
14 Iudex pñtata cōmiſſione citationē decernit ſil',& ſemel cū inhibitiōe.
15 Inhibitio poteſt fieri preſente & inuita altera parte,& iudicibus abſen-
tibus,& non citatis.
16 Inhibitio an impediat proceſſum coniudicū.
17 Clauſula que debeat apponi, qñ cauſe diuerſe diuerſo tēpore ſunt in-
troducte,& cōtingat illas auocari,& alteri committi, & pars inſtet,
vt eodem modo diuerſis temporibus decidantur.

18 Petitoriũ & poſſeſſoriũ per ſpoliatũ deducitur an poſſet vna ſententia
terminari data prerogatiua poſſeſſorio in ordine pronunciandi.
19 Cumulatio ius partiũ cõſeruãs debet per iudicẽ admitti.
20 Cõmiſſio conceditur ꝙ ſimul de nullitate de innouatis, & de principa
li cognoſcatur negotio.

1 SPOLIATVS Beneficio agit ſpolio. † Aduerſarius eius videns ſe
ſuccũbere obtinet procedit in petitorio dicto ſpolio purgato. ꝙ tamen
poſt trinam dilatiouem eidem conceſſam non facit, petit modo ſpolia-
tus quod propter iſtam confeſſionem aduerſarij que iudicialis eſt decer
nantur executoriales ad inſtar rei iudicate, an debeat hoc ſibi concedi.
Audiui quod alias hoc fuit denegatum per Reueren. Car. Alexan. &
2 potuit eſſe ratio, quia dato etiam quod talis confeſſio ſit iudicialis, † &
in cõfeſſum nulle ſint partes iudicis. l. proinde cum vulg. ff. ad leg. aql.
tamen requiritur ſaltim preceptũ iudicis. l. ſi debitori. ff. de iudi. quod
preceptum ſuccedit loco ſententie, ſecundum Panormita. & doct. in
capi. finali, de confeſ. Item quia conſtito de errore forſan poſſet reuoca
ri iuxta notata per Ioan. andr. in capitulo fina. de iureiurã. libro ſexto,
3 vbi dicit ꝙ poſito & ſic confeſſio † quia ponens videtur cõfiteri omnia
contenta in poſitionibus, iuxta notata in capitulo primo de confeſ. eo-
4 dem lib. † poſitio in quã facta per errorem poteſt reuocari docto de erro
re etiam ſi ſit iurata, dummodo fiat per modũ credulitatis. ſecundum
Egid. concluſione. ccccxxxj. cum ergo talis confeſſio in omnibus vim
ſententie non ſortiatur, certe non poſſunt decerni aliquo modo tales
executoriales vigore ſolius cõfeſſionis, q̃uis illa ſit iudicialis vt ſupra.
5 ¶ † In poſſeſſorio non ſtatuit̃ terminus de probando canonico titulo,
quia in eo ſufficit quod exiſtat coloratus, vt notat Inno. in. c. in in litte
ris. de reſtitu. ſpolia. quod eſt receptum potius per ſtilum, quam quod
ſit introductum de iure communi, ratio autem iſtius ſtili quod agens
interdicto recuperande teneatur coloratum titulũ producere fuit in-
troducta & ſumpta a paritate rationis. c. eũ qui. de eo qui mit. in poſſ.
cauſa rei ſeruã. lib. vj. & hoc firmat collector deciſionum. in nouis de-
ciſ. cccxcliij. que incipit ſi conferatur, ſubijciens ex mente Inno. in. c.
ex parte. de reſtitu. ſpolia. ſufficere pro colore ꝙ agens interdicto pro-
bet ſe auctoritate ſuperioris poſſeſſionem beneficij apprehẽdiſſe, licet
6 forte ſua collatio ſiue electio ſit vicioſa & non canonica, † quia etiã pre-
do reſtituẽdus eſt. c. in literis cum ſeq. de re. ſpo. facit. c. cum noſtris. de
7 conceſ. prebẽ. cum ibi nota. † Quod ego intelligo procedere cum iſta
limitatione videlicet niſi notorie cõſtaret in iudicio de titulo reprobo
petentis reſtitui, iuxta notabile dictũ Inno. in. c. cũ eccleſia ſutrina de
cau. poſſeſ. & proprie. vbi dicit quod predo & poſſeſſor malefidei reſti
tuẽdus eſt niſi cõſtet in iudicio eũ eſſe predonẽ ꝑ cõfeſſionẽ vel pa&a. vt



in. c. ſignificaſti. de diuor. facit. c. ad decimas. de reſti. ſpo. libr. vj. & q̄d
8 notat Innoc. in. c. conſtitutus de fil. preſbiterorũ. † Quid autem ſi con-
uentus ſuper ſpolio vult improbare titulum allegatum excipiendo, ip-
ſum nunquã, ſed aliũ tp̃e ſpoliationis pretẽſe poſſediſſe, petiq; ad id ꝓ-
bandũ ſe admitti, an ſit audiendus in hoc per omnes dominos fuit alias
concluſum quod ſic. ſed collector tenet contrariũ talem ſc; in proban
do hanc exceptionem nullatenus audiendum, niſi de hoc notorie con-
ſtaret, vt dixi ſtatim ex mente Innoc. hec ponit deciſ. ccccxxxix. que in-
cipit ſi agenti. in nouis. & certe collector mouetur bonis rõnibus, vt in
dicta deciſione, & patet ex premiſſis, predicta procedunt in beneficia-
9 libꝰ, ne in illis det̃ vicioſus ingreſſus per rationem dicti. c. eum qui † Se-
cus in prohanis, in quibus propter notorium non ius agentis non im-
peditur reſtitutio, quia in illis ceſſat ratio que militat in beneficialibus,
& ſubeſt odiũ ſpoliatoris, prout tenet deciſ. vij. que incipit nota quod
vbi agitur in antiquis. & Oldr. cõſi. j. vbi quo ad beneficialia ponit no
10 tabile dictum, † ꝙ ſpoliatus poſſeſſionem beneficij quam manu & au-
ctoritate regia fuerat conſecutus non venit reſtituendus, quod ego in-
11 telligo quãdo de hoc conſtaret notorie vt ſupra. ¶ † In commiſſionibꝰ
iuſtitie decretum irritans non conſueuit apponi. vnde ſi in commiſſio-
ne petatur adiunctus deputari non debet addi clauſula, ꝙ ſi abſque eo
quicquam fieret ex tunc irritum ſit & inane &c. ſed in tali caſu ſolent ꝑ
ſignantem addi iſta verba, quod poſt commiſſionem preſentatam, ſi ſe-
cus actum fuerit &c. dicunt tamen aliqui & forte non male quod etiã
12 talis additio non eſt multum neceſſaria † cum ſtatim valeat inhiberi alijs
cõiudicibus per ipſum adiunctum qui ſtatim preſentata commiſſione
recipit iuriſdictionem actu. c. ſuper eo. ij. de appel. no. gl. in. c. j. in ver.
receptis. de procu. in cle. Archi. in. c. ſi is cui de offic. deleg. lib. vj. & in
c. is qui. de procu. eo. lib. cum multis alijs quotis allegatis per Roma.
conſil. cccliij. incip. quoad primum &c. vnum tamen videtur obſtare
in quantum dixi ꝙ adiunctus preſentata commiſſione ſtatim poteſt in-
13 hibere aliis coniudicibus. † quia ad hoc vt poſſit inhiberi oportet corã
iudice inhibente pendere litẽ, vt probatur in. c. tuam de ordi. cog. c. la
tor &. c. cauſam. qui filij ſint legi. ſed lis non poteſt dici pendere niſi ſal
tem ſequuta citatione clem. ſi. vt lite penden. ergo ante & ſic ſtatim pre
ſentata commiſſione videtur ꝙ adiunctus non poſſit inhibere. Nihilo
14 minus hoc non obſtante contrariũ praticatur † nam iudex preſentata
commiſſione decernit ſimul et ſemel citationem cum inhibitione, ad
ꝙ faciunt not. per Bald. in auc. cauſa que fit cum monacho. & melius
in. l. p̃ſbiteri. C. de epiſ. & cle. & ꝑ do. Ant. in. d. c. tuã pro qua practica
15 facit bona ratio. † quia inhibitio poteſt fieri preſente & ĩuita altera par-
te & ſuis iudicibus ergo & abſentibus & minime citatis, per regulam
quod poteſt inuitis. ff. de regu. iu. facit. l. iiij. §. illud. ff. de fideicõ. liber.

16 concluditur ergo quod adiunctus poteſt ſtatim inhibere vt ſupra † ſed
qa talis inhibitio nō impedit proceſſum illorū coniudicū niſi poſtquā
eiſdem intimatur ideo bonū eſt quod addātur in commiſſione illa ver=
17 ba quod poſt commiſſionem preſentatā ſi ſecus &c. ℭ † Si diuerſe cau=
ſe etiam forſan dependentes diuerſo tempore ſint introducte, & contin
gat illas auocari & alteri cōmitti. Parſque ex aduerſo inſtet, ut eodem
modo diuerſis, ſcilicet temporibus decidantur, prout etiam decidiſſet
primus iudex, ne regiſtra & cauſe inculcentur. argumen. l. permiſceri.
ff. de acquiren. poſ. & l. ordinarij. C. de rei vendi. nihilominus conſue
uit addi in tali commiſſione hec clauſula coniūctim vel diuiſim prout
prefacto iudici vel auditori videbitur, qđ fit ea ratione, quia poſſet for=
te expedire partibus, vt omnes cauſe de quibus actum eſt ſimul & ſemel
diffinirentur, & econtra vt eſt tex. optimus in ca. ij. de cauſa poſ. & pro
18 prie. † vbi probatur quod licet ſimul actum eſt poſſeſſorio & petitorio
per ſpoliatum quo caſu de iure debet vtrunque vna ſententia termina=
ri data prerogatiua poſſeſſorio in ordine pronunciandi, vt in capi. cum
eccleſia ſutrina & cap. cum dilectus eodē titulo, ſi tamen iudici videbit̃
hoc expedire & fore conducibile poterit diſcutere probationes ſuper
poſſeſſorio & illud prius terminare, pari modo ſi viderit magis expe=
dire vt ſimul terminētur poterit ſimul & ſemel vna ſententia diffinire,
19 † quia commixtio & cumulatio cōſeruans ius partium & illis proficiēs
debet per iudicē admitti. l. j. ff. de quibus rebus ad eundem iudi. ea. de=
bet enim iudex parcere ſumptibus litis, vt ſic minus quā fieri poſſit gra=
uentur partes in illis cap. vt litigātes de offic. ordi. libr. vj. cū ſimilibus.
20 ℭ † Qua ratione conceditur commiſſio quod ſimul & ſemel cogno=
ſcatur & iudicetur de nullitate ſententie, innouatis, ſeu attemptatis, &
negotio principali, ne continentia cauſe diuidatur, & fiant plura regi=
ſtra in damnum & diſpendiū partium quod bonus iudex debet preca=
uere vt dixi. & idē in ſimilibus caſibus.

## SVMMARIVM

1 Citatio ꝑſonalis ꝑ auditorē decerni nō pōt, niſi expreſſe ſibi cōmittat̃.
2 Citatio perſonalis quando fiat.
3 Clauſula que debet apponi, qñ citatio perſonaliter fit.
4 Clauſula cōſtito de aſſertis quid in cōmiſſionibus importet.
5 Verbum conſtiterit quid importet.
6 In cōmiſſione qñ dicitur conſtito de aſſertis quando citanda ſit pars.
7 Auditor quādo vult ſe informare ſuper non promotione an pars voca
ri debeat, ēt ſi in commiſſione non eſſet verbum conſtito appoſitū.
8 Verba ratione ſubiecte materie improprientur.
9 Citatio partis ſemper in iudicialibus requiritur.



11 Verba ſi inuenerit, ſi repererit poſita in commiſſione quid importent.
12 Quādo de priuatione agitur citata parte proceditur adhibita ſumma=
ria cognitione ſuper extraiudiciali formatione.
13 Clauſula cōſtito de paupertate, vel conſtito de aſſertis, vel de bono iu=
re, qñ eſt in cō miſſione poſita, an requiratur partis citatio.
14 Mādatū de nō innouando intelligitur. ſ. in preiudiciū litis.
15 Reus ſi lite pēdēte continuat ſuā poſſeſſionē, non dr̃ attentare.
16 Iudex nō dicit̃ innouare, ſi reformat poſſeſſionē appellanti in qua pen=
dente appellatione turbatur.
17 Inhibitio non debet fieri, niſi collitigantibus.
18 Appellatione pen. omnia debent eſſe in eodem ſtatu.
19 Signatura pro vt de iure quando fiat.
20 Spoliatus poſt ſententiā contra ſe in poſſeſſorio que tranſiuit in rem iu
dicatam, an audiatur refectis expenſis.

1 CITATIO PERSONALIS † non pōt decerni ꝑ auditorē niſi
expreſſe & ſpāliter ſibi cōmittatur, vt dicit g. expoſuit. in ver. perſona=
liter de dila. ex multis autē & diuerſis cauſis citationes perſonales con=
2 ceduntur. vt in. c. j. de iudi. lib. vj. & in cle. j. eodem titulo † & inter ce=
tera quando agitur de crimine contra aliquē ēt ciuiliter conceditur ci=
tatio ꝑſonalis, tū ꝑꝑ penā ordinariā ſibi ꝓ crimine infligēdā & cauſam
in qua nō pōt interuenire procurator. l. penul. §. ad crimen. & in. c. tue.
tū etiam propter enormitatē forte criminis, & ſcādali ex hoc exorti in
partibus, & quia forſan non poteſt ita plene cōſtare, nec probari per te
ſtes de facto, ſicut per ſuā reſponſionem & confeſſionem, hijs reſpecti=
bus conceditur citatio perſonalis prout ſuperius in alio propoſito dixi
3 † ſolet tamen in cōmiſſione ſuper tali materia dici illum de hijs fore pu
blice diffamatū. & ideo additur in cōmiſſione citet perſonaliter ſi repe
rerit de contētis in cōmiſſione publice diffamatum, quo caſu ſuper in=
famia & diffamatione illius auditor recipit teſtes. ſed nō recipit aliquos
teſtes pro parte īfamati de bona fama vt firmat deciſio Rote. cccclxxvij.
4 incipien. auditor in nouis. † Secus forte, ſi in commiſſione diceretur
conſtito de aſſertis. quia tunc non poteſt citare illum perſonaliter nec
facere informationē ſuper infamia, niſi prius citet procuratorē illius, &
5 recipiat teſtes pro parte ſua ſuꝑ bona fama. † & hoc ꝑꝑ verbū conſtiterit
quod importat vacationē partis iuxta glo. in cle. preſenti. in ver. conſti
terit. de cenſi. & ponit deciſio. dclxxxiij. que incipit dic quod ſi in aliq̄
6 in antiquis. † & idem in ſimilibus caſibus quādo in cōmiſſione dicitur
conſtito de aſſertis. nā ſemꝑ citāda eſt pars vel eius procurator antequā
auditor faciat ſummariam informationem ſuper aſſertis in commiſſio=
ne. Immo danda eſt ei copia receptorum in informatione ſuper aſſertis
vt notabiliter ſentit deciſio. dcclxxiij. in antiquis.

7 ¶Et ex hoc infero,†ꝙ ſi committitur auditori, vt conſtito ſibi illum
cuius beneficium eſt impetratum tanquam vacans per eius non promo
tionem per veriſimiles cõiecturas non fuiſſe promotũ, prefigat ei tem-
pus infra quod doceat de promotione vel de impedimẽto aut diſpenſa
tione iuxta.c.commiſſa.cum ibi nota de elec.lib. vj. Certe habita tali
commiſſione auditur in informatione huiuſmodi ſuper non promo-
tione debet primo & ante omnia vocare partẽ & ſummarie de hoc co-
gnoſcere.& hoc propter naturã illius verbi conſtito &c. Idem tamẽ di
cẽdum eſſet hoc caſu etiam ſi in huiuſmodi commiſſione non eſſet ver
bum conſtito.ſed aliud puta ſi inuenerit vel ſi repererit.quia talia ver-
ba licet de ſui natura non inferant neceſſario vocationẽ partis vt ſupe-
rius dixi tamen quando addiciuntur in perſonam iudicis & circa mate
8 riam iudicialẽ accipiuntur pro verbo ſi conſtiterit† & ſic ratione ſubie-
cte materie improprianṫur argu.l. ſi vno.ff. loc.& hoc in terminis fir-
9 mat Egid.conclu.clxxvj. incip.auditor.&c.†in iudicialibus enim ſem
per requiritur ſecũdum eũ partis vocatio.c.inter quatuor. de maio. &
10 obe.de teſti.c.in nomine domini. †que deciſio in hoc nõ procedit mi-
hi ſine dubio,quia talis informatio poti⁹ eſt extraiudicialis quo caſu ſa
tis videtur ꝙ ipſi auditori & ſibi ſoli concludat vt ſentit deciſio Rote.
cccclxxvij.in nouis quã ſuperius allegaui.& alia in antiquis. dclxxxv.
que incipit nota ſi ponatur. ¶In commiſſione poſſent tamen iſte deci-
11 ſiones concordari cum dicto Egid.†vt quando ponitur in commiſſio-
ne ſi inuenerit,vel ſi repererit & agitur de re modica et ꝑuo preiudicio,
tunc non eſt neceſſarium, ꝙ pars citetur, ſecus quando tractatur de gra
ui preiudicio,vt in exemplo Egid.circa informationem ſuper nõ pro-
12 motione †cum talis materia ſit grauis ex quo agitur de priuatione.in
qua eſt procedẽdum citata prius parte & adhibita ſummarie cognitio-
ne ſuper tali extraiudiciali informatione, vt vult Egid.& hanc diſtin-
ctionem videtur ſentire deciſi. Ro.686.que incipit dñs Pet.in antiqs.
13 †que diſtinctio poteſt habere locum etiam qñ adeſt in commiſſiõe illa
clauſula conſtito de aſſertis,vel alia ſimilis puta cõſtito de pauꝑtate,aut
cõſtito de bono iure,licet aliq dicant hijs & ſimilibus caſibus indiſtin-
cte non requiri citationem partis quaſi huiuſmodi informationes ſint
extraiudiciales & propterea dicunt ſufficere,ꝙ ſoli iudici concludant,
14 pro quo faciunt due deciſiones ſuperius allegate. ¶ †Hodie praticaui
vnam commiſſionem,que talis petebatur vt conſtito de re iudicata,mã
daretur eidem auditori taxari fructus & expenſas, item ꝙ procederet
ſuper attentatis & innouatis lite penden.& ꝙ inhiberet tam parti con-
trarie,quam ẽt iudicibus & colonis, ne aliquid innouarent lite penden
te in pede commiſſionis erat additum.ad illa verba de nõ innouando.
videlicet in preiudicium dicte litis, que clauſula ideo apponitur quia
non omnia que fiunt lite pendente etiam per ipſas partes dicuntur at-
tentari



15 tentari vel innouari,niſi fiant in preiudiciũ illius litis.†& ideo ſi reus li-
te pendente continuat ſuam poſſeſſionem non dicitur attemptare.c.j.
16 vt lite pendente.& in.c.dudum de priuileg.†nec iudex dicitur innoua-
re ſi reformat poſſeſſionem appellanti, in qua turbatur pendente appel
latione.c.cũ teneamur.de appel.facit ad hoc ꝙ notat Inn.in.c.dilecte.
de exceptio. ¶Signatura autem dicte cõmiſſionis erat talis. videlicet
placet prout de iure.de quo valde miratus ſum attento ꝙ omnia petita
in dicta commiſſione ſunt iuridica & procedunt de iure vt patet ex pre
miſſis,& forte ideo fuit ſignata prout de iure quia petitum fuit vt inhi-
17 beretur ẽt colonis qui non ſunt de collitigantibus† conſtat autẽ de iu-
re non eſſe inhibendũ niſi collitigantibus tantum. argu.eorũ que notã
tur in.l.creditor.§.mandatorem.in prin.ff.manda.& in.c.Romana.§.
18 in alium.de appella.lib.vj.in quibus locis habetur in ſimili†ꝙ penden
te appellatione omnia debent eſſe in eodẽ ſtatu hoc verum quantum
ad collitigantes non quantum ad extraneos.licet aliqui dicant inhibẽ-
dum eſſe etiam illis qui liti poſſunt preiudicare vt ſentit deciſio Rote.
lviij.que incipit.nota ꝙ vbi auditor. in antiquis.Iſtis vt puto reſpecti-
19 bus fuit dictum in ſignatura placet prout de iure†& iſto modo ſemper
concipitur ſignatura quando omnia petita non ſunt conceſſibilia, vel
quando aliquis articulus eſt valde dubius in iure, tunc committitur iu
dici vt procedat circa illud prout de iure.facit. c.cum veniſſet ibi ſecũ-
dum ius.&c.de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſeruan. ¶Quando ſententia
abſolutoria fertur in poſſeſſorio pro poſſidente ſpoliante.& cõtra ſpo-
liatum in expenſis cõdemnatum ſi dicta ſententia tranſiuit in rem iudi
catam & ſpoliatus petat reſtitui propter negligentiam ſui procuratoris
debito tempore non appellantis.auditur,ſed refectis expenſis, niſi alle
get paupertatem,quia tũc datur ſibi cõmiſſio conſtito de ipſius pauper
tate,& expenſe reſeruãtur in fine litis.alias tenetur prius ſatiſfacere ex-
penſas poſſidenti vt predixi.& hoc modo debet intelligi & limitari de
ciſio Rote.cccxix.que incipit licet ſpoliato. in nouis. vbi dicit ſpolia-
tum ſuccũbentem in poſſeſſorio & volentẽ reſumere petitoriũ antea ꝑ
ipſum ſuſpenſum,nõ teneri ante huiuſmodi reſumptionem ſatiſfacere
poſſidenti de expenſis, in quibus extitit condemnatus, ſed victor recu-
peret eas,ſi velit vigore executorie ſue ſuper ſententia predicta facte,&
nihilominus in petitorio procedat.ratio eſt ſecundũ dños,quia tali ca-
ſu ceſſat odium ex parte ſpoliati,ſed non ceſſat in caſu econuerſo,qñ.ſ.
ſpoliator ſuccumbit in poſſeſſorio, quo caſu ante ingreſſum petitorij
per ipſum intentãdi debet ſpoliatus plene & integraliter reſtitui etiam
quo ad fructus & expenſas,capitulo finali.de ordi.cogni.capitulo piſa
nis.de reſtitu.ſpoliato.& in ca.ſignificauerunt de teſti. Primus ergo ca
ſus debet limitari vt ſpoliatus ſuccumbens in poſſeſſorio nõ teneať an-
te omnia ſatiſfacere de expenſis,ſi velit proſequi vlterius cauſam in pe-

titorio vel poſſeſſorio, niſi dicta prima ſententia tranſiuiſſet in rem iu-
dicatam, tunc nihilominus audit̃ ſi velit ꝓſequi, ſed refectis expenſis vt
ſupra pp tranſitũ in rem iudicatam per premiſſa.

## SVMMARIVM

1 Inſtantia ſtatutaria dierũ vtiliũ, quãdo eſt decurſa & dubitat̃, ꝙ ſenten-
tia ſit nulla quomodo commiſſio fieri debeat.
2 Inſtãtia perempta, que acta pereant.
3 Iura loquẽtia de perẽptione inſtãtie ꝑ lapſum triennij de iure ciuili ha-
bent locum in peremptione inſtantie ſtatutarie.
4 Inſtantia qñ decurſa eſt, ſupplicat̃ vt termini vno contextu reiterẽtur.

1 QVANDO INSTANTIA † Statutaria dierum vtiliũ eſt de-
curſa puta in capitolio ſecũdum ſtatuta vrbis. & dubitatur ꝙ ſnĩa pp
id ſubiacet nullitati tunc impetratur cõmiſſio, vt in oẽm euentũ reitera-
tis omnibus terminis ſimul & ſemel ac vnico contextu iudex ad vlte-
riora procedat & terminet alias iuſtitiam miniſtrando, datur talis com-
2 miſſio, ſed refectis expenſis † pro iſta pratica facit bona gl. iuncto tex. in
in. l. properandũ in principio. C. de iudi. in ver. triennij. vbi tenet ꝙ
perempta inſtantia ex quo pereunt acta ordinatoria ſententia ſuper il-
lis lata nõ tenet, quia reperitur lata ſine tella iudicij & ſubſtantialibus,
debitis perimitur, n. citatio libeli litis conteſta. ſatiſdatio, & ſimilia que
ſunt acta litis ordinatoria, ſed non perimuntur acta cauſe tendentia ad
veritatis indagationẽ, vt depoſitio teſtiũ, cõfeſſio partium, & cetera hu-
iuſmodi, vt hec probantur ex. l. cum lite mortua. ff. iudicatum ſolui. iũ-
cta. l. cum antea. C. de arbi. &. l. iubemuus. C. de li. cau. ponit Inno. &
ſequitur Pano. in. c. cauſamque primo de teſti. & Bar. in. d. l. cum lite
3 † & licet predicta iura loquantur in peremptione inſtantie per lapſum
triennij de iure ciuili. Idem tamen intelligo in perẽptione inſtãtie ſtatu-
tarie quamuis illa ſit breuior, argu. l. ij. C. de noxali. cum ſi. Iſto ergo re-
4 ſpectu inſtantia ſtatutaria eſt decurſa & ob id ſententia non valet ſup-
plicat̃ vt reiterẽtur oẽs termini ſimul & ſemel ac vnico cõtextu, ꝓ qua
pratica facit gl. no. ꝙ ibi ad hoc põderat. Bar. in. l. mutari. in prin. ff. de
procur. & Panor. in. c. quia Gu. de iudi. debet tamen prius reficere ex-
penſas vt ſupra & vide qđ de reiteratione terminorũ dicit Deci. cxxxv.
incipit ſi mandetur in nouis.

## SVMMARIVM

1 Heres inſtitutus ſi cõuenit̃ a creditoribus vel ab alijs, ne ad diuerſas cu-
rias trahatur, quõ debet petere commiſſionem fieri.



1 QVANDO † Heres inſtitutus in aliqua hereditate cõuenit̃ a pluribꝰ
creditoribus, vel alijs ꝑtẽdẽtibus habere aliqđ ius in bonis & rebus di-
cte hr̃ditatis ſi adiuit cũ beneficio inuẽtarij iuxta. l. fi. C. de iure delibe.
ne in varijs curijs hẽat diſtrahi põt petere cõmiſſionẽ, vt cõmittat̃ vni
iudci cã de & ſuper diſcuſſiõe bonoꝝ aut termino quinquẽnali, iuxta
l. fi. C. q bonis cedere poſſunt poſtquã obtẽtã & preſentatã ſi ſuꝑ aliqua
re, que ſit de pertinẽtijs dicte hereditatis, conueniat̃ dictus heres coram
alio iudice ẽt ordinario puta vicario pape. tũc põt petere aliã cõmiſſio-
nẽ cũ prima preinſerta ad euitãdũ circuitꝰ et expẽſas, vt illa cã a vicario
auocetur & committatur primo iudici cũ dicta cã diſcuſſionis audiẽda
terminanda & decidenda prout iuris fuerit, & datur talis commiſſio ar-
gu. c. diſpẽdia cum ſimi. de reſcrip. lib. vj. ſed in pede commiſſionis ad-
duntur iſta verba ſimul vel ſeparatim, quod fit per rationem quam in
ſuperioribus dixi in ſimili propoſito.

## SVMMARIVM

1 Pars ſi obtineat cauſam cõmitti ſuper nullitate cenſurarũ ſimiliter alia
pars poterit petere cõmſſionẽ, & ſimul & ſemel procedere ſuper con
firmatione, vel infirmatione ſententie.
2 Cõmixtio ius partium conſeruans admitti debet.
3 Cõmiſſio ſi habet ꝙ ſil̃ & ſemel cognoſcatur de cõfirmatione vel infir-
matione ſententie, tñ poteſt prius expediri id de quo prius conſtat.

1 SI PARS † Innodata cenſuris obtineat committi cauſam ſuper nul-
litate cenſurarum, iuxta ea que habentur in. c. j. de appel. & in. c. per
tuas. de ſenten. excom. cum ſimi. poteſt nihilominus alia pars petere
commiſſionem & conceditur ꝙ ſimul & ſemel procedatur ſuper con-
firmatione, vel infirmatione ſententie. & etiam ſuper pretenſa nullita-
2 te cenſurarum † pro quo facit commixtio conſeruans ius partium & il-
lis proficiẽs debet admitti vt probatur in. c. ij. de cauſa poſ. & proprie.
ſecus ſi commixtio ius peruertat quia illa reprobatur. c. exhibita. de iu-
3 di. & ſupra iam bis dixi in ſimili propoſito † puto tamẽ quod qõ cenſu-
rarum põt prius expediri, ſi de ea prius conſtet, nõ obſtante tali cõmiſ-
ſione que hꝫ qđ ſimul & ſemel &c. quia hoc nõ tollit cõmiſſio, ſed ſolũ
tollit priuilegiũ quod hꝫ pretenſa nullitas cenſurarũ ad qđ optime fa-
cit concluſio Egidij. cccccvj. vbi formaliter dicit, qõne ſpoliatonis be-
neficij mota incidenter per modũ attẽptati, & lata vna ſententia ſuper
attẽptatis. ſ. pro ſuſpenſione petitorij, ſi reus ſpoliator impetret cõmiſ-
ſionẽ, vt premiſſis nõ obſtantibus procedatur ſuper petitorio & poſſeſ-
ſorio ſimul. nihilominus poteſt prius poſſeſſorium expediri, ſi de eo
prius conſtet per rationem de qua ſupra.

## SVMMARIVM

1 Equites hieroſolimitani debent conueniri coram magiſtro Rodi, & ſi corã alio iudice cõueniant, auditor camere iudici, et parti inhiber.

1 SI QVISPIAM †De ordine & religiõe ſancti Ioã. hieroſolimita
ni conueniatur coram aliquo iudice etiam delegato apoſtolico poteſt
petere commiſſionem & datur quod auditor camere inhibeat iudici &
parti ne cõtra talẽ oratorẽ in illa cã procedat, etiam ſub pena pecunia-
ria puta quingẽtorum ducato. tales. n. dñt conueniri corã Magiſtr. Rodi
vel certis ſuis iudicibus iux. eorũ priuilegia a ſede apſtica indulta Magi
ſtro Rodi & illi ordini. facit tex. cũ ſua materia in. c. cũ ordinem. de re
ſcri. cum multis ibi per docto.

## SVMMARIVM

1 Abſolutio nõ datur a iuramento ad effectum agendi in obligationibus in forma camere factis.
2 Cõmiſſio datur aduerſus tranſactionem & obligationem ſimoniacam in forma camere factam.
Tranſactio vel reſignatio & quilibet actus ſimoniace celebratus non tenet, etiã in preiudiciũ reſignantis, & paciſcentis.
3 Iurm interpoſitũ ſuper obſeruatione peccati mortalis eſt nullum.
4 Iuramento conuentiones turpes non validantur.
5 Iuramentum quãdo obliget iurantẽ, vel ſit ipſo iure nullum.

1 STILVS †Signature eſt in obligationibus, que fiunt in forma came
re non dare abſolutionem a iuro ad effectũ agẽdi, ad quod facit in ſimi
2 li bonus tex. in. c. ſuper hoc. de renũ. & in. c. ſollicite. de reſtitu. ſpo. †ſi
tñ ſit facta aliqua tranſactio ſimoniaca ſup bñficio, & vna partiũ obliga
uit ſe cũ iuro in forma camere, certe ſi petat tranſactionẽ tãquam ſimo-
niacam reſcindi datur ſibi cõmiſſio, nec eſt neceſſe tali caſu opponere
in pede cõmiſſionis iſta verba nõ obſtãte iuramẽto, quia cum trãſactio
reſignatio & quilibet actus ſimoniace celebratus nõ teneat ẽt in preiu-
diciũ reſignantis & paciſcentis. vt no. Inno. in. c. cũ vniuerſorum. de rerum
pmu. Archi. in. c. dudum. in princ. de prebẽ. lib. vj. & gl. in. c. ſup hoc
de renun. nimirũ ſi ẽt non validatur iuramẽtũ alias eſſet vinculum ini
quitatis contra ſuã propriã naturam. c. & ſi Chriſtus de iureiurã. cum
ſimi. non eſt ergo neceſſe opponere in ſi. illa verba. quia vt dixi in hoc
caſu ſimonie iuramentum non tenet, immo poſſet teneri ꝙ ſit ipſo iure
3 nullũ †quia iuramentũ interpoſitũ ſuper obſeruatione peccati morta-
lis quale eſt in hoc caſu ſimonie eſt nullũ. cũ ita demũ debeat ſeruari, ſi



ſeruatũ non vergit in diſpendiũ ſalutis eterne. c. quãuis. de pac. lib. vi.
4 & in. c. licet. de iureiuran. eod lib. †preterea tales conuẽtiones ſunt tur
pes conſequenter non validantur iuramento. l. generaliler. &. l. ſi pla-
gij. ff. de verbo. obli. & ibi no. Bart. & latius in. l. ſi quis pro eo. ff. de fi-
deiuſſoribus. nec obſtat text. in. c. j. & capitu. debitores. de iureiuran.
5 †que iura probant quod iuramentum preſtitum per debitorem ſuper
ſoluendis vſuris mero iure tenet & obligat iurantẽ patet, quia recipiens
cogitur illud relaxare, ex quo continet peccatũ, relaxatio enim preſup
ponit vinculum. c. ad diſſoluendũ. de deſpon. impube. & in. l. decẽ de
verbo. obli. quia reſpondetur ad iſta iura, ꝙ procedunt, qñ iuramẽtum
continet turpitudinem & peccatũ ex parte ſuſcipientis tm̃. prout in ca-
ſu dictorũ iuriũ. nã promittens ſoluere vſuras non peccat ſecũdum Pa-
nor. ibidẽ. de quo per Inn. in. c. ſuper eo. de vſur. Sed quãdo ex vtriuſqꝫ
videlicet recipientis & preſtãtis iuramentũ continet turpitudinẽ & pec
catũ, tunc non eſt opus aliqua relaxatione, quia ipſo iure nõ valet regu
la nõ eſt obligatoriũ. li. vj. c. ſi vero. de iureiu. &. xxij. q. iiij. p totũ.

## SVMMARIVM

1 Cõmiſſio qualiter fiat, ſi in cauſa prohana petitur procedi reiectis qui-
buſcũque nullitatibus, ſi que ſunt, preterquã ex defectu iuriſditio-
nis cõſtito de bono iure ſuper principali.
2 Proceſſus qui portantur de partibus modicum valent.
3 Nullitas quãdo ſanetur in prophanis ſine expẽſarũ refectione.

1 SI IN †Cauſa prophana petitur procedi reiectis quibuſcunque nulli-
tatibus, ſi que ſunt preterquã ex defectu iuriſdictionis conſtito de bo-
no iure ſuper negotio principali. datur talis commiſſio ante latam ſen-
tentiam ſine aliqua refectione expenſarum. prout ẽt in beneficialibus
vt in ſuperioribus dixi, ſed iſtud credo habere locũ quando pceſſus fuit
factus in partibus & dubitat ꝙ ſubiaceat aliqbus nullitatib9, tũc ſanant
2 nullitates ẽt ſine refectiõe expẽſarũ, vt dixi †qa cõiter pceſſus q portant
de partibus modicũ valẽt, vt dicit Egi. cõclu. lxxiiij. que ĩcipit termini
inſtantie &c. preterquã ſi eſſet defectus citationis iuriſdictionis man-
dari. & ex capite iniuſticie qui defectus ſunt inſanabiles vt in ſuperio-
ribus dixi. vidi tamen ſanari nullitatem proceſſus agitati ẽt in vrbe vi-
delicet corã dominis conſeruatoribus ſine aliqua refectione expenſa-
rum, niſi ſit aliqua nullitas inſanabilis vt ſupra.
3 ¶Sed iſtud habet locũ eo caſu, quando per partẽ aduerſam non datur
de nullitate proceſſus, alias nõ dat ſanatio ẽt ante latam ſententiam, ni-
ſi refectis expenſis, ſaluo quando allegatur paupertas tunc conceditur
reſeruatis expenſis in fine litis per illud ꝙ habetur. in. c. olim ſecundũ

vnum intellectum. de reſti. ſpolia. & ꝙ ponit Egid. concluſio. xliiij. &
in tali caſu debet conſtare de paupertate aliter quam per iuramentum
eam allegantis, & ita vidi ſeruari.

## SVMMARIVM

1 Fatalia vigore cõmiſſionis quotiens prorogentur.
2 Tẽpora ſunt communia tam appellanti quã appellato.

1 FATALIA † Prorogant̃ aliquando vigore bulle Innocentiane, ali-
quando vigore cõmiſſionis bis, ter, quater, & pluries arbitrio iudicis,
& prima prorogatio dat̃ ad annum iuxta. c. cum ſit romana de appel. ſe
cunda & vlteriores ad ſex mẽſes, que debent peti ante decurſum fatale,
alias eo in totũ decurſo non datur prorogatio argu. tex. notabilis in. l.
ſed & ſi manẽte. ff. de precario, & hoc ẽt ad inſtantiã appellati volentis
in cauſa beneficiali proſequi cãm appellationis extraiudicialis interpo-
ſite in partibus ad papã, quia ob. ſibi decurſus fatalium ſecundum ali-
quos dños, põt ſe iuſtificare ex taciturnitate & negligẽtia aduerſarij ap-
pellantis quia appellatus debuit petere infra tempus, vel fataliũ proro
2 gationẽ, vel inſtare ſuper expeditione cauſe † tempora enim ſunt cõmu
nia tam appellãti quam apellato. c. ſtatuimus. de elec. lib. vj. & in cle. ſi
appellationẽ. de appel. alij & maior pars voluerunt cõtrariũ, vt ponit
deciſ. Rote. ccccxlvij. que incipit no. ꝙ maior pars in antiquis.

## SVMMARIVM.

1 Auditor nõ habet iuriſdictionẽ ſuper ſimplici beneficio.
2 Reformatio ſuper errore preinſerto quando detur reſpectu qualitatis
beneficij, vel nominis proprii.

SI PETITVR Quod auditor procedat ad vlteriora non obſtante
ꝙ alterũ ex duobus beneficiis nominatis in preinſerta dicatur eſſe paro
chialis cũ in veritate ſit beneficiũ ſimplex. & ob id fiat vna reformatio.
illa nõ datur ex quo talis reformatio non correſpondet preinſerte & ſic
1 auditor † nõ habet iuriſdictionẽ ſuꝑ ſimplici beneficio. facit. c. pe. & gl.
2 de offi. deleg. ¶ † Similiter ſi ſit erratũ in preinſerta quo ad expreſſionẽ
nominis proprii ipſius intruſi licet non in cognomine nõ dat̃ reforma
tio ſuper hoc, niſi ille fuiſſet perſonaliter citatus, vel diceretur in refor
matione cõſtito ꝙ deueniſſet ad noticiã intruſi, iſtis caſibus daretur cõ-
miſſio errore nominis non obſtante facit. l. ſi quis in fundi vocabulo.
ff. de le. j. & l. iiii. C. de teſt. cũ vul. & propterea fuit reiecta vna ſuppli-
catio, quia ex premiſſis non erat iuſtificata propter ſola m equiuocatio-



nem nominis proprii ad ꝙ facit bo. tex. in. c. inter dilectos. de fide inſt.
& ꝙ no. per doc. in. c. ſi. de reſc. & in. c. quoniam abbas. de of. deleg. fa-
cit ad hoc deciſi. Rote. cxxxiij. incipit error nominis. in nouis. licet di
cat & maxime. &c.

## SVMMARIVM

1 Cauſe prophane nõ ſolent de partibus committi nõ expreſſo conſide-
rabili valore, & minus auocari.
2 Ad iurandum multi ſunt faciles.
3 Iudicem fore amiciſſimum & ſuſpectiſſimum in genere non ſufficit
dicere.
4 Conſideratio ad iuramentum perhorreſcentie an hodie fiat.
5 Signatura regulariter adiunctum non dat.
6 C. obl ate de appella. in curia romana locum non habet.
7 Canzellaria ſeruat dictũ cap. in ſuis reſcriptis.

SI APPELLATVS Super appellatione aduerſarii in cauſa pro-
phana obtineat cõmitti per breue cãm in partibus appellans, qui inter-
poſuit dictam appellationẽ, nõ auditur, ſi petat cauſam a partibus auo-
cari, & cõmitti in rota, quamuis dicat ſe paratũ iurare, ꝙ nõ ſperat poſ-
1 ſe conſequi iuſtitie complementum in partibus † & ratio eſt quia cauſe
prophane non ſolẽt de partibus committi in curia non expreſſo conſi-
derabili valore & multo minus auocari, cum non ſint fori noſtri. c. ſi
clericus laicum de fo. compe. cum ſimilibus. ¶ Nec multum eſt in con
2 ſideratione ꝙ orator dicat ſe paratũ iurare † cum multi ſint faciles ad iu-
randũ & ſepe ac frequenter deieratur, vnde non habetur conſideratio
ad tale iuramẽtum propter periculum animarum. arg. c. clericos de co-
habi. cler. & muli. l. ij. C. de indi. vidui. ¶ Et iſta etiam de cauſa non ſo
let concedi auocatio cauſarum ſuſpitionis gratia niſi narratis cauſis mi
3 litãtibꝰ quo ad ſuſpitionẽ. † nec ſufficit in gñe dicere iudicẽ fore amiciſ
ſimũ aduerſario & oratori, ſuſpectiſſimũ ſcḋm iura canonica, ſȝ aliḋ ſit de
4 iure ciuili. l. aptiſſimi. C. de iud. † nec hodie ſȝ aliquos praticos fit ꝯſide
ratio ad iuſm ꝑhorreſcẽtie de quo in. c. ſtatutũ §. cũ vero. de reſcr. li. vj.
& hoc ꝑꝑ periculũ animarũ vt dixi. & ita vidi q̃ſdas cõmiſſiões reiectas
qḋ facit ꝯ illos, q dicũt ꝙ oĩa cõcedũtur ꝓ ꝯferẽdis cauſis ad curiã. cauſa
illã boniſicãdi. ſȝ ego vidi nõ concedẽda non concedi, vt pȝ ex ꝑmiſſis.
5 ¶ † Predictis reſpectibus ſignatura nõ cõſueuit concedere adiũctũ ſine
vrgẽti cã & magna iuſtificatiõe, vel in cã criminali. & hoc ꝑꝑ intricatio
nes cauſarũ, & ꝓceſſuũ exinde proueniẽtiũ, vt in ſuꝑioribus dixi. & iõ
fuit reiecta vna cõmiſſio, ꝑ quã petebatur cõmitti cauſam appellationis
cum clauſula adiuncti in euentum preuentionis per partem aduerſam.

6 †quod procedit ſine dubio in Romana curia vbi non habet locũ diſpoſitio.c.oblate.de appel. immo ſtatim datis apoſtolis pars appellata poteſt impetrare commiſſionẽ ſuper appellatione & ſic preuenire appellãtem ſecundum Io.mon.ſuper rubrica. de reſcrip. ¶Idẽ forte habet locum extra curiã quãdo ad inſtantiã appellati committitur cã appellationis per breue.& ſit ratio vt citius finis litibus imponatur.c.finẽ.de dolo & contu.& vt circuitus vitetur clemen.Auditor de reſcrip.
¶Que rationes habent locũ etiam in commiſſionibus extra curiã.licet aliud ſentiat vna deciſio rote.ciiij.que incipit.Capitulum oblate.& eſt eadẽ in antiquis.quicquid ſit in hoc reiecta fuit prefata ſupplicatio cir-
7 ca adiunctum in euentũ preuentionis vt ſupra †cancellaria tamẽ in ſuis reſcriptis ſeruat.c.oblate.prout dicã in materia reſcriptorum.

## SVMMARIVM

1 Litigans ſi liti ob impotentiã ceſſit ad cauſe proſecutionem non admittitur,ſi hoc petat.
2 Lis per principis reſcriptũ reſuſcitare non debet.
3 Actiones ſuas remittentibus non eſt dandus regreſſus.

1 VNVS EX †Colligantibus nõ ſperãs poſſe ꝓſeq cãm ꝑ impotẽtiã ſoluendi regiſtrum pro parte ſua ceſſit liti & cauſe, non admittitur, ſi petat,hoc non obſtante,reſtitui ad proſecutionem cauſe in ſtatu quo
2 erat,ac ſi nõ ceſſiſſet.& ratio eſt, †quia cauſa quãtum ad eũ dr̃ finita . & iõ iterũ ſuſcitari nõ dʒ per reſcriptũ principis.l.cauſas vel lites.C.de trã
3 ſac.†ex quo.n.ſponte ceſſit ſuccedit ratio que dictat ꝙ remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas.l. queritur.§.ſi venditor.ff.de edil.edic.facit.c.ſuper hoc.de renũ.

## SVMMARIVM.

1 Signatura commiſſionum ſepe variatur.
2 Reſcriptorum quot ſint ſpecies,& qũo expediantur.
3 Reſcripta in forma breuiũ a quibus conficiantur & qũo ſignantur.
4 Breuia quare ſic appellentur.
5 Forma breuis de non promouendo ſe ad tempus.
6 Diſpenſatus in forma breuis vt nõ promoueatur ad tempus,nõ tenetur interim promoueri ad ſubdiaconatũ ; ſicut tenetur diſpenſatus per ordinarium cauſa ſtudij.
7 Prorogatio datur per aliud breue ad annũ narrata prima diſpenſatiõe.
8 Prorogario non poteſt fieri poſt temporis lapſum , ſed datur noua conceſſio.

Diſpenſatus



9 Diſpenſatus ſi quis ſit per papam de non promouendo eo exiſtente intra illud tempus,ſi epiſcopus diſpenſat,an per iſtam diſpenſationem videatur a prima receſſum.
10 Diſpenſatio per breue aliquãdo conceditur ad bñficia incompatibilia.
11 Papa quando diſpenſat circa beneficia incompatibilia, debet intelligi de beneficijs canonice adeptis.
12 Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum quid operetur.
13 Prouiſio facta per papam de beneficio, non obſtante ꝙ aliud habeat, non inducit diſpenſationem ſuper vtroqʒ.
14 Teſtandi licẽtia de bonis intuitu eccleſie queſitis ꝑ breue ſolet cõcedi.
15 Teſtandi licentia non datur religioſis,niſi de ſuperioris licentia.
16 Frater minor epiſcopus de bonis eccleſie quid modicum propter obſequia impenſa donare poteſt.
17 Teſtandi licentia papa ſine iuſta cauſa concedere non debet.
18 Dominium rerum eccleſie non eſt penes papam,ſed penes deum.
19 Teſtari poteſt clericus de rebus eccleſie,ſi prius tantum de ſuo conferat.
20 Licentia vendendi bona eccleſiaſtica quando per breue detur.
22 Cl'a ſi in euidentem quare ponat̃ in licentia vendẽdi bona eccleſiaſtica.
23 Supplicatio proponitur in ſignatura, quando quis petit ꝙ poſſet vendere bona eccleſie ad effectum reparationis domus, vel eccleſie.
24 Poſſeſſio beneficij ſolet aliquando per breue concedi.
25 Scientia certa pape derogat regule canzellarie & conſtitutioni.
26 Papa diſpenſare cenſetur, quando incapaci aliquid concedit, vel facit actum iuri contrarium.
27 Diſpenſationes matrimoniales aliquando in forma breuis cõcedũtur.
28 Diſpenſatio etiam cum compoſitione in cauſa matrimoniali ſine iuſta cauſa concedi non debet.
29 Diſpenſatio dicitur debita, quando cum iuſta cauſa fit.
30 Diſpenſandi iuſte cauſe que ſint ſuper matrimonio.
31 Diſpenſatio fit , vt firmum remaneat matrimonium de facto contractum in gradu prohibito, in quo lungo tempore perſeueratum fuit, & proles inde ſuſcepta.
32 Altare portatile niſi ex fauore & gratia per breue non datur.
33 Altare portatile non conceditur in locis interdictis.
34 Licentia veſcendi lacticinijs de cõſilio vtriuſqʒ medici datur per breue. Et an medicus anime debeat credere parochiano dicenti habuiſſe licentiam a medico veſcendi lacticinijs.
35 Sanguis an comprehendatur ſub licentia veſcendi lacticinijs & ouis.
36 Licentia doctorandi extra terras eccleſie non debet per breue dari.
37 Licentia doctorandi in vrbe datur ſub ſola ſignatura.
38 Priuilegio pari gaudet, quod eſt in eſſe productum, & quod eſt in fieri & in potentia propinqua.

MM

39 Doctores examinantes doctorandum debent iurare de credulitate ſu per ſufficientia.
40 Forma iuramenti quod preſtant doctores aliquem doctorantes.
41 Iudei vti infames doctorari non poſſunt ſine principis licentia.
42 Licentia reliquias extrahendi per breue datur.
43 Corpora ſanctoꝝ de loco ad locũ ſine cõſilio pape trãſferri nõ poſſunt.
Idem de corpore alterius ꝙ de vna eccleſia ad aliam transferri non poteſt ſine licentia.
44 Secus quando corpus non eſt traditum ſepulture.
45 Corpus confinati extra ciuitatem non poteſt ad ciuitatem reduci ſine principalis licentia.
46 Licentia viſitandi ſepulchrum Chriſti ſub ſola ſignatura datur abſentibus & religioſis, de licentia tamen eorum ſuperioris.
47 Confeſſionale, & facultas recipiẽdi ſacramenta datˀ ſub ſola ſignatura.
48 Confeſſio ſemel in anno proprio ſacerdoti fieri debet.
49 Licentia promouendi ad ordines extra curiam a quocunqꝫ episcopo datur per breue.
50 Papa proprijs ordinarijs preiudicium facere non intendit.
51 Licentia promouendi ad ordines in vrbe ſub ſola datur ſignatura.
Et ſolis episcopis, & ſuperioribus conceditur, ꝙ vno die dominico, vel feſtiuo ad omnes ordines promoueri poſſint.
52 Indultum de fructibus in abſentia percipiendis non datur per breue, ſed per bullam.
53 Fructus beneficiorum in abſentia non percipiuntur ceſſante diſpenſatione, conſuetudine, vel ſtatuto.
54 Diſtributiones quotidiane non datˀ pñtibus, q diuinis nõ interſunt.
55 Appellationes in partibus non committuntur per breue, niſi ex cauſa, puta pro pauperibus.
56 Perſona miſerabilis que dicatur.
Iuſta cauſa cõmittendi appellationem in partibus que ſit.
57 Committi ſolet per breue negotium principale cũ cauſa appellationis.
58 Cauſa grauaminis cũ negotio principali auditori in curia cõmittitur.
59 Appellationis cauſa ad inſtantiam appellati quomodo committatur.
60 Cap. oblate de appellat. non ſeruatur in cauſis appellationis in curia committenſis.
61 Materia expedibilis, per breue expeditur in forma ſua nobis, vel ſignificauit.
62 Diſpenſatio & prorogatio ad duo ſemeſtria datur per breue cum promoto ad regularem locum.
63 Prorogatio debet fieri pendente primo termino.
64 Moniali profeſſe, per breue datur licentia ex iuſta cauſa permanendi extra monaſterium.



65 Moniali aliquando per breue conceditur licentia ex iuſta cauſa religioſe permanendi in domo patris, vel fratris, extra monaſterium.
66 Variatio in religioſis reprobatur.
67 Exceptio ab ordinario datur per breue iuſta cauſa ſubſiſtente, & infra numero. 69.
Inimicitie oriuntur ex contentione, etiam iuridica.
68 Inimici & ſuſpecti iudices eſſe non debent.
70 Clericus homicida a reatu homicidij, & omnis inhibilitatis per breue abſoluitur.
71 Et vigore breuis beneficium poterit obtinere.
72 Clericus homicida voluntarius vigore talis breuis an ad alterius miniſterium rehabilitatus intelligatur.
73 Irregularitas omnis per religionis ingreſſum tollitur.
74 Irregularitas incurritur ex adminiſtratione iuſtitie in cauſa criminali, & ſanguinis.
75 Diſpenſatio per breue quando concedatur ſuper defectu oculi.
76 Oculi deformitas magis impedit pmouendũ, ꝗ totalis oculi clauſura.
77 Oculum inſpiciendi commiſſio cui fiat.
78 Diſpenſatio per breue datur promoto ad capellaniam habentem onus celebrandi, vt per ſubſtitutum deſeruiat.
79 Legatorum commutationes ad piam cauſam in aliam dantur, & ſunt de reſeruatis pape.
80 Legatum incertum non autem certum commutari ſolet.
81 Reſeruationes beneficiorum per breue conceduntur.
82 Reſeruationes odioſe ſunt.
83 Diſpenſatio per breue fit ſuper etate in. xxij. an. in ordine diaconatus conſtituto, vt promoueatur ad ſacerdotium die dominico, vel feſtiuo extra tempora.
84 Ordinarius quis dicatur ad hoc, vt ordinandus ab eo licentiam habeat.
85 Licentia manendi extra ordinem per breue datur profeſſo ordinem regularem.
86 Licentia manendi in alio ordine datur per breue regulari profeſſo ordinem certum.
87 Cum licentia tamen ſuperioris, alias poſſet eum reuocare.
88 Confirmatio datur per breue illis, qui habuerunt licentiam a ſuperiore transeundi ad alium ordinem.
Confirmatio ius de nouo non tribuit.
89 Prorogatio temporis de conſecrandis episcopis per breue datur.
90 Prorogationes que ſint, que ſub ſola ſignatura conceduntur.
91 Prorogatio non fit poſt temporis lapſum.
92 In prorogationibus tempus quod de nouo indulgetur a fine termini cõceſſi per ius commune, vel regulas computari debet.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

93 Diſpenſatio per breue fit cum fratribus tertij ordinis, vt poſſint matrimonium contrahere.

94 Fratres tertij ordinis non ſunt religioſi proprie, ſed potius de natura laicorum participant.

95 Diſpenſatio per breue datur ad ordines & beneficia illis, qui contraxerunt matrimonium cum vnica & virgine iam defuncta.

96 Papa cũ bigamis ad ordines de ptãte ordinaria nõ cõſueuit diſpenſare.

97 Diſpenſatio quando fiat cum neophitis ad omnes ordines. Eccleſia de iudeis conuerſis eſt fundata.

## DE RESCRIPTIS IN FORMA BREVIVM.

POST Commiſſiones & aliqualem earum notitiam, quia ille concernunt cauſas inceptas, vel incipiendas in curia Romana, prout in precedentibus cõpedioſe dixi, attento ꝙ in illis non poteſt dari firma regula & certa doctrina circa omnia negotia propter diuerſitatem caſuum occurrentium & varietatem temporum
1 † per que ſignatura commiſſionum multipliciter & ſepiſſime variatur, iuxta tex. in. c. non debet. de conſang. & affi. ideo poſt precedentem tractatum dicendum eſt aliquantulum latius de ſecundo genere reſcriptorum que reſpiciunt cãs inceptas, vel incipiendas extra romanam curiam & ſimiliter alia negocia continentia gratia, que committuntur & expediunt vigore hmõi reſcriptoꝝ
2 in partibus. ¶ † Hoꝝ reſcriptoꝝ due ſunt ſpecies pncipales. Aut enim expediuntur in forma breuis, aut p cãzellariam procurantibus illa procuratoribus audientie cõtradictarum ſanctiſſimi. D. N. Pape. ¶ Prius
3 dicendum eſt de reſcriptis in forma breuium † que conficiuntur a ſolis ſecretarijs, & per Papã ſignantur in certa rubea, annulo piſcatoris ſupplicatione introcluſa in breui, quãq̃ tñ fiunt abſq; ſupplicatione introcluſa, vt ſtatim dicã, & habẽt eandem vim quã reſcripta, prout dicit gl. ij. in ſupraſcriptione extrauagantis vnigenitus et refert Fely. in rub. de
4 reſcrip. † appellantur autem breuia, quia fiunt & ſcribuntur breuibus verbis ſm Bal. in. c. j. de controuer. inueſti. ¶ Aliquando non habent ſupplicationem introcluſam prout qñ conceditur p breue diſpenſatio de non promouendo ad certũ tp̃s cuius tenor ſequtur. & eſt talis forma.
5 ¶ † Iulius Papa. ij. Dilecte filij Salutem & apoſtolicam benedictionem cupientes commodis tuis, q̃ntum cum deo poſſumus paterna benignitate conſulere, tuiſq; in hac parte ſupplicationibus inclinati. Tibi vt ratione Archi. eccleſie tragurien. quem ſicut aſſeris in dicta eccleſia obtines, aut cuiuſcũq; alterius beneficij eccleſiaſtici curati, vel alias ſacros ordines requirentis per te pro tempore obtenti ad aliquem ex ſacris ẽt



ſubdiaconatus ordinibus ad biennium a data preſentium computandum, vt interim te in diuinis officijs melius inſtruere poſſis tę promoueri facere minime tenearis, nec ad id inuitus a quoquam cõpelli valeas preſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Prouiſo &c. nõ obſtantibus
6 &c. datum ſub annulo piſcatoris &c. ¶ † Vigore iſtius diſpenſationis non tenetur taliter diſpenſatus interim promoueri etiam ad ordinem ſubdiaconatus, vt apparet ex tenore breuis, ad ꝙ arctatur diſpenſatus, per ordinarium ratione ſtudij ad ſeptẽnium vt. in. c. cum ex eo. de elec.
7 lib. vj. † ¶ Conſueuit etiam dari ſecunda diſpẽſatio ſeu prorogatio per aliud breue ad annum, narrando primam diſpenſationem per hec verba. ¶ Dudum tecum, vt ratione quorumcunq; beneficiorum. &c. que diſpenſatio narratur ſaltẽ in ſubſtantia, ne ſecunda ſubiaceat ſubreptioni, iuxta tex. in. l. ij. de filijs preſbiterorum. libro. vj. & ꝙ ponit Oldra. conſi. ccxv. ꝙ incipit puncta breuiter. Poſtea ſequitur tenor breuius. videlicet. ¶ Cum autem ſicut nuper exponi feciſti finis dicti biennij inſtare noſcatur &c. Biennium predictum intra ꝙ ſicut aſſeris adhuc exiſtis ad annum ab illius fine computãdum extendimus & prorogamus. ¶ Aliquando fit prorogatio etiã ad longius tempus, ſed non vltra trienium, niſi petens fuerit in ſubdiaconatus ordine conſtitutus ſaltem infra annum aut alias fuerit legitima prorogationis cauſa & ita ſeruatur, ſed non ſolet concedi tali caſu per breue, ſed per bullam gratie.
8 ¶ † Et no. quia vt vides debet fieri prorogatio dum diſpenſatus exiſtit intra primum tempus & nõ eo elapſo per. l. ſed & ſi manente. ff. de precar. nam tempus elapſum non poteſt prorogari, ſed datur noua conceſſio, vel diſpenſatio, ꝙ intelligerem procedere, quando prima & ſecunda diſpenſatio ſunt eiuſdem nature, & ab eodem conceduntur, puta a Papa, quo caſu debet fieri prorogatio intra primum tempus, & eo nondum elapſo, vt ſupra. ¶ Secus ſi concederentur a diuerſis, puta poſt diſpenſationem conceſſam a Papa de non promouendo ad tempus nam eo etiam elapſo poſſet ordinarius ratione ſtudij cum eodem diſpenſare ad ſeptennium iuxta dictum. c. cum ex eo. nec iſto caſu procederet illud ꝙ ſupra dixi per. l. ſed & ſi manente ad ꝙ bene facit glo. nota. in. c. hij qui. de preben. lib. vj. dum in ſimili queſtione reſpondet ad. d. l. ſed & ſi manente. ¶ Tutius tamen eſt obtinere p breue apoſtolicum huiuſmodi diſpẽſationem ratione ſtudij, que datur etiam ad omnes ordines ex iuſta cauſa. vt quia petens ſecum diſpenſari non percipit fructus eccleſie pro qua eſt aſtrictus ex eo ꝙ alteri puta illam reſignanti ſunt reſer
9 uati loco penſionis. ¶ † Quid tamen ſi cum diſpenſato per Papam de non promouendo exiſtente adhuc intra illud tempus epiſcopus diſpenſat ratione ſtudij, an per iſtam ſecundam diſpenſationem videatur a prima receſſum quo ad reſiduum temporis, ita quod ſtatim incipiat currere tempus ſecunde diſpenſationis, puto ꝙ ſic, arc. veniens cum ibi nos

tatis. de preſcrip. & ponit Old. conſi. cciij. in fine. ꝙ incipit factum tale
10 eſt &c. ¶ † Inſuper cōceditur aliqñ diſpenſatio per breue ad beneficia
incompatibilia, precipue ad duas dignitates obtinendas in vna eccleſia
ad duos menſes, itē ad duos canonicatus & prebendas ad quatuor men
ſes poſt habitam pacificam poſſeſſionem, raro tñ & cum difficultate di-
11 ſpēſatio & habilitatio dantur per breue. ¶ † Aduertendum tñ eſt, ꝙ qñ
Papa diſpēſat cū aliquo, vt poſſit plura bñficia incōpatibilia ſimul ꝑpe-
tuo, vel ad tp̄s retinere vt ſupra debet intelligi de bñficijs alias canonice
12 adeptis ſm Pā. ꝑ illū tex. in. c. dudum el. ij. de elec. in pe. no. † ſolū enim
operatur talis diſpēſatio, vt ei pluralitas non noceat, non aūt cōceditur
titulus de nouo, ſi bñficia eſſent minus canonice adepta, niſi aliter fieret
expreſſio magis ſpecialis, ad quod facit bonus tex. in. c. ſi gratioſe. in fi.
de reſcr. lib. vj. & melior in. c. non poteſt. §. j. &. ij. de prebē. eodem lib.
13 † vbi dicitur ꝙ prouiſio alicui facta ꝑ ſedem apoſtolicam de beneficio,
non obſtante ꝙ aliud habeat, diſpenſationem ſup vtroq; retinendo nō
inducit, & hoc quia in diſpenſationibus fit ſtrictiſſima interpretatio. c.
j. &. ij. de filijs preſbyterorum lib. vj. & propterea extat vna regula can-
zellarie qua diſponitur ꝙ ꝑ quācunq; ſignaturam in quauis gratia nul-
la diſpenſatio veniat, niſi ſuper diſpenſatione principaliter ſit facta, vel
14 ſi alias nihil operatur. ¶ † Solet etiam per breue concedi facultas ſeu li-
centia teſtādi de bonis intuitu eccleſie queſitis ad certam ſummā & pro
parua ſumma datur in forma, nec conſueuit tali caſu componi cum da-
tario, alias ſic, quia de modicis non curatur. l. ſcio & in ca. & ſi queſtio-
15 nes cum vulg. ¶ Et cum regligioſis circa facultatem teſtandi parcius di-
ſpenſatur, quia non datur eis talis licentia, niſi de licentia eorū ſuperio-
ris. arg. c. cum ad monaſterium. de ſtat. reg. & in clemen. religioſus. de
procu. item de non magna ſumma per illud ꝙ in ſimili ponit Egid. cō-
16 cluſio. ccxlvij. † vbi dicit ꝙ frater minor ep̄s de bonis eccleſie modicum
quid videlicet. xxx. florenos ꝑ impēſa obſequia donare pōt. facit. l. iu
bem⁹. C. de ſacroſan. ec. et. c. ceterū. de dona. ¶ Vidi tñ religioſo ep̄o
17 cōcedi facultatem teſtandi ad ſummam decē milium duca. † datur aūt
ad maiorem, vel minorem ſummam arbitrio pape, qui in hoc debet in-
formare ſuum arbitriū ex iuſtis & rationabilibus cauſis, alias nō poteſt
ſine iuſta cauſa hanc licentiam teſtandi cōcedere, vt ſingulariter probat
18 Panor. in repe. c. cum eſſes. in. xv. colū. de teſta. † ratio eſt quia ſm opi.
veriorem dominium rerum eccleſie non eſt penes Papā, ſed penes De-
um, iuxta no. per Inn. & doc. in. c. cū ſuper. de cauſa poſ. & propri. vbi
hoc tenui iſto anno legendo, per tex. in. c. cum ex eo. de ele. lib. vj. cum
multis alijs iuribus & rationibus. ſi igitur hec bona dei ſunt & ex fructib⁹
eorum habeat ſubueniri egentibus. vt in cap. videntes. xij. q. j. certe ſe-
cundum Abba. nulla ratio ꝑmittit, vt ꝙ pro cōi vtilitate datū eſſe dino-
19 ſcitur vſibus cuiuſq; applicetur. c. ratio. de prebē. ¶ † Dicit etiam ibidē



Panor. ꝙ licet clericus ſimpliciter de bonis eccleſie teſtari non poſſit, ſi
tamen tantundem de ſuo proprio eccleſie contulerit q̄ntum vult aliena
re, hoc bene ei licebit. alleg. capit. ſi epiſcopus. xij. q. v. dummodo ante
alienationem rei eccleſiaſtice conferat tātundem de ſuo proprio. ſecus
20 ſi poſt vt ibi latius per eum. ¶ † Datur per breue licentia vendendi bo-
na eccleſiaſtica precipue terras, & poſſeſſiones incultas, & ſteriles, & pe-
cuniam exponendi in alijs bonis in euidentem eccleſie vtilitatē iuxta.
c. terrulas. xij. q. ij. & in auc. item prediū. C. de ſac. ſan. eccle. ponit glo.
in ver. monere in. l. ſi fundus. ff. de rebus eorum. Sciendum tamē eſt ꝙ
iſtud conceditur per breue ſupplicatione introcluſa, vel per reſcriptum
apoſtolicum in forma dilectus. tunc demum & eo caſu quādo valor nō
excedit centum ducatos, aut annuus cenſus quinq; ducatos, & tunc in
clauſulis ſupplicationis debent dici iſta verba. Et per breue. S. V. hac
ſupplicatione introcluſa, vel ꝙ litere per canzellariam expediantur per
reſcriptum apoſtolicum in forma dilectus, attēto ꝙ precium non exce-
dit. c. ducatos &c. ¶ Alioquin nō datur per breue, ſed per bullam, ſed
qñ eſt in vrbe tunc per ſolam ſignaturam, debet tñ tūc exprimi titulus
21 prelati, vel canonici, cui committitur † dicitur etiam in clauſulis ſuper
tali materia. Et ꝙ pecunia apud edem ſacram, vel aliquem probum vi-
rum deponatur, donec pro alijs bonis ſtabilibus exponat, ad qđ bene
22 facit tex. in. l. acceptā. C. de vſur. † demum in fine clauſularum ſemper
ponitur hec clauſula videlicet & ſi in euidentē quod ideo ponitur. vel
ſi non eſt in clauſulis, debet poni per referēdarium in pede ſupplicatio-
nis, ad hoc vt ſignator ponat illa verba in ſignatura, attēto ꝙ in hac ma-
teria ſolet fieri difficultas ſuper alienatione huiuſmodi bonorum pro-
23 pter diminutionē dotis, † & ideo qñ aliquis petit ꝙ poſſit alienare ſiue
vēdere poſſeſſionem vel aliquid aliud immobile ſue eccleſie ad effectū
reparationis domus, vel eccleſie, tunc cōſueuit proponi ſupplicatio in
ſignatura, quia vt dixi ſolet ī ſimilibus fieri difficultas ꝑpter diminutio
nē dotis, facit. c. nulli liceat &. c. q abſtulerit. xij. q. ij. & in. c. re. iūcto.
24 c. videntes. xij. q. j. cum ſimilibus. ¶ † Conſueuit etiam aliqñ cōcedere
Papa per ſuum breue ſupplicatione introcluſa, & mādare qđ prouiſus
de aliqua dignitate, vel beneficio ponatur in poſſeſſione per executorē
in partibus ante expeditione bullarum, quo caſu non poteſt opponi de
regula canzellarie contraria diſponente nō debere iudicari ſm tenorē
ſupplicationis concernentes gratiam, ſed ſm tenorem literarum expe-
dit, nec ēt poteſt opponi de extrauagāti Bonifa. viij. que in. c. iniuncte.
25 † nā ex quo cōſtat de volūtate pape et de eius certa ſcientia nō habet lo
cum prefata regula, vel cōſtitutio, cui ꝑ hoc videtur derogare, arg. l. qui
dam conſulebant. ff. de re iudi. c ff. de excuſa. tu. l. idē vlpianus. §. j. ff. de
offi. ꝓtoris. l. barbarius notat gl. in. c. ij. de ſciſma. in. c. ſtatutū. ſup ver-
bo. literarum. de reſcrip. li. vj. & in clemē. & ſi principalis in ver. obſer-

26 uari † per que iura probatur ꝙ cum princeps concedit aliquid incapaci
ex certa ſcientia, vel facit actum cōtrarium iuri eo ipſo ſuper incapacita
te, vel iure contrario diſpenſare cenſetur, ergo videlicet tali inductio in
poſſeſſione non obſtan. premiſſis. immo dicunt aliqui ꝙ non datur pri
uatio illius, qui cum ſola ſupplicatione ſe intruſit. Quod eſt valde mirū
27 propter predicta. ¶ † Diſpenſationes matrimoniales nonnunq̄ con-
ceduntur in forma Breuis, conſueuerunt tamen cōmuniter remitti ad
Datarium propter cōpoſitiones, quod iuditio meo bene ſonat in auri-
bus fidelium precipue laicorum, qui ex hoc ſcandalizantur ad ꝙ facit
28 bonus tex. in. c. fi. de tranſa. † aut enim non ſubeſt iuſta cauſa diſpēſan-
di. & tunc non deberet concedi diſpenſatio etiam cum compoſitione,
quia non eſt tutus quo ad Deum, cum quo Papa nō diſpenſat ſine cau-
29 ſa iuxta glo. in. c. non eſt de voto & in. c. q̄rto de iureiuran. † aut adeſt
iuſta & legitima cauſa & tunc deberet liberaliter diſpēſari ceſſante quā-
libet compoſitione. nam tunc gratia & ſic diſpenſatio dicitur quodam-
modo debita, iuxta no. in. c. bone. el. ij. de poſtula. prela. & in. l. j. §. per-
30 mittitur. ff. de aqua quot. & eſti. † iuſta autem cauſa diſpenſandi in gra-
dibus a iure diuino prohibitis eſt bonum quietis, & pacis, quia nō niſi
in pacis tempore bene collitur auctor pacis, vt in cle. ſuper cathedram.
de ſepulturis facit. c. ij. de deſpon. impub. vbi tolleratur contractus ma
trimonij inter incapaces ex defectu etatis, quando ex eo ſequitur bonū
pacis. ¶ Similiter eſt iuſta cauſa diſpenſandi vt matrimonium in gradu
prohibito de facto contractum tollererur quando ex ſeparatiōe graue
31 ſcandalum oriretur. c. quia circa de cōſang. & affi. † Sicut & alias diſpē-
ſatur vt firmum maneat matrimonium de facto contractum in gradu
prohibito, in quo longo tempore perſeueratum fuit, & inde ſuſcepta
proles. c. de gradibus. xxxv. q. viij. & in. c. non debet. de cōſang. & affi.
facit ad predicta. c. vt conſtitueretur. l. di. & in §. niſi rigor. in. q. vij. &
ꝙ per Roma. cōſi. cccvij. ex quibus poterit inſtrui volens formare ſup-
32 plicationes in premiſſis. ¶ † Altare portatile non datur per breue, niſi
ex fauore & ſingulari gratia. nec deberet concedi paſſim & indifferen-
ter omnibus, ſed tantūmodo nobilibus, aut gratis, vel alias dignis per-
ſonis arg. in auc. vt in prin. do. ſacr. miſ. nō fiant. col. v. bene facit. c. fi.
de offi. deleg. & in. c. de multa in fi. de prebē. iuncta cle. vnica. de bapti.
33 † & etiam non ſolet concedi in locis apoſtolica, ſeu ordinaria auctorita-
te interdictis, prout audiui ob officialibus. & tunc ſolum in petentis &
familiarium ſuorum domeſticorū preſentia, niſi eſſet vir dignus et qua-
lificatus, tunc poteſt dari etiam in preſentia aliquarum aliarū perſona-
34 rum. & in forma. ¶ † Datur per breue licentia veſcēdi lacticinijs, ouis,
& carnibus, de conſilio tamen vtriuſq; medici id eſt anime & corporis.
An autem medicus anime hoc eſt preſbiter parochialis debeat credere
ſuo parochiano dicenti ſe habuiſſe conſilium a medico corporis vt ob
aliquam



aliquam iuſtam cauſam veſcatur premiſſis. puto ꝙ ſic, quia non eſt pre-
ſumendus immemor ſue ſalutis. c. ſancimus. j. q. vij. et in. c. ſignificaſti.
ij. de homi. ad ꝙ bene facit quod no. glo. in cle. j. in ver. habita. de pri-
uileg. & in. c. placuit de peniten. diſt. vj. in &. c. tua nos. in gl. de ſpōſa.
35 & matrimo. ¶ † Quid autem ſi licentia nihil diceret de carnibus, ſed ſo-
lummodo de lacticinijs, & ouis an tunc comprehenderetur ſanguis. gl.
in. c. fi. lxxxij. di. dicit ꝙ ſic de quo me remitto ad barba. in ſuo trac. de
36 preſtan. Card. in. j. q. col. v. verſic. & eleganter dixit Guil. ¶ † Licentia
doctorandi extra terras eccleſie non debet dari per breue, & ideo Re-
ges Hiſpanie habent indultum ꝙ nullus etiam vigore breuis doctora-
ri debeat, niſi prius in aliqua vniuerſitate eiuſdem regni fuerit examina
tus. conſueuit tamen derogari tali indulto, & alias cōceditur huiuſmo-
37 di licentia per breue ex gratia. ¶ † In vrbe autem datur ſub ſola ſignatu
ra, & committitur alicui prelato vel aduocato Conſiſtoriali adhibitis
duobus, vel tribus eiuſdem facultatis doctoribus, vel licentiatis, qui
quoad hoc habentur pro doctoribus, ex quo ſunt licentiati & de proxi-
mo cingendi vulgata. l. penul. ff. de mili. teſta. facit bonus tex. in. l. qui
38 pene. ff. de manu. & in. c. fi. de iude. † vbi probatur, ꝙ pari priuilegio
gaudet id, ꝙ eſt in eſſe productum, & id ꝙ eſt in fieri, & in potentia pro
pinqua. Additur etiam in huiuſmodi licētia doctorandi hec clauſula.
39 videlicet & aſſiſtentium votis iuratis † & hoc ideo ponitur, quia docto-
res examinantes ſcholarem doctorandum debent iurare ſaltem de cre-
dulitate ſuper ſufficientia illius, ſecundum Bar. in prohe. fforum. ad ꝙ
bene facit tex. in. l. nemini. C. de aduo. diuer. off. vbi doctor atteſtatur
40 iureiurando de peritia ſcolaris † formam autem huiuſmodi iuramenti
ponit Panor. in. c. propoſuiſti. de proba. in pe. col. videlicet. ꝙ non pri-
uato odio neque amicitia &c. & ꝙ id ꝙ deponunt perceperunt ſecun-
dum peritiam artis eorum. & credunt ita eſſe, vt colligitur ex. c. quotiens.
de teſti. ¶ Vidi etiam in vrbe per ſolam ſignaturam dari licentiam iu-
deo aſſumendi gradum doctoratus in medicina, vigore cuius fuit do-
ctoratus per collegium medicorum, me ibi exiſtente & auctoritatem
preſtante vice & nomine domini mei reueren. Cardina. ſcilicet Geor.
41 camerarij & vice canzellarij ſtudij romani, † & dixi ibi ꝙ ille iudeus nō
potuiſſet doctorari alias ſine ſpeciali licentia. S. D. N. quia doctoratus
eſt dignitas a qua arcentur iudei tanq̄ infames ſecundum Bar. in. l. fi.
C. de iude. & in. l. omnes. C. de decur. li. x. ponit Abb. in. c. clerici. de
42 iudi. & in. c. propoſuiſti de probatio. † ¶ Licentia recipiendi reliquias
ex capella monaſterij ſancti Anaſtaſij trium fontium & portandi ad
partes datur ſimiliter ſub ſola ſignatura in qua conſueuit addi clauſula
& de licentia Comendatarij dicti monaſterij, ad quod facit bo. tex. in
43 c. corpora. de conſe. di. j. † vbi dicitur ꝙ nemini licet corpora ſanctorū
de loco ad locum transferre ſine conſilio Principis ideſt Pape facit. l.

oſſa.ff.de reli.immo nec corpus cuiuſlibet alterius traditum iam perpe
tue ſepulture licet transferre de vna eccleſia ad aliam, niſi habita ſimili
licentia & ex rationabili cauſa.l.vlti.C.de religio.& tũc ſolẽt in ſigna-
tura addi hec verba.videlicet ſine preiudicio. arg.l.ij.§.ſi quis a princi-
44 pe.ff.ne quid in loco pub.cum vulga. ¶ † Quando autem eſt depoſitũ
ſolummodo in eccleſia, hoc eſt quando corpus non eſt traditum perpe-
tue ſepulture, licitum eſt illud transferre ad alium locum ſine licentia
& auctoritate alicuius, ſm gl.in.d.c.corpora ꝑ.l.ſi.nec dum.C.de reli
45 gio.dummodo trãsferatur ad locum, vbi alias viuus ſtare poterat † qa
cadauera rebellium, vel confinatorum non poſſunt ſine licentia prin-
cipis reduci ad ciuitatem in qua viui ſtare non potuerunt, ſecundum
Bar.per illum tex.in.l.ſi quis in inſula.ff.de cada.puni.ſequitur Card.
46 in cle.j.de peni. & remi. & Bal.in.l.ij.C.qui teſt.fa.poſ. ¶ † Pari mo-
do datur ſub ſola ſignatura licenttia viſitandi ſepulchrum dominicum
& alia loca vltramarina etiam pro abſentibus & pro religioſis, de licen-
tia tamen eorum ſuperioris, & hoc ne ſub ſpecie peregrinationis vagen
tur, & diſcurrant ꝑ diuerſas mundi partes.c.ſi cupis.xvj.q.j.ſi quis, ta-
men in premiſſis & multis alijs que dantur ſub ſola ſignatura velit ex-
pedire literas in forma breuis de facili audietur & erit gratum officiali-
bus, ſolent enim multi precipue venientes de partibus eſſe multum
curioſi & non credentes in premiſſis ſolam ſufficere ſignaturam expe-
47 diunt literas ſiue in forma breuis vel alias per Cancellariam. † & ſic vi-
di aliquos expedire cõfeſſionale ꝙ alias datur ſub ſola ſignatura etiam
de caſibus reſeruatis iuxta.c.de multa.de voto.& ꝙ no.in.c.ꝙ tranſla-
tionem de offi.leg.ſemper tamẽ in clauſula de reſeruatis adduntur iſta
verba videlicet caſibus in bulla cene domini contentis dumtaxat ex-
ceptis. Similiter conceditur petentibus ꝙ poſſint recipere ſacramenta
eccleſiaſtica a quocunqꝫ catholico ſacerdote, ſed tunc ſolent addi hec
48 verba.videlicet preterqꝫ in paſcate, & ſine preiudicio † ad hoc eſt dictũ
Abb.& doc.in.c.omnis de penit.& remiſ.vbi dicit per illũ tex.ꝙ con-
feſſio debet fieri proprio ſacerdoti ſemel ſaltem in anno, videlicet in pa-
ſca reſurrectionis domini, etiam ſi talis habeat licẽtiam confitendi cui-
libet alteri.& intellige proprium ſacerdotem iſto caſu ratione domici-
lij, vbi audit diuina per annum, ſecundum glo.in.c.placuit de peni.di.
vj. quia & ibi decimas perſonales dare debet.c.nouũ genus.de decim.
49 facit ꝙ not.Car.in cle.paſtoralis.§.rurſus.de re iudi. ¶ † Daẽ per breue
licentia promouendi extra Romanam curiam a quocunqꝫ catholico
antiſtite ad omnes ordines, in qua conſueuit addi hec clauſula, videli-
cet de licentia ſui ordinarij.facit.c.nullus de paroch.&.ix.q.ij.per to-
50 tum.† Papa enim non intendit facere preiudicium proprijs ordinarijs
arg.c.peruenit.xj.q.j.ſit etiam hoc ad obuiãdum fraudibus, nam mul-
ti propter exceſſus per eos commiſſos a ſuis ordinarijs repulſi confu-



giũt ad alios ordinarios qbus exceſſus huiuſmodi ſunt incogniti, & re-
cipiunt ab eis omnes ordines virtute huiuſmodi breuis.& ideo ſemper
51 debet addi dicta clauſula.facit.c.j.de tempo.ord.li.vj. ¶ † In vrbe hu-
iuſmodi licentia promouendi datur ſub ſola ſignatura, ſed epiſcopis &
ſuperioribus ſolummodo conceditur ꝙ vno die dominico, vel feſtiuo
ad omnes ordines promoueri poſſint.et hoc eſt quo ad illos ſpeciale.ꝓ-
ut & pleraqꝫ alia iuxta tex. in.c.ij. de offi.deleg.lib.vj.& in.c. quia pe-
52 riculoſum.de ſenten.excommu.eo.lib.cum ſi. ¶ † Indultum de fructi
bus in abſentia percipiendis non datur per breue. ſed per bullam ſtan-
do in Ro.cu.vel in altero beneficiorum reſidendo ſeu ſtudio, vbi illud
vigeat generale inſiſtendo.et eſt neceſſarium huiuſmodi indultum exi-
53 ſtentibus in ſtudio † quia alias de iure communi nõ percipiunt fructus
ſuorum beneficiorum in abſentia ceſſante diſpenſatione, conſuetudi-
ne, vel ſtatuto eccleſie, ſecundum glo.in.c.ij.de priui.lib.vj.licet aliud
dicat glo.in.c.de quibuſdam.xxxvij.di.de quo ibi late per domi.& ꝑ
54 ſcribentes in.c.licet de prebẽ.† & no.ꝙ huiuſmodi indultum nõ com-
prehendit diſtributiones quotidianas ſecundũ gl.in.d.c.ij.quia ille nõ
cancellarię in regula. xxix. col. ij. & iſto caſu breue plus operatur quam
res iudicata quod eſt mirandum ex eo quia breuia concedũtur ſine cau
ſæ cognitione, & ſic poteſt res aliter ſe habere ſed res iudicata pro veri-
15 tate habetur vulg. l. res iudicata & tamen †de ſtilo rotæ non poteſt quis
poni in poſſeſſionem vigore executorialium niſi intimentur prius poſ-
ſeſſori quo nõ parente obſeruatis quatuor terminis declaratoria ſenten
tia fertur cõtra eũ & licet in exequutorialibus ponatur clauſula ꝙ pro-
pria auctoritate poſſit capi poſſeſſio, illud intelligitur ſeruatis prædi-
ctis alias diceretur quaſi attentare propter reliquias quaſdam litis quæ
durat quouſque ſententia ſit exequutioni mandata vt dixi in regula de
annali. q. xliiii. & ita ſeruat rota ſed iſte ſtilus nõ eſt de iure quia de iure
ſtatim poſſem capere poſſeſſionem cum exequutorialibus vt late pro-
bo in regula cancellariæ. xxv. & tradunt omnes in. c. ſicut & in. l. a di-
uo pio de re iudi. ſed quia poſſet contingere ꝙ poſſeſſor ex aliqua iuxta
cauſa iuſtificaret poſſeſſionem ſuã rota conſiderat equitatem illam quę
ita hodie ſeruatur vt refert Fely. in. c. ad probandum in. iii. col. de re iu
di. & de hoc dico latiſſime ſuper regula cancellarię. xxv. in. fi. q. vbi tra
cto materiã ſignaturæ iuſtitiæ que non repetam. Tamen hodie per fa-
uores facile obtinentur breuia ꝙ licet quis capere poſſeſſionem etiam
ſi lis pendeat ſine vicio attẽtatorũ vt vidi ſæpe quod eſt male factum ta-
men hoc haberet excuſationem in beneficiis vacan. in curia.
16 ¶†Facultas etiam teſtandi de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ iuxta. c.
requiſiſti de teſta. ſolet etiã per breue concedi ſed ad paruam ſummã,
& tunc non fit compoſitio cum datario quia de minimis non curat prę
tor. l. ſi propietarius de dam. infecto. c. ſi quęſtionis de ſymonia & hãc
licentiam concedit etiam pœnitentiaria cum clauſula dummodo ante
omnia circa eccleſiã ſe exhibeat liberalẽ & non indiſtincte ſed pro ſerui
toribus pauperibus vel aliis etiam conſanguineis qui honeſta ſeruitia
præſtiterunt aut alios pios vſus iuxta formam traditã in. c. relatum el
ſecũdo de teſta. ex quo tex. compoſita fuit ſeu potius extracta ad verbũ



forma teſtandi poſita in quinterno cancellariæ. Hodie tamen multi of
ficiales curiæ ratione officiorũ ſuorũ habent iſtam licentiam, vt ſcripto
res milites ſancti Petri & plures alij tamen quando ſunt diuites illis nõ
ſeruatur talis facultas ſed auferuntur ab illorũ hęredibus bona niſi ſpe-
cialiter in vita impetrauerint licentiam teſtandi facta compoſitione cũ
datario ſecũdum mod. facultatum, & qui talem facultatem non habent
17 ſpoliantur † & iſte mos ſpoliandi defunctos bonis per dictos collectores
fuit ab antiquo ſeruatus ĩ Romana eccleſia vt dicit Car. in. c. niſi cũ pri
dem. §. intueri in tertio notabili de renuncia. vbi ſubdit propter hãc cau
ſam plures viros egregios abhorrere prælaturam ne priuentur liberta-
te teſtandi. & eodẽ modo ſacra penitentiaria concedit licẽtiam religio-
ſis retinendi pecunias acquiſitas ex confeſſionibus, prædicationibus
18 †vel elemoſinis ad vſus ſuos vt ex eis poſſint ſibi veſtes vel libros emere
quod etiam ordinarius aut eorũ ſuperior illis concedere poſſent, Nam
propter hoc non videntur habere proprium cum ex debita obedien-
tia ſemper debeant eſſe parati illa dimittere ad libitum ſuorũ ſuperiorũ
vt tradunt Ioã. And. Abb. & alij in. c. ij. & in. c. cum ad monaſterium
de ſta. mona. & idem Io. And. in regula nõ eſt obligatorium de re. iur.
lib. vi. & hoc etiã in monialibus procedit vt tradit Abb. & moder. in
c. edoceri in. ij. col. de reſcript. & latius in conſil. lxxxviij. lib. primo &
idem in fratribus minoribus dicendũ eſt vt probat late Car. in conſi. 17.
col. fi. & Cald. in titulo de regula. conſil. ij. cum concor. vt per moder.
in. c. cum. m. de conſt. & in. §. actionis autẽ inſtit. de actio. quæ quidẽ fa
cultas retinendi non conceditur abſolute ſed cum limitationibus ſuis
inter quas ponuntur iſta videlicet prouiſo ꝙ omnia quæ habuerit tem-
pore mortis ſuæ confeſſori vel alteri religioſo reuelare & moneſterio
relinquere teneatur alias ꝙ literæ ſibi nullatenus ſuffragẽtur &c. & nõ
ſolùm vt dictum eſt ſacra pœnitentiaria concedit prędictis facultatem
retinendi ſed etiam vt dictum eſt licentiam teſtandi ſed non ſimpliciter
ſed pro anima eorũ vel propriis vſibus cum limitationibus ordinarijs
& ſolitis & per iſtam licentiã non conceditur religioſo vt habeat pro-
prium ſic vt retineat ſed vt in alium pium vſum transferat & diſtribuat
eo tempore quo etiã ſi vellet retinere non poſſet quod facile cõceditur
argu. l. cogi. §. hi qui ſolidũ. ff. ad trebel. & l. in ædibus. §. ꝙ ſi filius. ff. de
dona. & ꝙ talis licentia teſtandi concedi poſſit vltra ſtilum inueteratũ
ſacri officij eſt etiam hoc de iure vt patet ex his quæ ſcribit Bal. in auct.
niſi rogati ad fi. C. ad trebel. & in. l. ſi quando poſt princ. C. de inoffi. te
ſta. & in. l. certum. C. vnde legi. pro qua opi. Socinus. xviij. fundamen-
ta componit in conſil. xiii. præſens conſultatio in. iii. col. libro. j. iſta
tamen licentia difficilius conceditur per viam breuis nam per viam bre
uis illis non conceditur facultas teſtandi niſi de licentia ſui ſuperioris
& circa rẽ modicã argu. eorum quę ponit Egidius deciſ. ccxlvii. & not.

in capitulo cæterū de dona. licet ex magna cauſa in maiori ſumma ali-
quando fuerit diſpēſatū de quo latius tradit Abb. in repeti. c. cum eſſes
in. xviii. col. de teſta. & ibi late moder. & Philip. Peruſinus in rubrica
de teſta. & moder. rep. in auct. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccl. faciunt quæ
19 tradit Fely. in. c. cū adeo de reſcr. ¶ †Per breue ēt cōceditur diſpenſa-
tio ꝙ bigamus poſſit capere ordines ſacros & retinere beneficia ſed ſa-
cra pœnitentiaria non diſpenſat in ordinibus ſacris ſed cum diſpenſato
per papā indulget ꝙ poſſit habere duo beneficia ſimplicia cōpatibilia
alias cum nō diſpenſato ad ordines non diſpenſat quo ad beneficia ēt
20 cū eo qui cū duabus virginibus contraxit etiam cum illo †qui cogno-
ſceret vxorē ſuā adulterā quā initio virginē ſuſcepit quia talis eſt vere
bigamus ēt ſi eā cognouiſſet poſt peractā pœnitentiā recōciliatā: vt te-
net Petrus de ancha. in conſil. cxx. iii. incip. circa bigamos. quem late
refert & ſequitur Io. de ana. in. c. ſi vir. col. i. de adulte. & hoc etiam te-
net Felyn. in. c. ius generale. in. vi. col. i. diſt. & latius Moder. in tracta.
bigamiæ. q. v. col. xl. et. q. vi. col. viii. nā licet ſacra penitentiaria cū iſto
bigamo diſpenſet ꝙ poſſit gaudere clericali caractere ratione fori, ac ſi
cū vnica virgine cōtraxiſſet, non tñ diſpenſat ad beneficia cū reputet̃ in
cæteris laycus: vt hr̃ in. c. i. de biga. lib. vi. vbi ēt voluit Io. an. Domi. &
alii ꝙ ēt ordinarius cū bigamo nō poſſet diſpenſare ad primā tonſuram
quorū opi. dicit eſſe cōem Car. alex. in. c. lector. 34. diſt. & rō iſtius opi.
eſſe pōt: quia prohibitio. d. c. i. eſt cōciliaris contra quā nō ſolū epi, ſed
neq; legati de latere diſpēſare pñt: vt late tradit Mod. in. c. cū īferior. &
in cle. ne romani de electio. Licet circa hoc ꝙ epi poſſint diſpenſare cū
bigamo in minoribus ordinibus multi tenuerūt contrariū: nā Cardi. s.
Sixti poſt. S. Tho. & alios quos alleg. in. d. c. lector tenet epos in mino-
ribus ordinibus cum bigamo poſſe diſpenſare: & hoc idē ante ipſos te-
nuit Io. antiquus in ſumma confeſſo. li. iii. q. xii. & dicit cōmuniter te-
neri Aſteſanus antiqu⁹ in ſūma lib. vi. ti. vii. col. fi. Ita ꝙ vident̃ in hoc
duæ opi. cōes contrariæ, ſed pñt cōcordari ſi diligenter præſcrutētur,
vt. ſ. opi. Io. an. & ſequaciū in. d. c. i. procedat regulariter pp rationē ſu-
perius dictā. Secunda vero opi. militet qñ diſpēſandi ſubeſt legitima &
21 euidens cā †qa tali caſu pñt epi et legati diſpenſare cōtra conciliū gñale:
vt tradit Roma. in conſil. 427. col. pen. & conſi. 325. in. iiii. col. Et legi-
tima cā erit hoc caſu ſufficiēs literatura vel nobilitas, iuxta. c. de multa.
de prebend. & ita præteritis diebus maior penitentiarius pp hanc cau-
ſam diſpenſauit cum do. Fabio Mignanello Senenſi aduocato conſi-
ſtoriali ad primā tonſuram non ob. ꝙ contraxerat cum vidua.
22 ¶ †Solet ēt concedi per breue licentia vendendi res immobiles eccle-
ſiæ, & hoc conceditur per triplicē viam per breue ſupplicatione intro-
cluſa, & per reſcriptum in forma dilectus & per bullam ſacræ peniten-
tiariæ, ſed per primā viā non ſolet concedi niſi ad valorem centum du-



catorum per alias vero vias datur etiā vltra cētū cū iuſtificationibus ſuis
videlicet dummodo precium huiuſmodi apud ędem ſacram vel aliquē
mercatorē idoneum deponatur iux. l. acceptum. C. de vſur. & ea quæ
dicunt moder. in. c. per veſtras per illū tex. de do. inter vi. & vxo. & fiūt
huiuſmodi cōmiſſiones cū clauſula ſi tibi conſtiterit ꝙ alienatio prędi-
cta ſit in euidentem vtilitatē eccleſiæ &c. & iſtæ licentiæ frequētius ho-
die expediuntur per penitentiariam etiā ad magnam ſummam & non
ſolū ſi in euidentem vtilitatē fiant ſed ēt ſi dumtaxat in euidentem ne-
ceſſitatem quando illa neceſſitas aliunde reparari non poteſt niſi alie-
nando quia talis neceſſitas vtilitati equiparatur vt eſt tex. & ibi glo. in
verſi. neceſſitas in cle. i. de re. eccleſiis non alie. & talis neceſſitas requi-
ritur ꝙ ſit eccleſiæ nō perſonæ exēpli gratia vt ſi eccleſia pateretur rui-
nam quā non poſſet aliunde cū minori impenſa niſi ex venditione hu-
iuſmodi reparari vel pateretur defectum ornamentorū vel vaſorum ſa-
crorū vt dicit tex. in. c. aurum. xij. q. ij. nā tali caſu poteſt dari licentia,
ſecus vero quando neceſſitas nō ex parte eccleſiæ ſed perſonæ vt quia
beneficiatus eſt onere debitorū grauatus & condemnatus ſoluere & il-
le non habet bona patrimonialia nam tali caſu licet de fructibus bene-
ficij ſatisfacere poſſit vt habetur in. c. peruenit de fideiuſſo. & not. Ioā.
23 And. & alii in. c. grauis de depoſi. †Non tamē hoc poteſt facere vendē-
do bona eccleſiæ vt dicit Archi. & Ioā. an. in. c. eos. infra de ſent. excō.
decldrādo tñ vt ꝑ Abb. in. c. reprehēſibilis col. fi. de appel. ꝑ cuius dicta
concordāt̃ ea quę dicit Fely. in. c. ea noſcit̃ de ſent. excō. vidi tñ cōcedi
ſiles alienatiōes ꝑ penitētiariā ꝓ ſoluēdis debitis in dñio Florentinorū,
& hoc quia Clemēs. vii. ſpecialiter cōmiſſerat maiori penitētiario pp
magnas calamitates illius dominij cauſatas ex direptionibus militū. Ha-
ctenus quędā exēpla poſuimus qbus colligit̃ experiētia expeditionum
breuiū modo ſupereſt quędā alia enarrare quæ per breue expediri ali-
quando non poſſunt, & interdum conceduntur.
¶ Nā in primis ꝑ breue nō cōcedūt̃ diſpēſationes matrimoniales in ali-
24 qbus gradibus ꝓhibitis, †quę tñ ꝑ penitētiariā expediunt̃ facta prius cō-
poſitiōe cū datario al's nō trāſeūt, qđ viſum fuit multis ſcrupuloſis iniu-
ſtū aſſerētib⁹ nō ꝓcul eē ab hæreſi papā exigere iſtas cōpoſitiones pro di-
ſpēſationib⁹ cōcedēdis ī quo errore cōſtituerūt oēs pōtifices defunctos,
& ad fundādū eorū opi. euāgelij dicto tegūt̃, gratis. n. accepiſtis gratis
date qđ ꝓcedit qñ iuſte petit̃ diſpēſatio, cęterū ſi abſq; cauſa denegāda eſ-
ſet potius diſpēſatio: qa diſpēſatio ſine cauſa edificat ad gehennā, & nō
immerito diſſipatio appellat̃ vt dicit illa gl. vulgaris in. c. nō eſt. de vo-
to. Et cauſa in diſpēſationibus pōt eſſe multiplex, vel ad euitādū ſcan-
dalum, vel rixas, vel quid ſimile: vt tradunt doc. in. c. quia circa. de con-
ſangui. & affini. & habes exemplum in. c. ij. & in. c. duo. de deſpon.
impub. tradit Roma. in conſil. cccvij. & Petr. de anchara. in conſilio.

cccxxxix.vbi de Remigio monacho loquitur, qui fuit poſtea rex Ara-
gonum,& ab eo proceſſerũt.viii.generationes regum:vt ibi dicit Pet.
de ancha.& meminit Fely.in.c.ſi quando.in.iii.col.de reſcrip.Sed ta
men aduerte ꝙ licet verum ſit ꝙ in compoſitionibus exigendis hodie
modus excedatur,tamen non idcirco compoſitiones a papa male capiũ
tur:quia legimus.iiii.Regum c.xii.ꝙ pro peccato a ſacerdote redimen
do dabatur pecunia,quæ ſacerdotũ erat:vt ibi dicit tex.Et licet pro gra
tia ſpũſſancti,quæ in impoſitione manus ſuper egros verſabatur, pe-
cunia capi non poterat:vt patet Matthæi.x.c.Et ſic neque papa pro cõ
ſecrationibus,& pro his quæ in mera ſpiritualitate cõſiſtunt nihil etiã
capit,vbi tamen aliquis petit diſpenſari,quia tranſgreſſus eſt legem lici
te capit,quia hoc eſt quid diuerſum a primo,ſicut prophetia eſt quid di
uerſum ab impoſitione manus:vt probat epiſcopus Abulen̄.ſuper.c.
x.Mathæi.Et hoc apparet quia etiam in veteri teſtõ non licebat pro ſa
nitate danda,& ſic pro manuum impoſitione aliquid capere ſine ſcele-
25 re:vt patet.iiii.Regum.c.v.†Et tamen pro prophetia poterat capi pe-
cunia:vt patet Michee.iii.c.vt patet etiam de Balaam qui erat verus ꝓ-
pheta:vt colligitur Nume.xxiiii.& tamen pro pecunia veniebat ad ꝓ-
phetandum & maledicendum iudæis:vt patet Nume.xxij.&.xxiiij.c.
Et hoc quod capit papa non capit pro lucro,ſed pro eius ſuſtenſtatiõe:
nam qui altari ſeruit iuſtũ eſt vt de altari viuat:vt dicit Apoſtolus.Et cõ
ſtat ipſum poſſe ſuadente cauſa neceſſitatis bona eccleſiæ capere,& pe-
cunias ab eccleſiaſticis exigere:vt in.c.omnis.xxij.diſt.& in.c.cũ apo-
ſtolus.de cẽſi.Nam & epiſcopi peccata ſubditorũ delinquentium pecu
nia cõponebãt:vt patet i.c.ii.de pœnis.ergo eodẽ mõ & papa facere põ
teſt ſeruato modo pro culpa delinquentis, vel ad contra legem diſpen-
ſatiue petẽtis.infinita poſſent in iſta materia cumulari quæ in mea apo
logia aduerſus impugnantes ſummum pontificem ſuper iſta perceptio-
ne latius diſerui,quę hic inſerere eſſet extra propoſitum.
26 ℭ†Neque etiam per breue regulariter conceditur altare portatile cum
alijs contentis in forma confeſsionalis niſi ex magno fauore,& tunc nõ
niſi nobilibus vel literatis perſonis,iuxta.c.de multa.de præben.nec ta
li caſu conceditur in locis apoſtolica, ſed ordinaria tantum auctoritate
interdictis,licet tempore Leonis indifferenter cõcedebatur, preſertim
quia bulla fabricæ.S.Petri hoc concedebat.Et hodie etiam per ſacram
penitentiariam cõceditur etiam cum clauſulis in locis auctoritate apo
ſtolica interdictis cum clauſula,niſi interdictum huiuſmodi apoſtolicũ
pro intereſſe ſedis apoſtolicæ appoſitũ fuerit, in reliquis vero concor-
dat ſtilus ſignaturæ papæ cum ſtilo ſacræ penitentiariæ,Quia per ſigna
turam papæ talis licentia audiendi miſſam tempore interdicti cum alta
ri portatili regulariter non conceditur, niſi qualificato oratori cum fa-
miliaribus ſuis qui intereſſe poſſunt:ſi tamen fuerint oratores egregiæ
perſonę,



perſonę,vel nobiles,aut illuſtres,tunc datur cũ clauſula in præſentia fa
miliarium domeſticorũ,aut aliarũ perſonarũ ibidẽ accurrẽtium, dum-
modo.xx.non excedãt,Et iſta forma ſolet,vt dixi,per ſignaturã ſuppli-
cationis vel per ſacrũ penitẽtiariæ officium concedi. Sed per viam bre
ũis non conceditur,niſi iuxta formã quinterni cancellariæ. Et eodem
modo antiquitus dari ſolebat cõfeſſionale, quod vltra altare portatile
continet plenariam abſolutionem omnium peccatorũ ſemel in vita,&
in mortis articulo etiam ſi poſtea mors nõ ſequatur ab omnibus pecca
tis exceptis contentis in bulla in cena domini,Et ꝙ ſepelliri poſſit in ec
cleſia tempore interdicti ab ordinario poſito ſine funerali pompa,Si ve
ro detur illuſtri ponitur clauſula cũ humili põpa, Sed principibus datᷣ
licentia funerandi etiam tempore interdicti impoſiti a ſede apoſtolica.
Item dantur ẽt ad ſtationes vrbis,exceptis ſeptẽ eccleſiis, Et quando da
tur cõfraternitatibus reſtringitur ad perſonas.200.computatis viro &
vxore pro vna perſona & eſt aduertendũ ꝙ huiuſmodi licentia altaris
conceſſa per ſacram penitentiariam iudicatur firmior quam conceſſa ꝑ
fabricam vel archiuium quia eſt perpetua ex quo penitentiaria nunquã
moritur etiam mortuo pontifice vt in.d.cle.ne romani ſed illa quam
concedit fabrica vel archiuiũ nulla habita perſonarum ratione eſt tem-
poralis durante vita pontificis. Ratio eſt quia archiuium in hoc cenſetᷣ
habere poteſtatẽ ordinariã ſicut vice cancellarius iux.glo.in cle.ne Ro
mani de electio.& tñ confeſſionale cõceſſum ab ordinario eſt tempo-
rale ſecus ſi a papa vt dicit Fely.in.c.licet in.ij.col.de offi.ordi.ergo eo
dem modo & illud archiuij niſi hoc expreſſe in eius priuilegio caueatur
& iſta facultas tranſiuit hodie in abuſum nam antiquis temporibus nõ
concedebatur niſi magnis nobilibus vel graduatis de quo latiſſime di-
co in tracta.de ſtilo ſacræ penitentiariæ.
27 ℭ†Item per breue non dantur declaratoriæ cuiuſmodi eſt illa ꝙ degra-
datus reſtitutus per papam non debeat de nouo ordinari:& tamen hoc
fit per officium ſacræ penitentiariæ diſtinguendo ſpecies degradatio-
nis vt tradit Car.Alexandri.in.c.accedens in.ij.col.50.diſt.& Specul.
in titulo de diſpen.§.nunc de epiſcoporum verſ.lxv.& ſequitur firmia-
28 nus in tract.de epiſcopo in vlt.parte.q.4.ℭ†Datur tamen declarato-
ria religionis per vim & metum iuxta.c.j.ꝙ met.cauſa & iſta fit com-
miſſaria ordinario vel eo legitime recuſato viciniori epiſcopo qui hoc
videat citato perſoualiter procuratore generali illius ordinis vna die ꝑ
altera iux.formã traditã in cõcilio Laterano & conſtito de metu iudex
datus declarat talẽ nõ eſſe obligatũ in genere nec ſpecie religioni alias li
teræ ſibi non ſuffragantur.
29 ℭ†Datur ẽt declaratoria pro eo qui minor annis intrat religionẽ iux.
c.j.de regl'a.lib.vi.ſed ſi poſtea maior factus ẽt nõ facta ꝓfeſſione expꝛſſa
capit ſacros ordines in monaſterio nõ declaratᷣ talis per breue obſtã.cõ-
QQ

ſil.Cal.xv.in titulo de regula. Nam aſſumptionem ſacrorum ordinum
in monaſterio facta cenſetur tacite profeſſus vt ibi dicit Cal. Tamen p
ſacram penitentiariam conceditur ita demũ ſi promotus in promotio-
ne ſua proteſtatus fuit, ꝙ propter huiuſmodi ordinum ſuſceptionẽ nõ
intendebat in genere vel in ſpecie ſe dictæ religioni obligari & ſit com-
miſſaria & talis ꝓteſtatio releuat, iuxta dictũ Domi.in.c.j.§.j.in.ij.q.de
reg.lib.vj.& Abb.in.c.iij.de reg.& Dñi.in.c.ij.de cogna.ſpiritua.
❡Poteſt ẽt per breue cõcedi declaratoria ordinis per vim ſuſcepti, ſed
iſta hodie frequentius per penitentiariam conceditur, iuxta cõſi.j.Cal-
de.in tit.qui cle.vel mona.declarando, prout per Abba.in.c.j.de cle.
per ſal.promo.quæ quidem conceſſio iuſtiſſima eſt ex eo, quia vbi eſt
metus vel vis abeſt conſenſus liber, qui in ordine & profeſſione requi-
ritur: vt dicit tex.in.c.j.de regula.& in.c.ſicut.xx.q.j.& tradunt doc.
30 in.c.ꝙ locum.de ſpõſa.†nec talis metus purgatur per mille annos durã
te cauſa metus: vt dicit Calde.in conſi.j.ꝙ met.cau.& hoc idem firmat
Bart.in.l.ſi ob turpen.col.fi.ff.de condi.ob tur.cau.ſequitur Alex.in
cõſi.48.lib.4.cũ cõcor.vt ſcribit Deci.in cõſ.ccxix.& in.l.in omnibus
31 cauſis.ff.de reg.iur. ❡†Solet tamen cõcedi religioſis per omnes vias,
ſcilicet per ſignaturã papę & per breue licẽtia ſtandi extra propter infir-
mitates, vel pro ſubuentione parentum fratrũ vel nepotũ, & eadẽ licen
tia etiam conceditur per ſacrum officium penitentiariæ, ſed diuerſimo-
de: quia hodie per breue reſtringitur licentia cum clauſula de licentia
ſui ſuperioris & ea durante, ſed per officium ſacræ penitentiariæ con-
ceditur ſine dicta clauſula: quia vbi eſt licẽtia ſuperioris ſui religioſus
non indiget licentia apoſtolica, & eſſet fatuus pecunias & laborem
fruſtra exponere: & ita licentia olim per penitentiariã abſentibus maio
ribus penitentiarijs Cardinalibus, Iuliano poſtea Iulio.ij.& Cardinali
Borgia propter eorum cõtentiones, Nam Iuliano aduerſabatur Alex.
vj.& Cardinali Borgia idem Iulius.ij. Hæc licentia concedebatur ſa-
tis inaduertenter, quæ tamen temporibus meis optime eſt reformata,
vt ſtatim dicam. In primis igitur conceditur licentia cauſa infirmita-
tis, ſed non cuiuſlibet infirmitatis, nec ita ſimpliciter, vt prius ſolitum
erat, ſed illius infirmitatis quam ſine vitæ periculo, & animi diſpen-
dio religioſus in monaſterio ſupportare non poteſt. iſta eſt formalis
petitio quę ibi ꝓponit, & ſecundũ iſtum tenorem petit miſſellus religio
ſus licẽtiã exũdi ad domũ alicuius cõſanguinei vel amici vbi faciliꝰ poſ-
ſit mederi ꝙ̃ medicinam & conſolationem hodie quia monaſteria ſunt
pauperrima vel quia refriguit Charitas nõ inueniunt infirmi in domi
bus fratrum præſertim conuentualium mendicantium qui cęteris ſunt
pauperiores & ideo ne infirmus deſtitutus omni humano auxilio ſic
moriatur hoc ſalutare remediũ reptũ ẽ quo papa eorũ neceſſitatibꝰ ſub-
uenit ne ſoli inter duos monaſterii parietes marmore frigidiores cogãt



vitã cũ gemitu & indignatione emittere, cũ igiť iura omnia miſerabili
bus perſonis occurãt: vt tradũt doctores in capitulo ex parte.cum ſimi-
libus de foro cõpetẽti.& cõſtat hos infirmos inter miſerabiles perſonas
32 adnumerari. †vt eſt textus in lege pma.C.qñ impera.in pupil.& vidu.
cõueniẽs fuit: vt implorãtibꝰ tale remediũ miſericorditer occurramus.
Nã ſicut ſolui debet iuramentũ qñ ſeruari non põt ſine interitu ſalutis
corporalis: vt dicit Abbas in capitulo ſi vero.de iure iurando.ita & re-
ligionis obſeruãtia ex tali cã poteſt ad tempus relaxari: infirmitas enim
tribuit iuſtam cauſam diſpenſandi: vt dicit gloſa neceſſitate in clemen-
tina prima de priuilegiis.& eſt textus in capitulo primo de ſtatu regula
riũ.libro ſexto.& in clementina prima.§.cæterum.verſiculo ſane.& ibi
gloſa hoc notat in verſiculo rationabilis de ſtatu monachorum. Immo
vult ibi prædicta gloſa communiter approbata, ꝙ eodem modo pro-
33 pter inimicitias capitales† & aeris intemperiem poteſt cum talibus diſ-
penſari, & illam gloſam ſequitur Fely.in capitulo accedens el.ij.in.v.
colũ.vt lit.nõ conteſt. & plura cumulant moder. in commento pra-
gmaticæ titulo de pac.poſſ.& iſta licentia ad tempus cauſa infirmitatis
poſſet cõcedi a ſuperioribus eorum prout ſæpe conceditur vt tradunt
doctor.in dictis locis & in capitulo cum ad monaſterium de ſta.mo.&
eſt tex in cap.monachũ.xx.q.iiij.verum quia ſuperiores prædicti præ-
ſertim conuentuales nõ ea vtuntur diſcreto modo nec curãt in hoc ſeq
diſpoſitionẽ canonũ, ſed propriũ eorũ arbitriũ propterea ad ſacrũ offi-
cium occurrunt & quia dixi conuentuales non vti hac poteſtate diſcre
to modo hoc ex eo dixi quia videmus ꝙ maior pars religioſorum exeũ
tium ſunt de iſtis conuentualibus, Nam ex monaſterijs clauſtraliũ ob-
ſeruantium rarius exeunt quia in illis maior aliquando adhibetur diſ-
cretio circa infirmos et ſeruatur modus viuendi & ideo vt dixi pauci ex
illis exeunt cum habeatur vt plurimum ibi cura infirmorũ & ad illum
effectũ procurant facultates colligere. clauſtrales vero qui cõmuni vo-
cabulo non obſeruantes appellantur non illam adhibent curam pro-
pter non ordinatum modum viuendi viuunt enim inter ſe ſicut acci-
34 pitres adeo† ꝙ ſæpe iſti afflicti exeuntes aſſerunt facilius in ſeculo ſal-
uare poſſe animas ſuas quam in eorũ monaſterijs, ſubueniẽdum igitur
fuit miſerorum calamitatibus quia deus non vult mortem peccatorum
ſed vt conuertantur & viuant vt in capitulo quia diuinitatis de pænit.
diſtinct.prima & ſi tales ceſſantibus infirmitatibus (prout literæ no-
ſtræ dicunt) non redierint ad monaſterium vtantur ſuperiores eorum
remedijs oportunis ad reducendũ eos ſicut reducunt apoſtatas ſacrum
igitur pœnitentiariæ officium concedit huiuſmodi licentiã dictis infir-
mis nõ tñ abſolute vt tpe Leonis.x.ſolitũ erat ſꝫ cũ quadã limitatiõe a
me inuẽta p ꝙ̃ iſte aggreſſus monaſterij ↄcediť ad tp̃s, limitatio igiť q̃ in
ſupplicationibꝰ poniť ẽ talis, Prouiſo tñ ꝙ ceſsãte ĩfirmitate ſtatĩ ad mo

naſterum reuertantur alias lIteræ huiuſmodi nullatenus ſibi ſuffragen-
tur, itaque licentia iſta non eſt perpetua ſed temporali, ſcilicet duran-
te infirmitate.
35. ¶ †Secundo modo conceditur licentia religioſis ſtandi extra iſto mo-
do videlicet propter ſubuentionẽ parentums fratri vel neptis in extre-
ma paupertate & miſeria exiſtẽtium qui aliunde ſibi de neceſſariis pro-
uidere non poſſunt. Iſta conceſſio tempore Leonis per breue & per pœ-
nitentiariã inaduertenter concedebatur quia non erat limitata nec ra-
tione perſonarum nec ratione temporis. Concedebatur. n. talis licen-
tia pro ſubuentione etiã conſanguineorum ſine prefinitione temporis.
ſed hodie reſtricta fuit per me hæc conceſſio ad terminos iuris, propte-
rea talis expeditio hodie iuridica eſt, & neceſſaria, & licita, in qua aliqui
theologi fortius voluerunt ꝙ etiam ſine licentia, & inuito prælato poſ-
ſet talis religioſus monaſteriũ exire, & parẽtibus in maxima miſeria cõ-
ſtitutis, & alijs quibuſcunque fidelibus egentibus ex ſuo labore ſubue-
nire, adeo ꝙ poſſet capere de bonis monaſterij inuito prælato, & eis mi
niſtrare. Sed licet aliqui theologi ita teneant per plures bonas rationes
alij tñ voluerũt ꝯtrium, ſed illæ diſputationes oẽs ꝓcedunt in caſibus de
qbus ſupius diximus, qui concedebant tpe Leonis ſine taxatione tẽpo-
rum nec perſonarũ: & ideo nõ attingunt caſum, de quo hic tractamus.
Nam licẽtia ita moderata & iuſtificata, vt hodie conceditur nullam dif
ficultatẽ habet apud eoſdem theologos: quia nullus eorũ inficiatur ꝙ ſi
religioſus de licentia papæ vel maioris penitentiarij exeat monaſteriũ.
præſtaturus opẽ parentibus egẽtibus omni auxilio deſtitutis ex ſua in-
duſtria & labore non ex bonis monaſterij hoc licite faciat, Nam in pri-
mis hoc eſt præceptũ ſecũdę tabulę de quo Exod. xx. honora patrem &
36. matrem &c. †Et iſte honor principaliter conſideratur in ſubueniendo
eis in magna neceſſitate conſtitutis: vt declarat Chriſtus dominus no-
ſter Mathæi. xv. reprehendens in hoc phariſeos qui contrarium ſuade-
bant, & cũ hoc obligatio naturalis cõcurrit ſecundũ Ariſto. quem refe-
37. runt Theologi Exodi. xx. c. cũ quo lex ciuilis concordat: †quia ex quo
huiuſmodi opus ſubuẽtionis fundatur in charitate & miſericordia ta-
lis neceſſitas excludit omne votũ & obligationem, alſ ea quæ introdu-
cta ſunt in cultũ dei militarent contra charitatem: & neſciremus quid
eſſet illud miſericordiam volo non ſacrificium, ſi propter cerimonias
regulares præſertim hodiernas non ſuccurreretur huiuſmodi morien-
ti, ſicut Chriſtus dixit contra phariſeos Mathæi. xij. qui arguebant di-
ſcipulos Chriſti fame pereuntes in die Sabbati colligentes ſpicas, Nam
reſpondet Chriſtus homo maior eſt Sabbato, & Sabbatũ eſt propter
38 hominem. †Ita homo eſt maior quacunque obſeruantia & voto regu-
lari: quia omnia hæc ſunt propter hominem, nam in his in quibus eſt
quis primo obligatus non poteſt contrariam obligationem ſubire, Nã



ſi religioſus ante ingreſſum religionis eſſet vni obligatus in centum, cla
rum eſt ꝙ propter ingreſſum religionis illa obligatio non tolleretur, eo
dem modo nec tollitur illa obligatio de ſubueniendo parentibus quæ
priuſquã monaſterium ingrederetur contracta fuit: & ideo per ingreſ-
39. ſum nõ debet tolli, †ſicut videmus ꝙ per ingreſſum religionis non ab-
ſoluitur vir a debito coniugali prius contracto. Ita eadẽ ratione neque
a debito iuris naturæ quod eſt alimentare parentes quam charitatem
alendi parẽtes in neceſſitatibus cõſtitutos legimus bruta animalia ob-
ſeruaſſe, Nam teſte Iſidoro, Ciconię ſic ſe affectu pio ad parentes gerũt,
ꝙ tanto tempore filij parentes ſenectute confectos in nido nutriant ꝗ̃-
to ab eis in ætate paruula ſunt nutriti: & maxime quia hic non agitur
de auferendis religioſis perpetuo a religione: vt quidã male opinãtur,
ſed durante dumtaxat parentũ neceſſitate, Nam multa cõcedunt̃ ad tẽ-
pus, quę ꝑpetuo non concederent̃. argu. l. quoties. C. de præci. impe. of
40 fe. †Preſertim quia talis religioſus propter hoc nõ abſoluitur ab obſer
uantia religionis, quæ ſeruari poteſt in domo patris, conſanguinei, vel
amici. Nã hoc nõ eſt cõtra ſubſtãtiã monachatus vt maneat extra mo-
naſteriũ in certo loco ſuper quo epiſcopus & abbas poſſunt licentiam
dare eſſe toto tẽpore vitę ſuę: vt dicunt Inno. Abbas, & cæteri in. c. inſi.
nuante. qui cleri. vel mona. ſequitur Cardi. in cle. j. §. pręmiſſa. de ſup.
neg. pręla. & Abb. in. c. ſicut. el. j. de iur. iur. & i. c. ex reſcripto. eo. tit.
Et quamuis hoc ſit de iure, tamen ſacra penitentiaria non cõcedit hanc
41. licentiam perpetuo. †Preterea quia illa obligatio qua quis tenet̃ paren
tibus ſubuenire eſt ex precepto diuino, obligatio vero ad religionẽ eſt
inducta conſtitutione humana principaliter. Sed inconueniens eſt ꝙ
lex humana deroget legi diuinæ. Concludendũ eſt igitur licẽtiã eſſe ca-
nonicã, & ob eã cauſam, quia aliqui ſuper hoc dubitauerunt cõcilium
Grãgenſe tales filios auxiliũ parẽtibus nõ pręſtãtes anathematizauit, cu-
ius verba formalia hęc ſunt. Siqui filij parentes maxime fideles deſerue-
rint occaſione Dei cultus hoc iuſtum eſſe iudicantes, & non potius de-
bitũ honorẽ parentibus reddiderint vt hoc ipſum in eis venerẽtur ꝙ fi-
deles ſint anathema ſint, Cuius concilii decretum & iſtam opinionem
plures ſequuti fuerunt quos breuitatis cauſa ommittimus & licet vt di-
xi tempore Leonis hæc licentia extãdi extra dabatur non ſolũ pro ſub-
uentione parentum & fratrum ſed etiam nepotum hodie tamen hoc
non indiſtincte conceditur propter doctrinam ſancti Thomæ in quo-
libeto. vi. tamen hoc ſolet concedi ad tempus videlicet pro fratre pupil
lo vel nepote non habente aliũde vnde ſibi ſubueniri poſſit vel pro de-
crepito & hoc durante pupillari ætate quibus impedimentis ceſſanti-
bus ceſſat licentia & debet ad monaſterium reuerti religioſus & hoc fit
propter rationem textus in capitulo cum quidam §. finali. de iure iuran
42. do equiparando votum & iuramentum †quæ a pari procedunt vt dicit

Abb. in capitulo ſicut el primo de iure iurando & ante ipſum Archi-
diaconus in capitulo nõ ſolũ. xxxij. quæſtione. iij. cũ quibus cõcordat
Bartolus in lege ſi quis a liberis. ff. de liberis agnoſc.
43 ¶ † Necꝫ ſolet etiam concedi per breue licẽtia doctorandi licet aliquã-
do modernis temporibus ex gratia fuerit cõceſſa etiam cum derogatio
ne indultorũ regum & reginarũ quibus forte cauet ꝙ nemo vigore ẽt
literarum apoſtolicarum debeat doctorari niſi prius in aliqua vniuerſi
tate approbata operã literis dederit in qua periculum doctrinæ ſuæ fa-
cere debeat, hodie vero paſſim per commiſſionem conceditur talis licẽ
tia & committitur alicui prælato in curia ad electionẽ doctorandi qui
ꝗdem prelatus ex forma commiſſionis debet ſecum adhibere duos pe-
ritos eiuſdem facultatis qui aſſiſtãt examini & iurent de idoneitate do
ctorandi tunc habitis votis iuratis cõcedit lauream, formam autẽ iſtius
iuramẽti ponit Abb. in capitulo propoſuiſti de probat. & moderni in
tractat. docto. vbi latius ſingula pertinentia ad doctoratum explicant
& reaſſumit latiſſime Bart. caſſaneus in catalogo gloriæ mundi in de-
cima parte.
¶ Aduerte tamen ꝙ licet periti præfati iurent de idoneitate & peritia
promouendi, pauci tamẽ hodie digni reperiuntur ad doctoratum vt di
44 cit Bart. in proæ. ff. & hoc fortaſſe euenit † propter conſuetudinem ho-
diernam propter quam dicit Rochus curtius in rep. capitulo finali de
conſue. in. xi. & xii. columna ꝙ doctores preſidentes laureãdo poſſunt
iurare illos eſſe idoneos licet non ſint & excuſantur a periurio ꝑꝑ con-
ſuetudinẽ allegat Roma. conſil. dcccclxvi. & alia plura de quibus ibi ꝑ
eum ſed puto excuſari eos a pœna temporali non autem gehennali iux
ta dictũ gloſæ in capitulo denique quarta diſtinctione iſta etiam licen
tia doctorandi conceditur per penitentiariam cũ eiſdẽ clauſulis.
45 ¶ † Nec etiam ꝑ breue cõceditur ꝙ fratres mendicantes poſſunt capere
annuos redditus pro miſſis dicendis & tamẽ penitentiaria hoc conce-
dit per ea quæ dicit Abbas in cõſilio. lxiij. in ſecundo volumine ſequi-
tur Decius in. c. in præſentia col. xxxvi. numero. lxxix. de probationi-
bus plura alia per breue non conceduntur verũ quia ea ſolent aut per
ſignaturam papæ vel per officium ſacræ penitẽtiariæ expediri, propte-
rea omittenda dixi cum latiſſime in tractatu de offic. & poteſt. maio-
ris penitentiari, & ſtilo penitentiariæ ſingula enarraui ſufficient igitur
iſta exempli gratia poſuiſſe.
46 ¶ † Iuramenti relaxatio ad effectũ agendi parte non citata non concedi
tur per breue conceditur tamen per ſimplicem ſignaturam iuſtitiæ ac
per officium ſacræ penitentiariæ per viam commiſſionis & debet quis
narrare ſe inductum dolo vel vi ad celebrandum contractum vel quan
do eſt enormiter leſus nam tali caſu quia iuramentum non debet eſſe
vinculum iniquitatis datur abſolutio ad predictum effectum, nam ex



hoc nullum parti aduerſæ infertur præiudicium ſaltim conſiderabile,
& ideo talis commiſſio conceditur parte non citata vt dicit Deci. rotę.
767. in antiquis & plures alij doctores quos accurate congerunt moder
ni in cõmento deciſionum capellæ Toloſanæ. Deci. lxij. & licet iſta
opinio ſit cõmunis contrariam tamen opinionem amplectitur ſignatu
ra Papæ quæ non concedit abſolutionem niſi parte citata pro qua eſt
Deciſi. parlamenti Frãciæ. cxxxx. ſed illa opinio non eſt vera niſi quã-
do per illam abſolutionẽ obligatio contracta tolleretur & cancellare-
tur, tunc enim etiam per penitentiariam non conceditur niſi ex magna
cauſa, & tũc requireretur partis citatio: ſed quando petitur relaxatio
nõ ad hoc vt cõtractus tollatur, ſed vt habilitetur ꝑſona, ſeu potius eius
os aperiatur, vt non obſtante iuramẽto huiuſmodi poſſit detegere frau
dem & dolũ ipſius concluſionis, tunc datur parte non citata, & poteſt
dari, quia non fit præiudicium parti aduerſę cum maneat ſibi omne ius
ſaluum ad debitum defendendum, ita dicit Oldra. conſi. cxx. incip. ad
duplicẽ finẽ. cũ aliis concor. vt per Felyn. in. c. j. in. iiij. q. de iur. iur.
¶ Et iſta quæ dicta ſunt procedunt reſpectu actionis, ſecus tamen eſt re
ſpectu exceptionis, nam licet abſolutio a iuramento per penitentiariã
detur ad effectũ agendi, non tamẽ ad effectum excipiendi. Ita cauetur
in quadam formula concilij Lateraneñ. quæ modo a paucis tempori-
bus fuit per me ad vſum reuocata, Nam ſolebant maiores penitentia-
rij a tempore Leonis abinde etiam abſolutionem ad effectum excipien-
di elargiri, & ſic in formularijs tempore Ludouici Borgiæ, & Age-
neñ. Cardinalium & maiorum penitentiariorum obſeruatum legi-
mus, & cauetur in taxis illorum temporum, & etiã quod magis miran-
dum eſt tempore Cardinalis Sanctorum Quatuor ſenioris, cum eo tẽ-
pore formula concilij Lateraneñ. edita fuiſſet hoc. Idem concedebatur
vt patet in regiſtro ſacri offcij, itaque varias videmus obſeruatiões qua-
rum quælibet ſua ſe ratione tuetur, Nam patres illi antiqui conceden-
tes abſolutionem ad effectum excipiendi fortaſſis fundabãtur hac ratio
47 ne, † quia videmus faclius a iure cõcedi exceptionem quam actionem:
vt patet in. c. cum inter cum alijs de excep. quo loco voluit Innocẽ.
& poſteri, ꝙ licet excommunicatus agere prohibetur, nõ tamen prohi
betur excipere, cum exceptio ſit quædam defenſio quæ diabolo non
denegatur. Si igitur abſolutio datur ad effectum agendi a fortiori po-
teſt concedi ad effectũ excipiendi, Qui vero contrariam partem obſer-
uant ſe formula concilij tuentur a qua non licet recedere, tum etiam
quia videtur per licentiam excipiendi dari anſa periurijs, Nam qui pe
tit ꝙ liceat ei contra obligationem iuratam excipere petit licentiam
contraueniendi iuramento & hoc videtur periurium ſecus vero quan-
do petit licentiam agendi quia in ea debet prius oſtendere ſe leſum
enormiter quod forte non probabit & pro iſta opinio facit quia cla-

rum eſt ꝙ iuramentū habet ſe ad inſtar immo maiorē vim habet ꝗ̄ res
48 iudicata† vt dicit tex. in.l.ij.ff.de iur.iur. Nā iure Chriſtiano nullum
maius vinculum ad obligandū inuenit̃ quam iuramentū & tamen con
tra rem iudicatā licet quis permittatur agere non tamē permittitur ex-
cipere vt eſt tex. in cle.j.de re iudi.& tenet Fely. in.c. debitores in.iiij.
col.de iu.iur.& multi ſunt caſus in quibus permittitur actio & non p-
mittitur exceptio vt refert Io.And.in.c.fi.de ordi.cog.facit tex. in.l.ſi
quis fundum.C.ad.l.Iul.de vi.vbi in poſſeſſorio retinende licet admit
tatur actio non tamen exceptio quę omnia in caſu noſtro multo magis
militant quia ex quo agitur de obſeruantia iuramenti omnis interpre-
tatio per quā eluditur talis promiſſio debet reijci vt probatur in. c. ad
noſtrā de iu.iur.vbi licet exceptio cōpenſationis ſit legilima ad excludē
dum creditorē tñ vbi in cōtractu interuenit iuramentum illa exceptio
repellitur & cogitur quis preceſſiſſe ſoluere & iuramentum obſeruare
idem videmus in.c.debitores eodē titulo vbi exceptio vſurariæ praui-
tatis quæ alias eſſet ſufficiens ad excludendum quālibet obligationem
tamen vinculum iuramēti non tollit prohibetur enim iſtis caſibus exce
ptio quia per eam aperitur nobis facilior via ad eludenda iuramēta qđ
ceſſat in abſolutione ad effectum agendi tantum quam abſolutionem
non præſumitur quis de facili petere velle ex eo quia ad inſtruendam
actionē ſicut ad inſtruendum bellū multæ expenſæ & alia præparato-
ria requirūtur vt not.in.l.pure.ff.de excep.doli &.l.ſi quādo.C.de di-
la.cum ſimilibus quę facile ex falſa cauſa quis non ſubibit. Nam taliter
abſolutus cogitur ante omnia coram iudice docere ſe enormiter leſum
vel vi aut dolo inductū ad iurādū quarum rerū probatio non ita facile
occurrit & ideo dicit Pau.de caſt.in conſi.cclix.incip.circa primū quę-
ſitum col.fi.in ſecundo volumine ꝙ iſta abſolutio ad effectum agendi
a principio non eſt plena tamen ex poſtfacto per probationes factas re-
ctas repletur, ſed exceptio non indiget tot apparatus, cum ſæpe in ſola
negatiua conſiſtit, quæ excludit agentem: quia regulariter excipiēs nō
tenetur ſicut agens exprimere cauſam ſuæ exceptionis: quia nuda volū
tas videtur ſufficere ad dandam & caſſandā exceptionem, & hoc fauore
liberationis: vt dicit expſſe Io.de imo.in.c. ſup hoc.in.ii.col.verſi.po-
tes ēt de renūci. Vnde ſi iuramētū non eēt in medio qđ tollit exceptio-
nē facile omnia poſſent ſubuerti, nō igit̃ mirū eſt ſi in iſta materia abſo-
lutionis tam arcta fiat interpretatio, vt abſolutio concedatur ad effectū
agendi dumtaxat, & talis interpretatio eſt fauorabilis religioni & obſer
uātię iuramēti, quibus rationibus fortaſſe fuit motū cōciliū Lateranēſ.
ad hoc ordinādū. Tamē ꝗcquid ſit de ſtilo penitētiarię inductū eſt ſcien
tibus & patiētibus ſummis pōtificibus ꝙ det̃ abſolutio ēt ad effectum
excipiendi, cum actio & exceptio videantur correlatiua, vel ſaltem re
ſpectu probationis equipollētia, Nam ſicut actor tenetur probare in-
tentionē



tentionem ſuam, ita & exceptionem reus.l.j.&.ij.ff.de excep.
49 ¶† Et hæc oīa de plano ꝓcedunt in abſolutione a iuramēto, ſecus tamē
eſt in abſolutione a periurio incurſo: quia talis abſolutio non datur par
te non citata: vt concludit Fede.de ſenis in conſil.cccj. & Ancha.con-
ſil.cxcviij.prędictum ſubtiliter. Et hoc nō narret iurantē fuiſſe enormi
ter leſum, nec tali caſu enormis leſio ſufficeret: vt cōcluſit Rota coram
R.P.D.Petro Vortio in vna Parmēſ.hoc anno.1538.mota per deci-
ſionem Anto.& Pau.de ca.& alioꝝ, quos adducit deci.concilii Nea-
50 politani cccxxij.col.fi. † Et licet maior penitentiarius abſoluere non
poſſit de iure a periurio: vt dicit Domi.in conſi.cv.in.ij.dubio, neqꝫ ēt
quilibet alius ordinarius: vt dicit Alexā. in conſi.xvij.in.ij.col.li.iij.
Tñ maior penitētiarius hoc facit ex ſpeciali ꝓuilegio Sixti & [illegible]
51 ¶† Non conceditur etiam per breue diſpenſatio ꝙ vidua poſſit eſſe ab-
batiſſa, neqꝫ hoc concedit penitentiaria: quia ſecundum communem
opi.diſpenſare cum corrupta ad ſolum papā pertinet & denegatur ordi
natio: vt dicit Car.poſt glo.ibi in clemē. attendentes.§.ſtatuimus.in.x.
q.de ſtatu monacho. & ante ipſum Calde.conſi.iij.in ti. de offi. vica.
& tradūt Moder.in tracta. de bñficio. in.iiij.parte.q.vij. quibus adde
Abb.hoc idem tenentem in.c.cum in cunctis in.iij.col. de electio.&
pro iſta opi.eſt tex.in.c.fi.de biga.& tex.in.c.viij. qui cleri. vel mona.
quem ad hoc allegat Henricus boich in.c.de biga. & cum iſta opi.trā-
ſit Felyn.in.c.meminimus.in.ij.colū. de accuſa. & in.c.at ſi clerici.in
fi.& ibi Moder.de iudi.qui aliqualiter ſuper hoc dubitant, & iſta opi.
eſt communis & vera ſecundum quam ita concluſum fuit in caſu con-
tingenti in cōcilio Toloſano: vt patet in eo libro qui appellatur capel-
52 la deci.ccxcv. ¶† Limitatur tñ iſta cōcluſio trib⁹ modis vltra prędictos
docto. Primo ꝙ non procedat in corrupta occulta: quia cū tali non ſo-
lum ſacra penitentiaria, ſed etiam quilibet ordinarius diſpenſare pote-
rit ſicut fit cum homicida voluntario occulto. Ita limitat Cardi. alexā.
in.c.acutius.xxvj.diſt.vbi latius loquitur. Secundo fallit niſi de ſpecia-
li licentia papæ: vt dicit Hoſti.in ſumma de biga.§.fi. Tertio limitatur
niſi diſpenſatio fieret citra cōſecrationem & benedictionem: quia tali
caſu penitentiaria poſſet diſpenſare ſicut ordinarius ſecundū Archid.
in.c.indennitatibus.infra.de elec.& ita tenet Lapus, Zenzel. & quidā
alij in.d.cle.attendentes.& ſm iſtam doctri.alias tempore Iulij penitē-
53 tiaria diſpenſauit. ¶† Datur etiam per breue exemptio ad poſtulationē
patroni petentis hoc in fundatione eccleſiæ ſed ordinarij, & per conſe-
quens maior penitentiarius hoc non poſſent concedere: vt conſuluit
Fede.de ſenis in cōſi.ccxlvij. quidam epiſcopus. licet ordinarij quo ad
quædam poſſent exemptionem cōcedere: vt declarat Abb. & Moder.
in.c.cū dilecti.de conſue.& ita forte poſſet declarari dictum Ioā. Ran-
diu in tracta.diſpenſationum articu.ix.vbi indiſtincte voluit ꝙ epiſco-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

pi poſſint concedere priuilegia exemptionis monaſterijs, alleg. c. cum olim. &. c. ex ore. de priuile. & in. c. peruenit. xvj. q. j. Alia pene infinita circa expeditiones breuiū, & ſacri officij penitētiarię congerere poſſem. quæ conſultius omitto ex eo: quia de omnibus latiſſime ſcribo in eo libro qui ſtilus penitētiariæ appellatur. ¶ Et hæc circa materiam breuium enarraſſe exempli gratia ſufficeret. Reſtat modo in hac poſtrema huius rubricæ parte tertia reſcriptorum ſpeciem attingere, quæ in gratijs concedendis verſatur. Verum quia conceſſionum plures ſunt ſpecies inter quas gratiæ ſpectatiuæ, & mandata de prouidendo primū tenent locum maiorem etiam experientiam & doctrinam requiruntur ꝙ aliæ gratiæ propter varietatem formarum & ſtilum ſæpius immutatum ideo de illis pauca quædam per modum compendij pro curialibus adnotabo quę ſucceſſiuo ſtudio per ſtationes quaſdam interrupto poſt redditum meum ab vrbe Patauij vbi maior ſcriptorū meorū pars furto perijt congeſſit. ſcripſeram enim in hac materia prius lōge plura ꝙ hic modo dicam, nam antea compendium hoc expectatiuarum in tres partes diuiſim Cuius prima pars originē eaꝝ effectus ac ꝑrogatiuas cōtinebat. Secūda formulas mandatorum naturam & vim enarrabat. Tertia pars circa acceſſus & regreſſus verſabatur in quibus multa de commendis & pene infinita de pēſionibus miſcueram quæ paſſim in locis vulgaribus nō traduntur, verum cum liber ille vt dixi inter alia plura vigiliarum mearum munimenta Patauij perierit. Decreueram me amplius tā ingrato labore nō torqueri, niſi clariſſimus ille vir. D. Petrus Andreas gāmatus ex ordine noſtro bn̄meritus & mihi multis de cauſis amiciſſimus cui partem iſtorum laborum abiens dimiſſeram preſto fuiſſet qui me ad idem onus iteꝝ capeſcendū cohortaretur ſic itaqꝫ collegi quaſdā reliquias priorum laborum ex tanta ſtrage relictas quas apud R. P. D. Sthaphileum inueneram per eundem. D. Petrum eidem mutuatas qui magno ſupercilio & vultu ſeuero vt moris eius erat reſtituit nam decreuerat vt ipſe dicebat ſuper dicta materia ſcribere itaqꝫ ex his & alijs nouiter fabricatis epilogum quendam confeci non tamen eo modo quo prius impediētibus iam publicis & domeſticis curis quibus antea ſcholaſtico otio fueram omnino ſolutus ſed ſolum materiam expectatiuarū & mandatorum per capita formarum diſtinguam, ea tantum in decem formulas reducens quæ erunt in hac materia reſcriptorum veluti leges decemuirales reliqua curioſis dimittēs. Sed iā rem ipſam aggrediamur.



# CAPITA NOTABILIVM DE OFFICIO LEGATI.

## De multiplici legatorum genere & legati preeminentia.

1 LEgatorū tria ſunt genera nati: miſſi: & de latere glo. c. j. de off. dele. li. vj. et licet legatus de latere dici poſſit etiam is qui non eſt Cardinalis, Vſus tamen Ro. cu. ſolos Card. legatos de latere vocat. c. ad audientiam de ſen. excō. ſpe. in tit. de legato §. ſequitur videre quot ſunt genera.

2 Legatus de latere in. iiij. excedit legatum natum. ¶ Primo in abſolutione excōmunicati. c. excōmunicat⁹ de offi. leg. ¶ Secundo quia eo preſente natus tanꝙ minor non vtitur ſuis officijs nec officium legationū exercet. c. volentes eod. titu. c. antiqua de priuil. ¶ Tertio in collatione beneficiorum. c. j. de offi. leg. lib. vj. ¶ Quarto in procurationibus. c. procurationes de cenſi.

3 ¶ Differētia eſt inter legatum p̄p. & legatū Ceſaris, quia legatus p̄p alimentatur expenſis ſubditorum. Legatus autem Ceſaris expenſis ipſius Imperatoris mittentis vt in autenti. vt nulli Iudicium §. nulli. colla. ix. hanc differentiam ponit glo. in. c. inter cætera. de offi. or.

4 ¶ Inferior legatus a legato de latere non exercet ſupioritatē iuriſdictionalem preſente legato de latere. c. volētes de offi. leg. & Hoſt. ibi. & ratio eſt quia licet iuriſdictio legati ſit ordinaria eſt tamē extraordinario modo inducta & reſtringenda vt voluit glo. in cle. ij. de offi. or. & quia vice ſuperioris. ſ. p̄p exercet mittendo ſecundum cū maiori auctoritate videtur velle in eius preſentia inferioris iuriſdictionem eſſe ſuſpenſam licet Abb. in. d. c. volentes tenuerit contrarium.

5 ¶ Etiā in cāis pēdētib⁹ ſupueniēte legato de latere minoris legati iuriſdictio ē ſuſpēſa nec in illis ꝓcedet ſpe. in ti. de lega. §. ſupeſt fo. ſed qd erit.

6 ¶ Si īferior legatus ſubdelegauit aliquas cauſas et eius delegatus cępit ī cauſa procedere ſuperueniente legato de latere eius iuriſdictio non eſt ſuſpenſa ſed in cauſa procedet Ar. c. fi. de offi. lega. ab eo tamen non ad dellegantem ſed ad maiorem legatū qui eius loco ſucceſſit appellabit.

8 ¶ Cū deſtinatur legatus ad regnum francię & adiacētes prouincias per adiacentes prouincias intelliguntur Viēneñ. Lugduneñ. & Biſuntiñ. per tex. in. d. c. nouit ſpe. in tit. de legato. §. qualiter Vers. hoc aūt ſcias.

9 ¶ In legatione alicuius regni veniunt ea q̄ p̄ncipali coronę Regni ſunt acceſſoria de iure conſuetudine vel ſtatuto per not. in ſimili per Inno. in. c. cum ad ſedem in princ. de reſti. ſpolia. non autem ea que pertinerent regi ratione pſone puta quia ei obueniſſent ex teſt. ab inteſtato ſeu

iure donationum vel fuerint acquiſita potentia armorum.

10 ¶Inſule maritime que ad regnum pertinent vel de nouo apparent veniunt in legatione quia ratione vicinitatis ad illud ſpectant.l.Inſule & ibi doc.ff.de Iudi.

11 ¶Licet auctoritate Imperatoris prouincia in duas partes diuideret̃ qđ fieri pōt.l.ſi eadem.ff.de offi.aſſeſſo.non tñ quo ad partem quæ diuiſa eſt ceſſabit auctoritas legati quia ad mutabilitatē reꝝ mundanaꝝ eccleſia non mutatur.c.ꝑuenit.cj.di.facit.c.querimoniā de Iure patro.& quia in tribuēda Iuriſditione multū attendit̃ qualitas que a principio īherat gl.in.c.ſtatutū in ꝑnci.de reſc.in.vj.& ī cle.& ſi ꝑncipalis eo.ti.

12 ¶Cum legatus deputatur in certa prouincia & adiacētibus intelligitur de his quę adiacebant tēpore creationis non de futuris quia iſta ꝑnomina demonſtratiua demoſtrant id quod eſt de pñti nec ad futura ſe extendunt.l.ſi ita.ff.de au.& argen.lega.& qa qualitas adiecta verbo intelligit̃ ſm tempus verbi cui addit̃.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de Noxa.

13 ¶Legatus ſedis apoſtolice vtitur in ſignis quibus p̄p̄.ſ.veſtibus rubeis Palafreno albo & freno ac calcaribus deauratis.c.antiqua de priuil.qđ intelligit hoſti.ibi cum tranſierit mare.

14 ¶Legatus ſtatim cum vrbē Romanam egreditur inſignia aſſumit vt in l.j.ff.de offic.pro conſu.& lega.& intelligitur vrbem exire cum primū exit portam vrbis.l.fi.eo.tit.

15 ¶Extra territorium pōt quis vti inſignibus non denotantibus ſuperioritatem iuriſdictionalem in loco non illis quę eam denotant Hoſti.in c.j.vt lit.pen.Cardinalis in clem.Archiepiſcopo de priuil.

16 ¶Delatio crucis ante ſe denotat ſuperioritatem iuriſdictionalem ſm Car.in cle.Archiepiſcopo de priuil.ponderando in ea.x.duximus cōcedendum quaſi per priuilegium illud concedatur ꝙ ſi non denotaret ſuperioritatem iuriſdictionalem non fuiſſet opus per priuilegium concedi quia fruſtra precibus impetratur &c.l.vnica.c.de Theſau.li.x.idē videt̃ procu.in Archiep̄o in.c.antiqua §.dominicæ de priuil.vbi Archiep̄o ſeu Patriarche cōceditur ꝙ poſſit crucē ante ſe deferre vbicūq̄.

17 ¶Religioſi exempti compelluntur ire ad proceſſionem ad iuſſionē epi cum clerus vadit obuiam legato pro eo honorando per tex.in.c.nimis parua de exceſſ.pla.ibi ex leui cauſa a cōtrario ſenſu & ibi tenēt cōmuniter doc.faciunt not.per Archi.xxxviij.q.di.quando preſbiteri.

18 ¶Cum itur in proceſſione obuiā legato illi precedere debēt quorū antiquorum eſt inſtitutio.l.j.ff.de albo.ſcrib.c.j.de maio.& obe.& glo.in.c.quorundam de elect.lib.vj.

19 ¶Locus honorabilior in proceſſione eſt ille qui eſt propinquior domino vel principaliori glo.j.in.§.alias autem inſti.de bo.poſ.

20 ¶Legati & nūtij ſedis apl̄icę gratis hoſpitādi ſūt a clericis & religioſis ad quos đclinare ꝯtigerit &.c.cū iſtātia đ.cēſi.circa.fi.c.ego de iureiur.



21 ¶Legatus etiā depoſito legationis munere eſt honorādus in memoriā priſtine dignitatis.l.fi.ff.de decur.l.ſeruos.C.de queſtio.quod ītellige dummodo bene & honeſte in legationis officio ſe geſſerit ſi autem perperam nedum honorandus ſed permittitur prouincialibus publicis acclamationibus eum vituperare.l.iuſtiſſimos.C.de offi.recto.pro. Legato p̄p̄ obedieñ.eſt tanq̄ꝫ p̄p̄.c.cum parati.de appel.c.ſi abbatem de elect.in.vj.not.in.c.fi.93.diſtin.

## QVALIS DEBET ESSE LEGATVS ET QVOmodo cōſtituatur vt ei tanq̄ꝫ legato fides & obediētia debeat̃.

1 ¶Talis debet eſſe legatus q in ſemetipſo habeat ſpiritum dei & p̄cepta eius in cōſpectu ſuo ſint & q p̄p̄ ſit notus & familiaris ī quo ſit vitę claritas & legis ſciētia vt poſſint eū audire filij Iſdrahel vt.viij.q.j.ſit ergo.

2 ¶Talis debet eſſe legatus de quo ꝑ experientiā omnimodā fidelitas cōprobet̃ vtpote qui in magnis reb⁹ fideliter ſe geſſit vt in.c.j.xciiij.diſti.

3 ¶Debet legatus eſſe amicus illi ad quē mittitur & ſibi acceptus vt in.c.ad apoſtolice de re.iudi.lib.vj.vbi tex.cum glo.vel ad minus non ſit ei odioſus quia dum is qui diſplicet ad intercedendum mutatur irati animus ad deteriora prouocatur.xlix.diſt.§.j.&.iij.q.j.§.iudicet.

4 ¶Littere legationis notificari debent in curia preſidis ꝓuinciæ & tunc credetur ei per totam prouinciam vt in autē.de colat.§.poſt eos col.ix.& bar.in.l.prohibitum.C.de Iure fiſci.

5 ¶Si legatus pluries vſus eſt aliqbus facultatibus p̄ſumit̃ ꝙ habeat mandatum qđ aſſerit nō ratione cōmunis erroris ſed ratione p̄ſumpte veritatis & aſſertione talis & tanti viri iux.notata per Ioā.an.in.c.cum ex literis de in integr.reſti.in nouel.ꝙ forſan eſt verum ſolū vbi nō ageretur de alterius preiuditio per glo.not.in.c.ſicut de.ſent.exco.

6 ¶Siquis gerit ſe pro legato cum non ſit tamen cōmuniter reputatur legatus geſta per eum valent.iij.q.vij.§.tria.l.barbarius.ff.de offi.preto.in tit.de legato §.supereſt ver.quid igitur.

7 ¶Legatus generalis de conſilio collegij Cardinalium mitti debet & nō aliter Arg.l.fi.C.de leg.li.x.ſpe.in tit.de legato.§.qualiter aūt legatus conſtituatur ꝙ intellige quotiens ſuper re ardua eſt mittendus.

8 ¶Legat⁹ de latere deſtinari pōt ad diuerſas ꝓuincias.c.nouit de off.leg.

9 ¶Vacāte ſede cetus Car.nō pōt aliquē Car.inuitū deſtinare & mittere legatū extra.rom.cur.qa priuarēt eū iure ſuo videlicet voce quā habet in electione Romani Pontificis ſm Pau.& Car.in cle.ne Romani de electio.Gūdiſaluus tñ de villa diego in ſuo trac.de legato tenet & limitat ꝙ occurrente caſu inſtantis neceſſitatis que non reciperet dilationē nec cōmode cōſuli poſſet ꝑ aliū q̄ꝫ ꝑ Car.ꝙ tunc cogi poſſet cū habeat potētiā hoc caſu ītromittēdi ſe đ reb⁹ ſedis apl̄icę.c.vbi ꝑiculū.§.idēq̄ꝫ de ele.ex ꝯñti hēnt neceſſariā ad hoc cōpulſionē.c.ꝑ.&c.ex lr̄is de of.đle.

10 Licet regulariter legato nõ credatur niſi litteris legationis oſtẽſis legato tamen Cardinali. vel alio noto & non ſuſpecto creditur abſq; litterarum oſtenſione. c. Nobilibus. xcvij. di. ſpe. in ti. de legato. §. supereſt videre qd ad legati verſ. quid autem de legati. Quod verũ eſt ſed cum ibi in his quę ad legatum pertinẽt quoad officium & iure legationis ſecus autem quoad alia quę ſpeciale mandatum requirunt vt per Roma. in conſil. 387. col. j. Fely. in. c. cum in iure col. v. de offi. delega.

11 Ex quadam modeſtia inoleuit cõſuetudo ꝙ in preſentia legati epĩ vtunt mitris tantum albis abſq; alio ornamento ſic & in Capella pp̃. ſecũdũ Io. And. in. c. vt apoſtolice per illum tex. de priuil. ſimiliter non deferunt rochettum diſcopertũ corã eo ſed coopertũ clamide vel mãtello.

12 Si legatus habeat in facultatibus ꝙ non teneatur inſerere vel oſtendere facultates conſtito ꝙ hoc habeat in facultatibus ſtabitur aſſertioni ſue nec addmittet probatio in cõtrariũ ꝑ doct. & Ang. in. l. q bona. §. dãni ff. de damno infect. ꝙ ſi ſtatutum diſponit ꝙ ſtetur iuramẽto partis poterit ꝓbari contrariũ ſed ſecus diſponit ꝙ ſtetur iuramento officialis de quo etiã vide barba. in tract. de preſtãtia Cardinaliũ in. ij. tract. q. ij.
Si idem ſit legatus & Archiepſ. vel epſ que poteſt facere iure ordinario cenſetur feciſſe tanq; ordinarius alias tanq; legatus ſecundum Ancha. in. c. volentes de offi. deleg. quia maior dignitas ſuperueniens venit cumulatiue non autem priuatiue ad primam quando ſunt compatibiles. c. cum ex officij & ibi Inno. & alii de preſcriptis.

## DE SOLEMNI LEGATORVM BENEDICTIONE.

LEGATVS in loco interdicto debet abſtinere ab illa ſolemni benedictione quę incipit in nomine domini ſm Paul. in clem. Archiepiſcopo de priuil. quia homines non videntur capaces gratię ſi tamen fiat contra non eſt irregularis quia irregularitas non contrahitur niſi in caſibus expreſſis in iure vt in. c. is qui & in. c. ſeq. de ſen. exco. lib. vi. & ẽt alia ratione quia nõ incurritur irregularitas niſi cum quis exercet actũ reſeruatum certo ordini ſm Inno. in. c. tanta de exceſſ. prela. Benedicere autem populum non eſt annexum ordini quia ſacerdos nõ poteſt talem benedictionem facere cũ epõ reſeruetur. c. miniſtrare. xxvi. q. vi. c. conuenit de cõſecra. di. v. nec epiſcopo competit ratione ordinis ſed iuriſdictionis & dignitatis quia poteſt iure ſpeciali inferioribus competere. c. abbates de priuil. lib. vi.



## DE INDVLGENTIIS PER LEGATORVM CONCESSIS.

DE Iure communi nullus inferior a Papa poteſt concedere vltra. xl. dies indulgentiarum. c. noſtro de peni. & remiſſ. & ibi glo. quę de legato ſedis apoſtolice loquitur. c. cum ex ore. in fi. eo. tit. ꝙ fallit in dedicatione eccleſiarum vt in. d. c. cum ex ore. §. ad hæc hodie tamen de More vel ſorſan ex apoſtolico priuilegio conceduntur centum dies.
Concedere indulgentias eſt iuriſdictionis non ordinis. c. accedentibus de exceſſ. prelat. immo legatus non ſacerdos & electus in epiſcopum poſſunt benedicere ſecũdũ Abb. in. c. ſuffraganeis de elect. & ſanctum Tho. in. iiii. ſenten. diſti. xx. ar. iiii.
Indulgentie per legatos conceſſe etiam finita legatione perdurant ſicut & ſtatuta gl. in. c. fi. de offi. leg. lib. vi. Inno. in. c. qd tranſlationẽ eo. ti.

## DE POTESTATE LEGA. IN IVDITIALIBVS.

1 LEGATVS de latere habet ordinariã iuriſdictionẽ. c. ii. de off. leg. in. vi. ſpe. in tit. de legato §. nunc oſtendendum verſ. legatus & dicit ꝙ legatus de latere concurrit cum quocunq; ordinario.

2 Legatus de latere non poteſt cõmittere cauſas appellatione remota vel ꝙ in cauſa procedatur ſine ſtrepitu & figura Iudicii glo. in. c. fi. de here. lib. vi. in clem. ſepe. de verbo ſigni. & in. c. indẽnitatibus de elec. in vi.

3 Omnia poteſt legatus de latere niſi ſint expreſſe prohibita glo. in. c. ſi abbatem in ver. tranſlationem de elect. in. vi.

4 Legatus paſſim poteſt in prouincia ſibi decreta cognoſcere per ſimplicem querelam de omni queſtione ad forum eccleſiaſticum pertinente omiſſo quolibet ordinario cum ipſe habeat pleniſſimam iuriſdictionem & maius imperiũ poſt principẽ ſpe. in ti. de legato § ſupereſt ver. ſed ad officium legati nec obſt. tex. in. c. peruenit. xi. q. i. quia loquitur in defenſore non in legato vel loquitur in legato cogente ſubditos prelatorum coram ſe litigare omiſſis & cõtẽptis ordinariis ſuis vel loquitur quando legatus de temporali iuriſdictione ad epiſcopum pertinente cognoſcere contendebat quod facere nõ debebat cum ratione illius non ſibi ſed regi forte ſubeſſet. viii. di. quo Iure.

5 De cauſa inchoata coram alio iudice competenti non poteſt legatus ſe intromittere propter preuentionem iuriſdictionis. c. propoſuiſti de foro compe. l. ſiquis poſtea. ff. de iudi. &. c. peruenit. xi. q. i. Docto. in. c. Romana de foro. compe. lib. vi. & hac ratione cauſam pendentem coram ordinario nõ poterit legatus aduocare ſecundũ abb. in. c. i. de offi. lega. quod eſt verum alia ratione quia tunc demum ſuperior poteſt aduocare cauſam ab inferiore Iudice quotiens ille inferior habet ab eo

iuriſdictionem ſecus autem vt eſt glo. not. in. c. qui reſtitit ver. q. iij. & Inn. in. c. ſi. de offi. Archi. ſimiliter ſi epiſcopus habet temporalem iuriſdictionem in loco non poterit legatus in ea ſe intromittere niſi eſſet in terris eccleſię quia eo caſu per viam ſimplicis querelę adiri poterit cõtra laicum. c. cum veniſſent de eo qui mit. in poſ. ca. reſeruan.

6 ¶Legatus de latere non poteſt ſe intromittere de cauſa commiſſa delegato etiam ſi delegatus non preueniſſet in iuriſdictione. c. ſtuduiſti de offi. lega. niſi ex cauſa nouiter orta a principio non conſiderata ar. l. ſi hominem. ff. mãda. ita D. Abb. in. d. c. ſtuduiſti nec obſt. dictum Bar. in. l. quotiẽs. §. ſi. ff. de admi. tuto. vbi dixit per illũ tex. ꝙ in his que poſſunt eſſe apud plures in ſolidum vt eſt iuriſdictio non videtur adẽptum vni quod eſt alteri conceſſum quia illud verum quando vtraque eſſet ordinaria quod non eſt in caſu noſtro fallit tamen ꝙ dicitur, legatũ nõ ſe intromittere in cauſa commiſſa delegato, in delegato ad vniuerſitatem cauſarum quia equiparatur ordinario per tex. & ibi glo. in. c. per hoc in prin. de here. lib. vj.

7 ¶Delegatus poteſt compellere legatum ad exequendum ſuam ſententiam abb. in. c. ſtuduiſti de offi. lega. licet alij coñ.

8 ¶Si agatur de crimine epiſcopi ꝙ non inducat depoſitionem epiſcopi ſed minorem pęnã poterit legatus nedum cognoſcere de ea ſed etiam diffinire per not. per Io. an. in. c. vt litigantes de offi. or. lib. vj. in nouella qui hoc tenet in Archiepiſcopo reſpectu epiſcopi ſi autem ſit crimẽ quod penam depoſitionis exigat cognoſcere poterit de cauſa nõ tamẽ eam diffinire ſm ſpe. in tit. de legato §. ſupereſt ver. nũquid legatus poterit tamen pronuntiare eum deponendum ſm abb. in. c. j. de offi. leg. per glo. que hoc dicit in Archiepiſcopo in. c. biduum in. ij. q. vj. facit etiam glo. in. c. fr̃. nr̃. xvj. q. j. & differentia inter vtranqꝫ ſententiam eſt quia illa quę pronuntiat deponendum non habet exequutionem paratam, alia ſic ſecundum Bal. in. l. j. C. ſi aduer. l. be.

9 ¶Licet legatus non poſſit deponere epiſcopum poterit eum tamen detrudere in carcerem & ſub competenti cuſtodia mittere eum ad papam ar. tex. in auten. de defenſo. ciui. § audientiam.

10 ¶Cauſas criminales inferiorum prelatorum epiſcopis & clericorũ poterit legatus cognoſcere & diffinire glo. in. c. j. de offi. lega. quia hoc nõ eſt de reſeruatis p̃p̃.

11 ¶Legatus ſi eſt de latere habet iuriſdictionem in exemptos alias nõ ſm glo. in. d. c. j. facit tex. in. c. veniẽs de verbo. ſigni. lib. vj. & in. c. ſi Abbatem de elect. eo. lib. habebit tamẽ etiam legatus qui non eſt de latere in caſibus in quibus habent ordinarij, quia concurrit cum quocunqꝫ ordinario puta quando exemptus eſt notorie excommunicatus poteſt ordinarius eum denuntiare excommunicatum Io. an. & alios in. c. j. de priuil. libr. vj. Itẽ ſi exemptus deliquit põt ep̃s ei ſtatuere terminũ ad ſe





preſentandum coram ſuperiore ſic & legatus Arg. tex. in. c. quamuis § inferiores de elect. lib. vj.

12 ¶Poteſt legatus per appellationem vel per ſimplicem querelam cognoſcere inter duos litigantes de epiſcopatu ſm ſpe. in tit. de lega. §. ſupereſt verſ. ſed quid dicis per. c. conſtitutus de appella. &. c. quia diligentia ibi cum dicit permittimus de elect. cum hoc poſſit Metiopolitanus.

13 ¶Legatus anteqꝫ ingrediatur prouinciam poterit cauſas in prouincia delegare gloſſ. in cap. nouit de offi. lega. quia iſtud non requirit cauſe cognitionem non tamen poterit renitentem compellere ſuſcipere delegationem cum iuditiariam compulſionem non habear anteqꝫ prouinciam ingrediatur.

14 ¶Dellegatus legati non poteſt totam cauſam ſubdelegare niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſm glo. in. c. iij. de offi. deleg. libr. vj. per tex. in. c. cum cauſam de appel. ibi non niſi delegatus iuncta gl. in. c. ſuper queſtionũ. §. ſi vero de offi. deleg. & iſta eſt co. opi. nec obſt. l. legatus. ff. de offi. proconſul. vbi delegatus proconſulis hoc poteſt, legati autem equiparantur pronconſulibus. d. c. ij. quia loquitur in de legato ad vniuerſitatem cauſarum.

15 ¶Ad legatum appellari poteſt omiſſo medio ſecundum glo. in. c. j. de offi. leg. & ratio eſt quia concurrit cum quocumqꝫ ordinario ſic ergo poteſt appellari ad epiſcopum vel Archiepiſcopum ita ad eum qui cenſetur eo caſu epiſcopus vel Archiepiſcopus.

16 ¶Appellatio interpoſita ad legatum ſuper aliquo grauamine poterit omiſſo arti. grauaminis de conſenſu partiũ procedere in negotio prin. ſecundum glo in. c. Romana in prin. de foro. compe. lib. vj. ex quo per viam querelę adiri poteſt nec obſt. ꝙ alius preuenerit in iuriſdictione. c. propoſuiſti de foro. cõpe. c. vt debitus. de app. c. ꝓuenit. xj. q. j. q tex. videtur expreſſe loqui in legato p̃p̃ vt nõ ſe poſſit intromittere de cauſa inchoata corã ep̃o ſuę ꝓuincie per quam rationem Io. de fantu. & domi. in. d. c. j. tenuerunt contrarium Quia reſponderi poteſt ſecundum Egid. bellame. deciſ. xviij. quod non eſt verum ꝙ preuentio adimit. iuriſditionem alias habenti ipſo iure licet pariat exceptionem cõtra preuentum per not. per compoſt. in. c. cum. m. de conſti. facultas autẽ excipiendi tollitur quia vtraqꝫ pars conſenſit.

17 ¶Quando quis eſt ordinarius & legatus natus non poteſt appe. ad eum tanqꝫ ad legatum quia cenſeretur ab eodem ad eundem appellari ꝙ eſt reprobatum. c. romana in prin. de appell. li. vj. nec obſt. c. poſtulaſti de conceſſione preb. &. c. a collatione de appel. lib. vj. quia ibi epiſcopus vt canonicus non proceſſerat ſolus ſed cum alijs immo poteſt appellare ad eum qui procedit ſolus tanqꝫ epiſcopus in propoſito autem noſtro vtroqꝫ caſu procederet ſolus.

18 ¶Legatus de latere non poteſt ſe intromittere de appell. interpoſita ad

Papam niſi partes conſentirent glo.in.c.conſtitutus de app.& in.c.cu-
pientes in principio de elect.lib.vj.quia per hunc conſenſum videntur
partes renuntiaſſe appellationi ſue ſed ſpe.in tit.de legato §.nunc oſten
dēdum verſi.xxxiij.dicit hoc fore verum ſi velit cauſam diffinire ſecus
ſi vult cognoſcere ad effectū vt cauſam magis inſtructam tranſmittat ad
papam per tex.in.d.c.conſtitutus & in.c.ad petitionem de acuſat.

19 ¶Legatus ad plures prouincias non ſolum ea que ſunt volontarie iuriſ-
dictionis vnius prouinciæ poteſt expedire in alia Ar.tex.in.l.ij.ff.de
offi.proconſul.ſed etiam ea que cōtentioſe iuriſdictionis per tex.in.c.
j.de offi.lega.& ibi Inno.

20 ¶Legatus de latere poteſt procedere contra impedientes iuriſdictionē
ſuam ſiue illud impedimentum ſit notorium ſiue nō ſecundum Inno.
per illum tex.in.c.j.de offi.lega.facit.c.ex literis eo.tit. vbi non cōſtat
illud impedimentum preſtitum patriarche fuiſſe notorium tamen po-
tuit contra impedientem ſuam iuriſdictionem procedere ſi vero iniu-
ria infertur ſibi vel ſuis non tamen per eam impeditur iuriſdictio tunc
demum poteſt contra iniuriantes procedere ſi eſt notoria tunc non Iu-
dex ſed merus executor eſſe cenſetur ſecundum Inno.in.c.ex parte: de
verbo ſign.& in.c.noſti de elect.glo.in.c.Romana de pænis Quę om-
nia intellige ſi impedimentum ſeu iniuria illata fuerit per illos de pro-
uincia legationis ſecus ſi non per ſubditos per tex.in.d.c.Romana §.fi.
vbi ex ſpeciali conceſſione papa hoc concedit Archiepiſcopis iniuria-
tis cum exercent iuriſdictionem in prouincia ex eo ꝙ in ea non habent
iuriſdictionem ordinariam niſi in certis caſibus ergo in alijs in contra-
rium eſt ius commune.

21 ¶Legatus extra prouinciā exiſtens non poteſt excōmunicare glo.in.c.
nouit de offi.leg.ſpe.eo.ti.§.nunc dicamus ver.ſed nūqd qa excōicatio
cauſę cognitionē requirit ſine qua ferenda non eſt.ij.q.j.nemo.xv.q.
iij.nemo epoꝝ ſedere autem pro tribunali nō pōt quis in alterius pro-
uincia.ix.q.ij.epiſcopum & quaſi per totū quod fallit ī notorijs in qui
bus cauſæ cognitio nō requiritur.c.quoniam de fil.preſbi.c.ad nr̄am
el.iij.de iureiur.& hoſti.in.d.c.nouit ſimiliter nec abſoluere quando
abſolutio requirit cauſę cognitionem puta citationem eius in cuius fa-
uorem emanauit gl.in.c.excōmunicatus.xj.q.iij.facit tex.in.c.roma-
na.§.ſententias de appel.in.vj.

22 ¶In his que competunt legato de iure cōi poteſt exercere poteſtatem
ſuam cum non ſubiectis dūmō legitime eius iuriſdictio ſit prorogata ſi
cut & quilibet alius ordinarius poteſt vt in.l.eſt receptum.ff.de iuriſ.
om.Iud.& in.l.j.ff.de iudi.& in.c.ſignificaſti de foro compe.ſecus in
his que competunt ex ſpeciali facultate ei conceſſa fede.conſil.188.

23 ¶Non poteſt legatus de latere committere cauſam nō conſtituto in di-
gnitate contra diſpoſitionem.c.ſtatutū de reſcrip.etiam ſi ex certa ſciē-



tia id faciat licet id poſſit ordinarius Inno.in.c.pen.de reſcript.

24 ¶Legatus non poteſt cogere inquiſitores datos per papam ad procedē-
dum Bal.in addi.ſpe.in tit.delega.ver.legatus poteſt.

25 ¶Legatus non poteſt admittere ſuppletionē aduerſus ſnīam qa hoc eſt
ſolius principis cū ꝑ ſuppletionem retractetur ſnīa & preiudicetur iuri
alterius quod inferior a principe facere non poteſt vt in.l.ij.&.iij.C.
ſent.reſcin.non poſſ.& in.l.moris.ff.de penis & in.c.ex literis de offi.
deleg.abb.in.c.ex literis de reſt.in integr.

26 ¶Legatus poteſt ſeparare Matrimonium propter errorem conditio-
nis.c.fi.de coniug.ſeruo.

27 ¶Si legatus ex ſpeciali mandato p̄p̄ indixit treguas non poterit illas re-
laxare vel incurrentes pænas ex non obſeruantia abſoluere Arg.c.fi.
& quod ibi not.de verbo.ſigni.& in.l.qui ꝓcurator de procur.& not.
per Io.An.in.c.cum ex iniuncto de here.in fi.ſecus ſi propria auctori-
tate indixit ſecundum Calde.in tit.de lega.conſi.v.

## DE OFFICIO ET POTESTATE LEGATI DE Latere Domini Papę in beneficialibus.

1 LEgatus ſi ſit Cardinalis poteſt conferre bn̄ficia.c.j.de offi.
lega.lib.vj.inferiores autem non etiam ſi deſtinētur cum
poteſtate legati de latere per.d.c.j.ponderādo quod dicit
quantuncunqꝫ plenariam legationem obtineat & quod
dicit niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgēdum &
ibi in fi.dum dicit ſicut honoris prerogatiua letantur ex quibus verbis
apparet quod fuit conceſſum legatis Cardinalibus propter prorogati-
uam tanti culminis quę ratio in inferiore non militat licet contrarium
teneat Ancha.conſi.34.

2 ¶Licet legatus de latere Cardinalis poſſit reſeruare beneficia vacatura
c.iij.&.iiij.de offi.lega.non poteſt tamen illa promittere quia hoc eſt
contra diſpoſitionem Lateranē̄ concilij de qua in.c.ij.de cōceſſ.pre-
ben.plus enim eſt promittere ꝙꝫ reſeruare ſpe.in tit.de lega.§.nunc tra-
ctemus ver.itē legatus Cardinalis Inn.in.c.cū dilectus de iure patro.

3 ¶Legatus non poteſt conferre beneficia patronalia patronis inuitis
Archy.in.c.hortamur.lxxj.di.doc.in.c.cum dilectus de iure patro.in
q.xxxiiij.&.xxxv.limita vt ibi.

4 ¶Legatus poteſt conferre beneficia vacantia in ſua prouincia exiſtē̄.
licet collatio ſpectet ad clericos exiſtentes extra ſuam prouinciam
quia ratione rei ſitæ in alterius territorio ſortitur quis ſubiectionem
ei qui preſidet territorio cuius eſt res.cap.ſane &.c.fi.de foro compe.
& quia in collatione beneficiorum attenditur locus in quo ſitum

eſt beneficium non autem locus vnde eſt is ad quem ſpectat collo. beneficij cle. pri. & ibi glo. de ſup. neg. prela. roma. in conſi. 361.

5 ¶Si in eccleſia eſt certus canonicorū numerus ſtatutus iura. roboratus nō poterit legatus cum nullus canonicatus vacet infringere numerum & poſt reſeruationem facere aliquem ſtatim recipi in canonicum quia hoc etiam poſſunt facere canonici ſpe. in tit. de legato §. nūc tractemus ver. ſed ſi legatus Io. And. in. c. ſi cum de preben. in. vj.

6 ¶Receptus auctoritate p̄p̄ prefertur alijs etiā ante receptis auctoritate legati vel capituli. c. hi qui de preben. in. vj.

7 ¶Receptus auctoritate legati cuius mandatum confirmatum eſt per Papam prefertur alijs poſtea receptis etiam auctoritate p̄p̄. c. ſi apoſtolice de prebendis in. vj.

8 ¶Morte legati expirant omnes reſeruationes que nō ſunt ſortite effectum. c. preſenti de offi. lega. lib. vj.

9 ¶Si legatus mandat prouideri alicui patienti defectum natalium vel alias indigno litere non valent. c. eam te de eta. & quali.

10 ¶Reſeruatione per legatum facta ordinarius conferre non poteſt. c. cum dilectus. §. vos igitur de iure patro.

11 ¶Si legatus ex cauſa reſeruat epiſcopo fructus alicuius beneficij ad certum tempus debet tamen illud beneficium conferri cum aliquo emolumento alias vacaret glo. in. c. ſi tibi conceſſo de preben in. vj.

12 ¶In impetratione beneficij facta a legato non eſt neceſſaria expreſſio valoris beneficij quia de iure communi non eſt neceſſaria expreſſio valoris in impetrationib⁹ gl. v. in cle. j. de preb. que regula reperitur tm̄ limitata in impetratione que fit a Papa fely. in. c. ad aures col. j. de reſcr.

13 ¶In impetrationibus a legato habet locum ſubreptio. c. fi. de offi. lega. in. vj. cle. ij. de offi. or.

14 ¶Valet collatio legati de beneficio per eum reſeruato non facta mentione de reſeruatione quando non diu antea ipſe conferens fecerat reſeruationem cum in facto proprio & recenti non preſumatur ignorātia nec obliuio. c. ab excommunicato de reſcriptis. c. cū illoꝝ de ſent. exco. fely. in. c. cum olim col. iij. de re. iudi.

15 ¶Legatus etiam de latere non poteſt concedere eccleſie vel clerico aliquam eccleſiā in p̄iudiciū iuriū q̄ debentur dioceſano. c. ſua nobis de confir. vtil. vel inutil. immo non poteſt eximere aliquam eccleſiam a iuriſdictione ordinarij ſecundum Abb. ibi.

16 ¶Legatus in legatione ſua concurrit cum quolibet ordinario legationis ſue ſiue ille ſit Archiepiſcopus ſiue epiſcopus ſiue abbas ſiue quicunq; alius ita ꝙ quicquid poſſunt iſti in iuriſdictione tam de iure communi q̄ʒ de conſuetudine poterit legatus ſpe. in titulo de legato. §. nunc oſtendendum ver. premiſſo.

17 ¶Legatorum autoritas vt extraordinaria & ſuper inducta collatorib⁹



preiudicans eſt reſtringenda glo. in cle. fi. de offi. or.

18 ¶Legatus de latere poteſt vnire eccleſiam cuius collationem habet per tex. in. c. ſua nobis & ibi abb. de confir. vtil. vel inutil. c. ſicut vnire de exce. prel. cum hoc etiam poſſit epiſcopus licet fede. de ſen. in cōſi. 395. teneat contrarium dummodo in alio q̄ʒ in collatione non preiudicet ordinario Rot. de offi. lega. de. j. egi. 513.

19 ¶Legatus de latere pōt interpretare mādatū dn̄i p̄p̄. c. j. de poſtula. p̄la.

20 ¶Si Papa aliquod agendum ſpecialiter legato committit non cogitur hoc perſonaliter perficere ſed poterit alteri committere peragēdum. l. ſepe. & l. ſeq. de offi. preſid. ſpe. in tit. de lega. §. ſupereſt videre & quid ad legati ver. poteſt etiam committere.

21 ¶Legatus etiam cum cauſa non poteſt auferre vni eccleſie & dare alteri lʒ hoc poſſit p̄p̄ fede. de ſen. cōſil. cc. incip. permutatio per Not. in. c. conſtitutus de religio. domi. Fely. in. c. Que in eccleſiarum col. xxij. & xxviiij. de conſtitut.

22 ¶Legatus de latere nō pōt ep̄um deponere glo. in. c. ſiquis autem. 94. di. & in. c. decreto. ij. q. vj. Fely. in. c. non poteſt col. iiij. de re iudi.

23 ¶Legatus non poteſt intentare Ardua etiam non reſeruata ſpe. in tit. de lega. § nunc oſtendendum ver. legatus igitur hinc eſt ꝙ non poteſt dare literas ad vacatura. c. dilectus de preben. nec poteſt ſupplere defectum in cōtractibus vel iudicijs ſecundum ſpe. in. d. §. ver. xlviij. Fely. in. c. mandata de preſumpt. col. ij.

24 ¶Legatus de latere nō poteſt conferre beneficia vacantia in curia. c. ij. de preb. in. vj. Idem ſi ſint alias quomodolibet ſedi apoſtolice reſer. qa ad talia officium legati non ſe extendit. c. niſi ſpecialis & c. ꝙ trāſlationem de offi. leg. & c. vt noſtrū de app. rota. deci. 121. & 460. in Anti.

25 ¶Legatus poteſt conferre beneficia deuoluta ad ſedem apoſtolicam ꝑ glo. in. c. j. de offi. leg. & egi. deciſ. 106. & in cle. ſi de bn̄ficio de preb. qa exequutor apoſtolicus qui eſt delegatus poteſt illa cōferre per illū tex. ergo & legatus ſpe. ti. de legato. §. nūc tractemus ver. ſed nunqd. ¶Nec obſt. ꝙ nō ipſe ſed p̄p̄ ſit apoſtolica ſedes arg. c. legimus. xciij. diſt. & ꝙ aliud eſt ſedes apoſtolica aliud eſt legatus Arg. de ſen. exco. c. quid de his Nec dicatur emanare a ſede apoſtolica quod ab eius legato emanat vt not. Inno. in. c. pen. de fil. preſbi. quia reſpōdetur ꝙ verum eſt in reſeruatis Pape. aliud eſſe ſedem apoſtolicā aliud legatum et ſic procedūt iura allegata & glo. cle. quia contingit de religio. domi. ſecus autem in nō reſeruatis qa in his appellatione ſedis apoſtolice venit legatus gl. in c. cupientes in principio de elec. li. vj. facit tex. in. c. veniens in prin. de ver. ſign. eo. lib. quod limita niſi appoſita eſſet dictio taxatiua tātū vel dumtaxat vt in cle. grauis de ſen. exco. quia tunc non veniret legatus.

26 ¶In his que ex ſpeciali commiſſione pape legatus exercet appellatione ſedis apoſtolicæ, venit legatus quia quod ipſe fecit eo caſu Papa facit

videtur iuxta glo. in. c. dilectus de fil. preſbit. immo ēt qñ legatus exercet aliquid quod venit in generali legationis officio tunc non dicet ſe facere auctoritate papę, ſed auctoritate noſtrę legationis vbi vero illud ſibi competeret tātum ex ſpeciali commiſſione ſibi facta dicet illud facere auctoritate Papę ſiue ſedis aplice facit glo. in. c. literis de reſcriptis.

27 ¶Legato currit tempus Lateraneñ. concilij ad conferendum bñficia ſicut & ordinario. c. ij. de conceſ. prebē. quia legatus eſt ordinarius ſecūdum Lapum quē refert & ſequitur Card. in cle. ſi de beneficio de preb.

28 ¶Quouſq; ad Papā deuoluta ſit collatio legatus nō poterit cōferre cle. ſi de beneficio de preben. & ibi Imol. & ꝙ dicitur legatū conferre poſſe beneficia ad collationem ordinariorum ſuę prouinciæ ſpectantia limita verum dummodo ſpectent ad eos iure proprio ſecus ſi iure deuoluto quia nullo iure reperitur ꝙ cōcurrat cum ordinario ſicut nec in his capitulum ſupplet negligentiā epi prout not. Inno. in. c. cū in cunctis ſup ver. capitulum de electio. & Archi. in. c. vnico ne ſe. va. lib. vj. & Ioā. and. in no. in. c. q̄q; de elect. Rot. deci. 313. in no.

29 ¶Concurrentibus pp legato & ordinario in collatione bñficij ſi cōfeſſione aduerſarij illud conſtaret ſufficeret licet. n. titulus bñficij ex integro pbari non poſſit per confeſſionē iuxta not. p Io. an. in. c. cū qui de eo qui mit. in poſſ. lib. vj. in no. poteſt tamē probatio tituli per confeſſionem coadiuuari iuxta not. per glo. ſing. in. c. duobus de reſcript. lib. vj. Idem ſi p teſtes vel inſtrumentū conſtaret de preuentione hore & ſi vnū inſtrumentū haberet horā aliud non ꝑferť habens horam ſm Bal. in. l. de rebus. C. de dona. an. nup. vbi iſta omnia ceſſarent recurrendū eſſet ad diſpoſitionem. c. ſi a ſede de preben. lib. vj.

30 ¶Et ſi legatus ex ſpetiali indulto faciat monachū recipi in monaſterio reſeruať tñ monaſterio annus probationis vt ex iuſta cauſa poſſit illū repellere & gr̄a legati opatur ꝙ recipere tenetur quem al's non teneref. Et ꝙ monachi non habent voluntariā repulſionem ſed tantum ex cauſa ſecundum Io. an. in regula indultum de reg. iur. lib. vj. in mercu.

31 ¶Mandatū de recipiendo aliquem in monachum qď nō fuit adimpletum per realem ipſius receptionem expirat legatione finita licet executor ſuper hoc fulminauerit cenſuras fede. de ſen. conſil. 237. per. c. preſenti de offi. leg. lib. vj. ex identitate rationis.

32 ¶Collegiatas eccľias legatꝰ cōferr̄ nō p̄t. c. deliberatione de off. le. li. vj.

33 ¶Legatus non pōt hoſpitalia conferre niſi veniant acceſſorie ad eccľiā quā conferre poſſit per glo. in cle. per lr̄as de preb. & rō eſt quia hoſpitalia prohibentur dari in titulū preterq; in duobus caſibus de quibus in cle. quia cōtingit de religio. domi. nec obſtat dicta cle. per literas inducendo a ꝯrio ſenſu quia contrarius ſenſus non admittitur vbi habemus in iure ꝯrium ſm glo. in. c. ſignificaſti de foro compe. immo ille tex. vr̄ probare ꝙ legatus nō poſſit illa cōferre quia in principio dat regulā ꝙ



per lr̄as ſedis apoſtolice vel legatoꝶ eiuſdē non intelligatur ꝓuideri de hoſpitali poſtmodum excipit ab hac regula niſi in literis ſedis apoſtolice hoc caueatur & ſic in hac exceptione non facit mentionem de legato vnde tacite omittendo videtur de eo denegare ar. l. cum pretor. ff. de iudi. & in. c. afferte de preſumpt.

34 ¶Quod dr̄ ſup. not. iij. legatum non poſſe conferre beneficia de iure patronatus intelligitur de his quę ſunt de iure patronatus laicorum ad quos ſpectat preſentatio ex fundatione ſecus ſi ex cōſuetudine vel alio modo quia tunc ceſſat ratio prohibitionis ne laici retrahantur a fundatione eccleſiarum ſecundum Fede. in conſil. lxv. & car. in. d. c. dilectus & in. d. cle. per literas quod eſt nota. dignum.

35 ¶Legatus de latere pōt conferre bñficium quod eſt de iure patronatus clericorum & laicorum mixtim quia potius attēditur cauſa permittēs q̄ prohibens vt voluit Calde. in. d. c. dilectus quem in ſimili videntur ſeq. D. de rota deci. 266. in antiq. in caſu. c. ij. de preben. in. vj. vt licet illa reſeruatio non extendatur ad beneficium iuris patronatus laicorū iuxta glo. ibi ſecus ſi ſpectet huiuſmodi iuſpatronatus ad laicos & clericos quia magis dignum Trahit ad ſe minus dignum.

36 ¶Legatus poterit conferre bñficia ſpectantia ad collationem laicorum de quibus in gl. xvj. q. vij. in ſūma & in. c. imperiū. x. di. & tex. in. c. dilectus el. ij. de prebē. p not. per Archi. & Ioan. and. in. c. ij. de ꝑben. in vj. vbi tenēt iſta bñficia cōprehendi in gn̄ali reſeruatione facta de vacātibus in curia conſiliū tñ eſt ꝙ abſtineant a cōferendis hm̄oi bñficijs pp ſcandalū vitādū vt dicit ſpe. in tit. de leg. §. nūc tractemus ver. ſed nūq̄d legatus narrans de Nico. iij. qui cōtulit prebēdā quam ante promotionem obtinebat & Rex francie dicens illam ad ſe ſpectare alteri cōtulit.

37 ¶Legatus pōt cōferre bñficia quoꝶ collatio ex priuilegio vel ꝑſcriptione ſpectat ad aliquē eccľaſticū ſicut & conferre pōt aliqua bñficia quæ ſunt de iure patronatus clericoꝶ fede. in cōſ. 65. Nec obſtat ꝙ ſpecialis ꝓuiſio derogat gn̄ali. c. ſtuduiſti de offi. deleg. c. dudū de prebē. lib. vj. p quam rōnem Abb. in. c. dilectus de prebē. tenuit ꝯriū quia reſpōdetur ꝙ illa iura loquūtur in eo qui ex ſpeciali facultate pp̄ habet poteſtatem conferrendi bñficia in genere tunc. n. ſi alius habet ab eodem facultatē magis ſpecialē generi derogať p ſpēm ſecus in legato qui iure ordinarie ſuę poteſtatis pōt bñficia conferre quia ſicut poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationem ordinariorum ita & iſtorum inferiorum.

38 ¶In collatione quam facit legatus alias obtinenti beneficia debet fieri ſpecialis mentio de prioribus beneficijs alias eſt ipſo iure nulla vt in. c. ſi. de offic. lega. libr. vj. & in clementi. ſecunda de offic. ordi. ꝙ verum etiam ſi conferat non iure legationis ſed vigore ſpecialis facultatis ſibi conceſſe vt quia ſunt reſeruata Archi. & Ioan. And. in capitulo is cui de prebendis libro. vj. quia delegatus debet facere ſicut delegans

feciſſet.c.ſuper his de reſcriptis in fi.& glo.in.d.cle.ij.

39 ¶Etiam ſi legatus conferat motu proprio beneficium tenetur de priori mentionem facere ſecundum Io.de Imo.qui dicit hanc eſſe communē in.d.cle.ij.licet glo.in.c.fi.de offi.lega.tenuerit contrarium & hoc tū propter defectum voluntatis que non preſumitur ꝙ habenti beneficiū aliud contuliſſet legatus tum ex defectu poteſtatis quia iura dant poteſtatem legato conferendi beneficia ſub hac conditione & qualitate dūmodo faciat mentionem de beneficijs quę ille obtinet & iura quæ hoc inducunt generaliter loquūtur nec diſtingunt an motu proprio vel ad inſtantiam legatus prouideat etiam ſi mentio eſſet fienda propter vitādam ſubreptionem ſufficeret eam generaliter fieri vt in.d.c.non poteſt §.fi.de preben.lib.vj.quia tamen non tantum hoc inductum ſed etiam ꝓ forma in collatione legati datum fuit neceſſe ergo eſt ꝙ in ea fiat mētio ſpetialis vt in.d.cle.ij.& hoc coadiuuat pratica quia legati non cōſueuerunt huiuſmodi clauſulam motus proprij in ſuis prouiſionibus ponere quaſi de nullo ſeruiat.

40 ¶Pendente vna reſeruatione in æccleſia cathedrali vel collegiata non debet legatus aliam facere.c.preſenti de offi.lega.lib.vi.

41 ¶Legatus non poteſt ſimul reſeruare duo Beneficia ſpectantia ad preſentationem alicuius vel etiam ad inſtitutionem vel vnum ad preſentationem aliud ad inſtitutionem ſecundum Io.an.in no.in.d.c.preſenti de offi.de leg.glo.pen.in cle.vnica de rerum permuta. & Domi.in.d.c.preſenti per rationem illius tex.

42 ¶Legatus qui reſeruauit beneficium ſpectans ad collationem epiſcopi non poteſt reſeruare aliud beneficium ſpectās ad collationem ipſius & alterius inſimul glo.in.d.c.preſenti quia licet ſpectet ad collationē alterius tamen ſpectat etiam ad collationem illius facit ꝙ dixit glo.in.c.ſtatutum.§.cum vero de reſcriptis & qui iurat ſuum nō eſſe iurat & ſibi commune nō eſſe.l.pupillus.§.vltro.ff.de verbo ſigni.ex quo ſequitur ꝙ ille nō dicetur monocularis qn̄ habet beneficium vnum ſpectans ad ſui collationem aliud ſpectans ad collationem ſuam et alterius in ſimul rota deci.241.in antiq.

43 ¶Pendente lite ſuper vna reſeruatione legati non poteſt fieri alia ſecūdū Archi.in.d.c.ꝑſenti q̄a prima pendet & finale iudiciū ſit incipiēdū.

44 ¶Si in eadem eccleſia Cathedrali vel colle.ſint due dignitates que principales nullam illarum poterit legatus conferre ſecundum Ioan.and.in nouel.in.c.deliberatione de offi.lega.ponderādo verbum dignitates facit.c.cupientes.§ ſi vero de elect.lib.vj.et hoc quando nō eſt differentia an ius maioritatis cōſiſtat in vna vel altera.l.ſingularia.ff.ſi cert.peta.& facit ratio.l.generaliter.ff.de fi.inſtru.

45 ¶Legatus poteſt reſeruare beneficium cum clauſula quod duxerit acceptandum nec hoc eſt contra diſpoſitionē.c.preſenti de off.lega.cum





non agatur de poteſtate auferenda ei ad quem ſpectat collatio niſi in vno beneficio ſecundum Lapum.et Domi.in.c.ſi eum ſuper de prebē.in.vj.licet Ioan.And.ibi teneat contrarium.

46 ¶Decretum legati de latere afficit ignorātes in reſeruationibus per eū factis ſecundum Hoſti.& Inno.in.c.dilectus de iur.patro.& hoſti.in ſumma in tit.de preben.§.a quo ad fi.ver.quid ſi legatus & Doct.in.c.ſi apoſtolice de preben.lib.vj.& ratio poteſt eſſe quia princeps apponēdo decretum videtur velle ꝙ habeat vim ſententię late cum cauſę cognitione quæ ligat ignorantes ſecundum Inno.in.c.j.de conceſſ.preben.li.vj.Nec obſt.ꝙ ligare ignorantes ſit cōtra ius.l.fi.ff.de decre.ab or.fac.& legatus non poſſit ſupra vel cōtra ius diſponere.c.pen.& vlt.de fil.preſb.per quam rationem Archi.in.d.c.ſi apoſtolicę tenuit contrarium ſed Io.de ligna.in.d.c.ſi apoſtolice tenuit ꝙ liget quem ſequitur Io.an.in.d.c.dilect⁹ Nam ligare ignorantes quoad pęnā non eſt ꝯ ius generale nec decretum papę ligat ſed ligare quoad annullationē actus non eſt pęna ſecundum lapp.Aleg.xiiij.tn̄ tutius eſt huiuſmodi decretum ordinario inſinuare.

47 ¶Finita legatione legatorum reſeruationes expirāt.c.preſenti de offi.lega.vbi req̄ritur ꝙ ſit proceſſum ad collationem beneficij vacantis ad hoc vt reſeruatio non expiret.

48 ¶Collatio canonicatus cum reſeruatione prebendę vacaturæ finita legatione expirat huiuſmodi reſeruatio per.d.c.preſenti de offi.leg.lib.vj.& omnes ꝓceſſus habitos ſuper illis ſi ad collationem prebendæ vacantis non ſit proceſſum viribus euacuantur.

49 ¶Legatus poteſt reuocare reſeruationem a ſe factā cum ex ea nullum ius ei in cuius fauorem eſt facta cōpetit tum etiam cum non poſſit dare ius ad vacatura vt in.c.dilectus el.ij.de preben.

50 ¶In.ij.reſeruatione legatus debet facere mentionem de prima ſecundum Io.mo.in.c.preſenti de offi.lega.in.vj.inducit.c.fi.eo.tit.iuncto c.mandatum &.c.fi.de reſcriptis nam quod ſeruat Papa ſeruare debet & legatus in conceſſionibus beneficiorum.c.ſuper literis de reſcriptis.

51 ¶Expectans auctoritate p̄p̄ prefertur ei cui collatus ē canonicatus cū expectatione prebendę auctoritate legati niſi legatus non ex officio legationis ſed ex facultate ſibi data a ſede apoſtolica hoc feciſſet vel niſi interueniſſet confirmatio p̄p̄ p.c.hi qui &.c.ſi apoſtolice de ꝑbē.lib.vj.

52 ¶Legatus non poteſt alterare ſtatutum eccleſiarum faciēdo de ſeculari regularem vel de collegiata non collegiatam ſecundum fede.de ſen.in conſi.cxcv.Nec poterit aliquam dignitatem ſupprimere vel extinguere in eccleſia ad tempus vel in perpetuum cum hoc ſit ſolius papæ.c.cū acceſſiſſent de conſti.& ibi not.&.xxij.Di.omnis.

53 ¶Legatus ex cauſa poterit ad aliquod tēpus fructus dignitatum vel beneficiorū vacantiū applicare ep̄o vel fabricæ eccleſiæ prout ordinarius

poteſt vt not. per glo. & docto. in. c. vnico vt eccleſia beneficia in fi. & in. c. ſi propter tua debita de reſcriptis in. vj. ſpe. in tit. delegato. §. nunc tractemus ver. pe.

54 ¶Legatus de latere poteſt confirmare electiones Archiepiſcoporum epiſcoporum & aliorum inferiorum vt in. c. ſi abbatem de elect. in. vj. & pōdera tex. ibi infra prouinciam ſi enim exiuiſſet ex toto prouinciā non poſſet has confirmationes facere vt in illo tex. a contrario ſenſu ſi tamē eſſet infra terminos legationis etiam ſi eſſet extra prouinciam vbi eſt eccleſia in qua fuit facta electio bene poſſet confirmare per. c. nouit de offi. leg. ita tenet glo. in. d. c. ſi Abbatem hodie tamen cum eccleſiæ cathedrales & metropolitane & collegiate etiam monaſteria virorum quę excedunt certam ſūmam ſint reſeruata per regulas cancellarię non poſſet legat⁹ de illis ſe intromittere p̱ ea q̄ dicta ſunt ſupra de reſeuatis.

55 ¶Licet legatus non poſſit concedere alicui vt recipiat & admittat reſignationem beneficij & reſignata conferat per. c. deliberatione. §. prohibemus de offi. lega. li. vj. poteſt tamen ſeparatim cōmittere receptionem renuntiationis & ea recepta poſtea committere collationem cum tunc ceſſet ratio illius tex. ne aperiatur via contra lateraneñ. concilium ad vacatura Rota deci. 400. fuit opi. Io. an. ꝯ Archi. in. d. §. p̱ibemus.

56 ¶Legatus poteſt committere receptionem renunciationis faciende & collationem de beneficiis ex cauſa permutationis ſecundū Lapum in d. § prohibemus & ratio eſt quia non eſt proprie collatio cum nō ſit liberalis ſaltem in cui damno vt in cle. j. de re. permuta. idem tenet fede. de ſen. in conſil. 295.

57 ¶Licet legatus poſſit dare licentiam abbati tranſeundi ad aliud monaſterium. c. ſi Abbatem de elect. lib. vi. non tamen hoc poteſt exiſtens extra prouinciam ſecundum gl. per illum tex. in. d. c. ſi Abbatē et eadē ratione ſecundum Domi. ibi nō poteſt admittere reſignationem beneficii extra dioceſim pratica tamen eſt in contrarium quia videmus quotidie epiſcopos extra ſuas dioc. recipere reſignationes beneficiorū ſuæ dioc. et poteſt eſſe ratio quia iſta non ſunt contentioſe iuriſdictionis cū non fiat parte contradicēte nec citata etiam ſi legatus vel epiſcopus deberet ſe inſtruere an expediat hanc licētiam dare vel reſignationem recipere necobſt. tex. in. d. c. ſi Abbatem quia requirit ꝙ ſit legatus deputatus in prouincia non autem ꝙ ſit actualiter in prouincia.

58 ¶Legatus extra prouinciam exiſtens poteſt decernere ędicta quæ premittuntur ad confirmandas electiones Iux. tex. in. c. fi. de elect. lib. vi. & quæ premittuntur in inſtitutionibus quæ fiunt ad preſentationē patronorum ſecundum Calde. de elect. conſi. ii. quia non eſt de contētioſa iuriſdictione cum reddatur in inuitum per illum enim ędictum non cogitur qs venire niſi velit ſed admittitur ad cōtradicendum ſi velit & licet ſit interlocutoria vt not. Ioā. And. in. c. Romana de foro compe. lib. vi. non tamen pertinet ad contentioſam iuriſdictionem cum in voluntaria iuriſdictione Iudex etiam interloquatur hoc eſſe faciendum vel non faciendum.



59 ¶Confirmatio elect. que fit in contradictorio Iudicio vt quia poſt edicta comparuit contradictor & iudicium eſt agitatum inter partes tunc cum confirmatio obtineat vim ſententiæ in contradictorio iudicio eſt contentioſę iuriſdictionis & nō poterit fieri a legato exiſtenti extra ſuā iuriſdictionem & ſic procedit glo. in. c. fi. de elect. in. vi. ſi vero nullus apparet contradictor cū fiet ſine cauſę cognitione erit voluntarię iuriſdictionis & poterit fieri ab exiſtente extra prouinciam ſm Domi. ibi.

60 ¶Si Archiepiſcopus legatus natus fuerit negligens infra ſemeſtre conferre beneficia vacantia non habebit aliud ſemeſtre tanq̃ legatus quia licet legatus concurrat cum ordinario in conferendo beneficia vacantia pertinentia epiſcopo iure proprio. c. ii. & iii. de offi. lega. li. vi. non tamen reperitur iure cautum ꝙ concurrat vel ſuccedat in beneficiis ad epiſcopum ſpectātibus iure deuoluto in quibus nec capitulum ſupplet negligētiam epiſcopi vt voluit Inn. in. c. cum in cunctis ſuper ver. capitulum de electio. & hoc etiam patet per. c. licet de ſupp. neg. prela. vbi ſi Archidiaconatus collatio fuiſſet ad eum deuoluta tanq̃ ad legatum natum poſt deuolutionē ad eundem tanq̃ ad Archiepiſcopū papa dediſſet ſibi aliud ſemeſtre quod non fecit vide etiam Rota deci. 313.

61 ¶Legatus de latere poteſt concedere licentiam tranſeundi ad epiſcopatū Abbati electo licet ex priuilegio non poſſit tranſire niſi de licentia p̄p̄ glo. not. in. c. Abbatem de elect. in. vi.

62 ¶Pōt legatus de latere erigere vnam eccleſiā ſuę p̱uincię in conuentualem legitima cauſa ſubſiſtente licet ſit ſubiecta monaſterio alterius prouincię quia hoc poteſt ordinarius. c. cōſtituta de religio. domi. c. iij. de eccleſ. edifi. c. dudum de re. eccleſiæ non alie. lib. vi. cum legatus ſit eṗs exemptorum. c. Abbatem de elect. lib. vi. & c. autem de priuile. eo. li.

63 ¶Legatus habens ſpecialem commiſſionem cōferendi beneficia & dignitates etiam curatas vſq; ad certam ſummam poteſt cōferendo beneficium ſimplex ſpectans ad collationē Abbatis ſuæ prouinciæ excedēs dictam ſummam quia hoc pōt virtute legationis abſq; alio mandato c. ij. de offi. lega. lib. vj. quæ poteſtas iuris comunis non tollitur p̱ poteſtatem ſibi ſpecialiter cōceſſam quia p̄p̄ non intendit tollere p̱ ſuas literas ius commune niſi hoc exprimat de reſcriptis nonnulli cum ſi. Item quia quod eſt inductum ad augumentum nō debet operari diminutionem eius quod primo competebat. Item quod fauore alicuius eſt cōceſſum vel ob gratiā non debet in leſionē redūdare de reg. Iu. qđ ob gratiam lib. vj. Item quia idem actus non debet inducere premiū & penam vel diuerſos effectus xvi. q. j. legi Ita. Cald. in ti. de lega. conſi. vij.

## DE DISPENSATIONIBVS LEGATORVM.

1 ¶Legatus nō pōt diſpēſare vt nouitius vel homo alterius ꝓfeſſionis fiat Abbas.c.officij de elec.cle.j.eo.tit.nam ꝓhibitio illius cle.eſt concilij Viēneñ.& ꝯ ꝯciliū legatus nō diſpēſat.c.dilect⁹ de p̄b.c.pe.de fil.p̄ſb.

2 ¶Legatus de latere Cardinalis poteſt in omnibus diſpenſare illis dumtaxat exceptis quę ſunt ſummo pontifici reſeruata in quibus manū apponere non poteſt.c.ꝙ tranſlationem de offi.leg.& ſic poterit diſpenſare in omnibus in quibus poteſt ordinarius quæ autē ſint illa vide per ſpe.in tit.de legato.§.nunc de epiſcoporum vbi dicit ep̄um nō poſſe diſpenſare niſi vbi reperitur ſibi permiſſum ꝙ limita verum niſi ſubſit ratio & vrgens cauſa veriſimiliter per Papam nō cogitata ar.l.ſi hominem.ff.manda.rota deci.200.in no.

3 ¶Legatus de latere poteſt generaliter diſpenſare & pęnas mitigare vbicunq; non prohibetur vt in.c.fi.ad fi.de tranſact.facit glo.in.c.quę de cauſa.ij.q.v.& in.c.dilectus de fil.preſb.ſpe.in tit.de legato.§.cōſequēter ver.Item legatus,quod forte eſt dubium cum in diſpēſatione violet ius,inferior autem non poſſit tollere ius ſuperioris cle.ne Romani de elect.& in.c.cum inferior de Maio.& obed.& ideo illud dictum eſt verius de conſuetudine q̄ de iure.

4 ¶Legatus non poteſt diſpenſare contra concilium generale glo.in.c.cū dilecti de electi.& in.c.dilectus el.ꝑmo de preb.& in cle.j.de elect.

5 ¶Licet ſpe.in tit.de legato.§.videndum ver.& nota.teneat ꝙ ordinarius poſſit diſpenſare ſuper pluralitate parrochialium quādo fit propter vtilitatem vel neceſſitatē eccleſię ex quo eo caſu poteſt vnire ꝙ eſt plus.c.ſicut vnire de exceſ.prela.non aūt quando fit diſpēſatio propter prerogatiuam perſone cum eo caſu ſolus Papa poſſit diſpenſare.c.de multa de prebē.tn̄ cōis opi.& ſtilus curie eſt in contrarium per tex.in.c.dudum lo.ij §.verum cum.§.nos vero de elect.vbi Papa non facta diſtinc.an propter vtilitatem ſeu neceſſitatem eccleſię aut propter prerogatiuā perſonæ fuerit facta diſpenſatio cum illo electo per Archiepiſcopū reiecit illam tanq̄ friuolam Nec obſt.tex.in.c.ſanctorum.lxx.diſtinct.quia nō loquitur de duobus curatis ſed tn̄ dicit de duobus eccleſijs ſub quarum appellatione non veniunt curate.c.cum in illis de preb.in.vj.

6 ¶Si petit̄ de iure reſtitutio depoſiti vel degradati vt q̄a allegat̄ falſitas teſtium vel quid ſimile ſi depoſitio ab alio facta ſit poterit legatus illam concedere.c.epiſcopus xij.q.iii.ſi autem petatur ex gratia & ſit depoſitus vel degradatus actualiter & non poterit quia ſoli principi eſt reſeruata.c.ideo.ii.q.vj.ſi vero ſit dumtaxat verbaliter depoſitus vel degradatus poterit legatus reſtituere.c.at ſi clerici §.de adulteriis de iudi.& ibi doc.glo.in.c.quamuis de reſcriptis in.vi.Archy.in.c.j.xv.q.vlt.ſpe.in tit.de legato.§.nunc oſtendendum ver.ix.



7 ¶Legatus diſpenſando cum depoſito vel degradato videtur illum neceſſario reſtituere ad famam per tex.in.l.j.§.de qua.ff.de poſtula.gl.in.c.domino ſancto.l.di.

8 ¶Si depoſitus vel priuatus beneficio de iure patro.appellauit,reſtitui poterit inuitis patronis alias nō ſecundum.Bar.brix.in.c.quamuis de reſcript.& ibi gl.que opinio cōmuniter approbatur in.c.decernimus.xvi.q.vii.doc.in.c.tranſmiſſa de renun.

9 ¶Ordinari⁹ & conſequenti legatus poteſt diſpenſare ꝙ quis plura bn̄ficia ſimplicia non conſiſtentia ſub eodem tecto obtineat.c.pe.de elect.c.poſſeſſiones.xvj.q.j.facit.c.de multa de p̄bē.vbi papa ſibi reſeruat facultatem diſpēſandi ſuper pluribus curatis ergo videtur in alijs permittere Nec obſt.tex.in.c.ſanctorum.lxx.di.vbi interdicitur ep̄o facultas diſpenſandi ſuper pluribus prebendis quia glo.iij.ibi intelligit tex.illū quando prebende non eſſent in eodem epiſcopatu vel dicas ſecundum Inno.in.c.fi.de cleri.non reſi.ꝙ ille tex.non prohibet ꝙ ex diſpenſatione epiſcopi quis ſit canonicus in duabus eccleſijs ſed tātum ꝙ ſit prebendatus in duabus eccleſijs quia in receptione prebendæ notaretur in eo cupiditas diminuerentur prebende aliorum & etiam cultus diuinus ſed quod ſint canonici tantum & interſint electioni & alijs conſilijs honor eſt & vtilitas eccleſijs propter multos conſiliarios.lxiiij.di.extra conſciētiam & ex illa gloſ.in.d.c.ſanctorum apparet ꝙ ad obtinendum beneficia duo in diuerſis dioc.requiritur diſpen.vtriuſq; epiſcopi facit tex.in.c.cum illorum de ſen.excō.ex quo ſeqtur ꝙ in diſpēſatione inſpicitur locus beneficij non originis ad quod eſt glo.in.c.cū ex eo de elect.lib.vj.

10 ¶Legatus non poteſt diſpenſare ꝙ quis habeat duo beneficia ſub eodē tecto ſed ſolus p̄p̄.c.literas de conceſſ.preben.c.j.de conſue.lib.vj.q̄d verum in duabus dignitatibus officijs vel preben.ſecus in alijs ſecundū fede.conſi.120.& Abb.conſi.70.& conſi.96.

11 ¶Legatus habens poteſtatem diſpenſandi ſuper pluralitate curatorum a papa poterit dumtaxat diſpenſare cum ſublimibus vel litteratis perſonis quia mandatum referendum eſt ad ius prout not.in.c.dudum lo.ij.de elect.& in.c.quo ad monaſterium de ſtatu.regul.& ſpe.in tit.de legato.§.videndum ver.ꝙ ſi Papa.

12 ¶Legatus habens mandatum diſpēſandi in cauſa matrimoniali imponendo diſpenſato vt ſeruiat in guerra cum certis equis poteſt mutare dictum onus,& abſoluere quia per impoſitionem talis ſeruitij non fuit conſumpta poteſtas dicti legati.c.dudum de preben.lib.vj.facit.c.de raptorib⁹.xxxvj.q.j.c.j.de voto & quod not.in.c.preſbiter.lxxxij.di.Calde.in.tit.de lega.conſi.3.

¶Legatus de latere poteſt diſpenſare vt filius in eccleſia paterna immediate ſuccedat glo.in.c.pe.de fil.preſbi.licet alij non.

## DE SENTENTIIS LEGATORVM.

LEGATVS per ſuam ſententiã ex aliqua cauſa põt aliquem redde-
re inhabilẽ ad beneficia eccleſiaſtica, perpetuo obtinenda & infamare
que ſententia perpetuo effectum habet donec ille reſtitutionis bene
ficium mereat̃ ſpe. in. tit. de legato §. ſupereſt videre quid ad legati ver.
ſed nunquid iure legationis. Si ſententia eſt valida non poteſt legatus
nec alius inferior a Papa depoſitum a ſe reſtituere niſi forte contra ſen-
tentiam iniuſtam imploraretur coram eo remedium in integrũ reſtitu
tionis ex cauſa iuſta & in caſu permiſſo quia non conceditur inferiori-
bus facultas reuocandi ſententias diff[as] per eos latas etiam ſi ex inſtru-
mentis nouiter repertis reperiret̃ eas fore iniuſtas, in tantum ꝙ nec in
hoc conſenſus vtriuſque partis ſufficeret iux. glo. not. in. l. ſi diuerſa.
C. de tranſac. immo ſoli principi hoc eſt reſeruatum quod procedit ẽt
in cauſa criminali in ea tamen ne innocens condamnetur ſuperſedere
habet iudex inferior qui tulit ſententiam nec eam exequi ſed reſcribe
re principi vt ſententiam reuocet. l. i. §. ſiquis vltra. ff. de queſtio. l. diui.
fratres. ff. de pen. & hoc voluit Archi. in. c. contumaces. l. di.
Si Legatus ferat ſententiam ſub hac forma quiſquis furtum fecerit ſit
excõmunicatus valet & durabit legatione finita. c. j. de loca. quod in-
tellige quo ad illũ qui iam innodatus eſt quia non tollitur excõmuni-
catio ex quo legati iuriſdictio expirat quo vero ad alios nõ durat. vt eſt
glo. not. in. c. a nobis de ſen. exco.

## DE STATVTIS LEGATORVM.

¶LEGATVS de latere poteſt ſtatuta facere quæ perpetuo durabũt
c. fi. de. offi. lega. c. ex parte &. c. ſuper quibuſdam. §. fi. de verbo. ſigni.
& ea excommunicationis pena vallare. c. j. de loca.

2 Violatores ſtatutorum legatorũ per ordinarios abſolui poſſunt. c. nu-
per de ſen. exco.

3 ¶Si ſtatutum legati diſponit ꝙ ad quecunque fuerit appellatũ tenea-
tur appellans infra ſex dies facere cauſam cõmitti non habet locum in
appellatione interpoſita ad Papam quia inferior preiudicaret ſuperio
ri & indirecte impediret appellationem ad ſuperiorẽ & quia in dubio
cenſetur excepta ſuperioris auctoritas. c. venientes de iure iuran. quod
verum eſt niſi legati cõſtitutio iuuaretur municipali conſtitutione per
Papam confirmata Roma. in conſil. ij. in fi.

4 ¶Si legatus vult aliquid ſtatuere quod aliorũ preiudiciũ tangat illi vo-
candi ſunt antequam ad ſtatuendũ procedatur. c. fi. & ibi gl. de his quæ
fiunt a prela. & ſi venientes non contradicunt ſufficit, vt voluit inno.
in. c. i. de his quę fiunt a maio. pare cap. vbi dicit ꝙ quando quis vocat̃



vt contradicat ſi velit, & ipſe tacet videtur conſentire.

5 ¶De illis poterit legatus ſtatuere quę ſub iuridictione ſua cadunt quia
regula eſt, ꝙ ad limites ſuę iuriſdictionis extenditur ſtatuendi facultas
vt not. inno. in. c. cũ acceſſiſent de conſt. & bar. in. l. omnes populi de
iuſti. & iure.

6 ¶Infra tempus arbitrariũ ſtatuta ligant ignorantes nec in eis habet lo
cum aucten. vt noue conſt. in principio. colla. v. quæ dicit de duobus
menſibus quia obtinet in principe tantum ita not. hoſti. in ſumma tit.
de conſti. §. quando conſtitutio & bar. ind. l. omnes populi, & dicitur
de ignorantibus quia ſcientes ſtatim ligant̃ iux. not. in. c. cum ſingula
de preben. lib. vj. &. c. hoc conſultiſſimo de re. ecc. non alie. eo. lib.

7 ¶Legatus licet non poſſit ſtatuere contra ius commune vt in. c. ſup
his de maio. & obe. inferior. n. non poteſt legem ſuperioris tollere: ſi
ue velit in totũ eã reuocare, ſiue in parte, ſiue eã limitare aut aliquid ad-
dere vt in clem. ne Romani de elect. in prin. poterit tamẽ pœnam adde
re vt dicit glo. & probat tex. in. c. vt animarũ. §. ſtatuto de cõſti. in vj. ex
quo iuſtificatur id quod not. hoſti. & io. And. in. c. cum inhibitio de
Clandeſti. deſpon. ꝙ legatus poteſt facere per ſtatutum ſuum ꝙ caſus di
ſpenſandi qui non ſunt reſeruati p̃p̃ ſint reſeruati apoſtolice ſedi.

8 ¶Vbi actus de iure ciuili eſt validus, non peterit decerni nullũ per ſta
tutũ legati vt not. Io. and. in addi. ad ſpe. tit. de electio.

9 ¶Poteſt legatus ſtatuere in preiudiciũ ſubditorũ per tex. in. l. venditor
§. ſi conſtat. ff. comu. predio. nec obſt. ꝙ diſponere in preiudiciũ alte-
rius ſoli principi competat iuxta not. per Innoc. in. c. quæ in eccleſia-
rum & in. c. cum acceſſiſſent de conſti. quia illud verũ quando vellet
per ſpecialẽ diſpoſitionẽ puta reſcriptũ infertor a principe diſponere in
preiudiciũ alterius vt not. bar. in. l. Antiochenſiũ. ff. de priuil. credit.

10 ¶Legatus poteſt ſtatuta aliorũ legatorũ reuocare quia non potuit lega
tus ſequẽtibus legatis eadẽ auctoritate functuris legem imponere a qua
non liceat recedere cum par in parem nõ habebat imperium. c. inno-
tuit de electio.

11 Legatus non poteſt ſtatuendo diſponere contra priuilegia per ſedem
apoſtolicam cõceſſa glo. in. c. pro illorũ de prebẽ. Nec obſt. glo. in. c. ſi
Abbatem de elect. in vj. quia ibi dabatur facultas expreſſa legato ex eo
ꝙ comprehenditur ſub nomine ſedis apoſtolice. vt ibi not.

12 ¶Si durat legatio pro interpretatione ſtatuti reccuritur ad eũ vt dicit
glo. in. c. ex parte. lo. iij. de verb. ſigni. quia eius eſt interpretare cuius
eſt condere. l. cũ de nouo. C. de legi. c. alia de ſen. exco. c. cum veniſſent
de Iudi. finita legatione cum ptãs eius deſierit nõ poterit interpetrare ſe
cũdũ io. And. in. d. c. ex parte. ſed papa cũ dubium eſt graue, ſi ſit leue iu
dex poterit interpretare ſicut dicimus in dubio legis vel priuilegij vt vo
luit Inno. in. c. cum ſpeciali de appel.

## DE AVCTORITATE LEGATI IN ALIENAnatione rerum eccleſiaſticarum.

LEGATVS poteſt interponere auctoritatē in rebus eccleſie Alienandis quia hoc poteſt nedum epiſcopus. c. ſine exceptione. xij. q. ij. c. in venditionibus xvij. q. iij. c. i. &. c. cum in apoſtolica de his quæ fiūt a prela. ſed etiam inferiores qui habēt eccleſias pleno iure ſubiectas & epiſcopalem iuriſdictionem Inno. in. c. ſtatuimus de tranſact. & glo. in cle. j. de. rebus eccleſie non alie. quod procedit ſi prelatus qui debebat interponere auctoritatem ſit de ſua iuriſdictione ſecundum fede. conſil. 195. & niſi prelatus iuraſſet in conſulto ro. pont. non alienare ſecundum ſpec. in. tit. de legato §. conſequenter ver. ceterum ſecus ſi iuraſſet alienare in conſulto ordinario quia tunc bene poterit cum concurrat cum quolibet ordinario. ſpe. in d §. conſequenter ver. quid ſi aliquis prior.

2 In auctoritate interponeñ. in alienatione rerum eccleſiaſticarum per legatum non requiritur conſenſus eccleſie Cathedralis. cum ipſe non habeat capitulum, licet epiſcopo interponente requiratur. d. c. cum in apoſtolica.

3 ¶ Si eccleſia alienans habet capitulū requiritur eius conſenſus etiam legato interponente auctoritatem cū legatus non poſſit Iuris ſolemnitatem tollere iuribus ſepe alleg. ſupra.

4 ¶ Si eccleſia alienans ſit de iuriſdictione legati bona alienanda extra poterit tamen legatus auctoritatem interponere ſicut ſufficeret auctoritas dioceſani ſecūdum Inno. & hoſti. in. c. paſtoralis de priuil. & Io. And. in cle. j. de reb. eccleſie non alie. cum ad ipſum ſpectent iura & diſpoſitio ipſius eccleſie ex conſequenti dotis & bonorum eius. x. q. i. regenda &. cap. decretum nec obſt. tex. in. l. ſi predium. C. de pred. mino. quia loquitur in minore in cuius rei alienatione requirit decretū iudicis, ſed in eccleſiaſticę rei alienatione conſenſus epiſcopi nō eſt actus iudicialis ſed voluntatis expreſsio & preſtari poteſt, omni tempore.

5 Hodie per conſti. pauli pape. ij. non poteſt fieri alienatio in cōſulto Romano Pontifice vnde legatus non poſſet auctoritatem interponere ſine ſpeciali facultate a Papa conceſsa per. not. per. Io. And. in. c. ii. de feu. & ſpe. in. d. §. conſequenter §. ceterū niſi eſſet tāta neceſſitas ꝙ celeritatē deſideraret adeo ꝙ cōmode nō poſſet auctoritas Pape expectari ꝑ not. ꝑ glo. in. c. placuit. xij. q. ij. & tex. in. l. diuus. ff. de peri. here. &. l. tutor qui repertorium § i. ff. de admi. tuto.

6 Legatus de latere nō pōt infeudare res ſuę legatioñ. niſi hoc ſibi ſit ſpecialiter conceſſum Alex. in cōſil. i. col. 8. vol. v. ꝑ no. ꝑ Archi. in. c. de eccleſiaſticis xxv. q. ii. bar. conſil. 196 incipi. in Ciuitate Camerini fely. in. c. ad audiētiam. columna. 2. de preſcrip.





1 LEGATVS poteſt viſitare prouinciam ſuam & procurationem a locis viſitatis recipere iuxta. c. procurationes de cenſi. ex quo concurrit cum quocunq; ordinario ſuæ prouincię & ſi eſt de latere poterit viſitare etiā loca exempta quia illa ſibi ſubijciuntur. c. veniens de ver. ſign.

2 ¶ Legatus non arctatur ſeruare formam. c. Romana de cenſi. lib. vj. ſecundum Hoſti. & Io. An. in. d. c. Romana, primo quia gerit vices p̄p̄. xciiij. di. c. ſi. ij. quia maior epiſcopo de offi. deleg. c. ſane immo nō debet includi ſub regula generali arg. tex. in. c. quia periculoſum de ſent. exco. iij. quia ro. eccleſia contra ſe & ſuos non conſueuit priuilegiare. c. inſtantia de cenſi. nō obſt. rō Io. de Imo. per quam tenuit contrariū ꝙ legatus tenetur ſeruare iura. glo. in. c. ſi. de here. in. vj. quia dicimus ꝙ illa iura non diſponunt de legato ſi diſponerēt teneretur illa ſeruare.

3 ¶ Legatus non poteſt petere procurationem niſi officium viſitationis fecerit Arg. c. procurationes de cenſi. dicunt tamen Io. An. & doc. ibi ꝙ ſecus in procuratione quæ legato debetur non ratione viſitationis ſed ad eius onera ſupportanda. c. accedentes de preſcript. c. cum inſtantia de cenſi. illa. n. etiam a locis non viſitatis eſt ſibi preſtanda & idem tenet fede. de ſen. conſi. cxj.

4 ¶ Sententia excōmunicationis vel alterius cenſure lata contra non ſoluentes procurationes legati non ligat eos qui ſoluere nequeunt ſecundum Abb. in. c. P. &. G. de offi. deleg. quia talia verba generalia ciuili modo intelligenda ſunt. l. ſi cui. ff. de ſerui.

5 ¶ Legatus poteſt mutare taxationem procurationis factæ cum clerico ſuæ prouinciæ & ſic obſeruante ſecundum Calde. in tit. de legato cōſi. vj. quia ſtandum eſt ei quod preſumitur iuſte factum donec de contrario conſtet ſiue ſit actus iudiciarius vt ſententia. c. in preſentia de renūcia. c. cū cauſam de re. iudi. ſiue extra iudicialis vt iſte per not. in. c. ſicut de re iudi. c. ad audientiam de preſcript. c. quid ergo. xj. q. j.

6 ¶ Si ordinarius prior venerit ad viſitandum q̄ꝫ legatus prius viſitabit. l. qui prior. ff. de iudi. c. j. de Maio. & obe. c. j. de foro compe. ſi vero in tempore concurrant preferendus eſt legatus ob prerogatiuam dignitatis ſic dicimus de Archiepiſcopo & epiſcopo concurrentibus Ioā. An. in. c. Romana de cenſi. lib. vj.

## DE POTESTA. LEG. IN ABSOLVEN. EXCO.

1 Vbi reſeruatur abſolutio ſedi apoſtolice non intelligitur excluſa poteſtas legati de latere probat tex. in. c. ad eminentiam de ſen. exco. iuncto tex. in. c. ſiquis ſuadente. xvij. q. iiij. glo. in. c. Auctoritate § inhibemns ibi a ſede apoſtolica de priuil. in. vj. Quod. Limita niſi eſſet excōicatus ꝑꝑ caſum arduū ita lap. in. c. ſi Abbatē de elect. in. vj. ¶ Secūdo limita

niſi in conſtitutione diceret niſi dũtaxat a Papa vt in cle. grauis de ſen.
exco. & ibi car. in vlt. q. ℭ Tertiõ limita niſi legatus ipſe fuiſſet percuſ
ſus quia non poſſet ſuũ percuſſorẽ abſoluere. c. felicis de pen. in. vj. niſi
fuiſſet leuiter pcuſſus qa tũc põt. p gl. in. c. ſi quis aũt. xciiij. di. ℭ Quar
to limita niſi fuiſſet excõicatus viua voce a papa ſm ſpe. in tit. de legato
§. nunc dicamus ver. eccleſia aũt. ℭ Quinto niſi qs eſſet excõicatus a ſta
tuto inferioris confirmato per papã glo. in. c. ex frequentibus de inſti.

1 ℭ Sexto limita, niſi quis eſſet excõicatus a delegato pp̃ qa tunc ſolus pp̃
põt abſoluere mortuo delega. ſpe. in tit. delegato. §. nũc oſtẽdẽdũ ver.
xxxvj. & regulariter excõicatus ab homine debet abſolui ab excõicato
re, glo. in cle. j. in ver. a canone. de priuil. Io. an. in. c. graue de preben.

2 ℭ Cõmiſſarius legati ad abſoluẽdũ excõicatos ex aliqua cã licet aliquos
abſoluerit ante legationẽ finitã ea tñ finita non poterit alios nondum
abſolutos abſoluere et licet ceperit vti iuriſdictione quoad quoſdã hoc
nõ debet pdeſſe quoad alios vt not. in. c. licet de offi. deleg. qa tot videt
cõmiſſiones quot pſone ſunt abſoluẽde. l. etiã. ff. de mino. c. abolitio.
ij. q. iij. facit. c. fi. §. officiũ de offi. deleg. li. vj. et quia ſicut non põt poſt
receſſum legatus excõicare. c. a nobis de ſen. exco. ita nec ipſe nec eius
commiſſarius abſoluere ſi tamen negotium omnium iſtorum clerico
rum eſſet annexum perpetuatio facta quoad vnum intelligitur facta
quoad omnes, ſecundum hoſti. in. d. c. licet.

3 ℭ Legatus qui non eſt de latere nõ poteſt abſoluere excõicatos pro vio
lenta manu in iectione in clericos. c. excommunicatus de offi. lega.
Extraneos ẽt in puincia ſua nõ põt legatus abſoluere. d. c. excõicatus &
ibi doc. legatus nõ põt ſubditos ſuos extra puinciã ſibi decretã abſolue
re. d. c. excõicatus p qđ indiſtincte phibet extra prouinciã abſoluere &
ita dicit Io. an. de facto ſeruari, & idẽ ſpe. eo. tit. §. nũc dicamus ver. cir
ca, qđ procedit ſm hoſti. ẽt ſi habeant licentiam iudicis territorij quia
poteſtas datur legatis cum limitatione non ergo debent excedere limi
tes poteſtatis ſibi conceſſe per priuilegiũ. c. ſane de priuil. ex quo ſequi
tur ꝙ licet poteſtas competens de iure poſſit prorogari ad alienum ter
ritorium iudicis territorij ſecus in ea quę competit ex priuilegio.
Subditi qui extra prouinciam incurrunt excõicationẽ poſſunt a legato
abſolui ſm Abb. in. d. c. excõicatus nam quemadmodum põt ſuditos
ſuos punire de delicto alibi commiſſo. c. cum contingat de foro cõpe.
l. j. C. vbi de crim. ag. opor. ita & abſoluere poterit gl. in. c. placuit. xvj.
q. j. & glo. fi. in cle. cum ex eo de ſen. exco.
Si non ſubditi venerunt ad prouinciam & ibi incurrunt ſententiam ex
cõicationis poterunt a legato abſolui ſm hoſti. in. d. c. excõmunicatus.
Que ſupra dicuntur procedunt in legato qui non eſt de latere legatus
autem de latere poterit quoſcunq; tam ſubditos q̃ extraneos tam in p
uincia q̃ extra abſoluere. d. c. ab excõicatus a contrario ſenſu niſi requi



rat cauſę cognitionem glo. in. c. nouit. de offi. leg.
Excõicati per ſententiam generalem iudicis puta ſiquis furtum fecerit
ſit excõicatus abſolui poterit a legato. c. ex frequẽtibus de inſti. not. in
c. a nobis de ſen. exco. ex quo poteſt epiſcopus per dicta iura.
Legatus de latere poteſt abſoluere excõicatos pro violenta manuum in
iectione in clericos ex quadã eccleſię approbatione aut forte quia hoc
concedi ſolitum eſt legatis a tanto tempore citra cuius initij memoria
hominũ nõ exiſtit in ɔ̃riũ nec aliter pcedit ratio tex. in. c. ꝙ trãſlationẽ
de off. legati. licere. ſ. legatis abſoluere ex eo qa ſępe fuit legatis indultũ
ſm abb. ex neceſſitate Inn. in. d. c. ꝙ tranſlationẽ qa in his quę ſunt me
re facultatis & gratuito conceduntur non inducuntur conſuetudine.

## QVALITER LEGATI IVRISDICTIO FINIATVR.

Plures modos quibus legati iuriſdictio. finitut vide per glo. in. c. pre
ſenti de offi. lega. lib. vi. & ſpe. in tit. de lega. §. finitur.
Geſta per legatum poſt reuocationem ante notitiã valent ſecundũ cal
de. in tit. de offi. lega. conſil. iiii. Arg. tex. in. c. audita de reſt. ſpol. & ibi
not. doc. vbi valent geſta per delegatũ reuocatum antequam reuocatio
peruenerit ad eius notitiam Io. And. in. c. i. §. ex parte de conceſſ. pre
ben. lib. vi. ſicut & in reuocato procuratore dicitur in. c. ex parte deca
ni de reſcr. quod limita niſi appoſita eſſet clauſula decreti irritãtis quia
illa afficit ignorantes vt in. c. quia cunctis de conceſs. preben. lib vi. &
ratio ſecundum. Imol. ibi eſt quia illud decretum obtinet vim ſenten
tię & ſic ligat ignorantes quemadmodũ ſententia & quia per huiuſmo
di decretum oſtendit Papa velle per mandatum ſuum ligare.
In legato pſumitur ignorantia reuocationis vt in. l. verius. ff. de proba.
& in regula preſumitur de reg. iur. in vj.
Nec obſt. ꝙ ex quo publice facta fuit reuocatio preſumitur notitia Iux
ta. c. quod dicitis. xvi. di. & c. i. de poſtula. p̃la. & l. ſi tutor cũ ſua glo.
C. de peri. tut. quia illud nõ procedit quoad illos qui ſunt extra puinciã
vel alś habent probabilẽ cauſam ignorandi, vt in. c. ſi. qui. mat. accuſ.
poſ. & per glo. in. c. propoſuiſti lxxxii di.
Morte pp̃ nõ expirat legati iuriſditio qa ordinaria. c. iii. de of. leg. li. vi.
Morte Papę non expirat facultas diſpẽſandi quę nõ iure legationis ſed
ex ſpeciali indulto ei cõpetebat ſecũdũ ſpe. in tit. de legato §. videndum
ver. qd ſi is qđ ſm Io. an. in. c. ex tua de fil. preſb. eſt uerũ cũ facultas diſ
penſare debẽtis emanauit per modũ gratie & cũ incertis perſonis quia
hoc caſu cũ perfecta ſit gr̃a nõ expirat re integra morte concedentis vt
patet in. c. ſi cui nulla de prebeñ. lib. vi. ſi autẽ facultas diſpenſandi fuit
cũ certis perſonis & emanauit in fauorẽ eorũ cũ quibus eſt diſpẽſandũ
tũc ſi fecerit actũ cõmunẽ omni diſpenſationi eo caſu durat eius pote
ſtas diſpenſandi ſi vero facit aliquẽ actũ quoad aliquã ſpecialẽ diſpenſa

tionem & tūc non eſt perpetua facultas diſpeſandi quoad alios ſed tantū illo caſu ſpeciali per no. per glo. & doc. in. c. licet de offi. lega. facit. c. fi. §. officium de offi. lega. lib. vi.

¶Cœtus Cardinaliū vacante ſede nō poteſt reuocare legatū per papā de conſilio Cardinalium miſſum per clem. ne Romani de elec. quia inferior non poteſt reuocare factū ſuperioris. c. cum inferior de maio. & obe. cum vulga.

¶Legatus non pōt renunciare legationi nec recedere de prouincia ſibi commiſſa & redire ad mitentem ſine eius licentia per. l. ij. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur. nam & legatus ceſaris abdicando a ſe nō amittit īperiū. ff. de of. ꝓcō. l. legatꝰ &. vj. q. iij. deniqꝫ &. xvii. q. ii. cōſaldꝰ.

¶Ex ſuperuenientia ſecundi legati etiā eiuſdē qualitatis et poteſtatis nō cēſet primus reuocatus ſecundū. Io. And. & Abb. in. c. volentes ꝑ illum tex. de offi. lega. ſi. n. non eſt reuocata ſed tantum ſuſpenſa auctoritas primi per ſuperuenientiam maioris a fortiori nec per ſuperuenientiam equalis Ratio autem quare per dationē ſecūdi procuratoris reuocatur nō aūt per dationē ſecundi tutoris vel legati eſt quia procurator conſtituit̃ fauore ſolius conſtituentis ſed legatus fauore ſubditorum, & tutor fauore pupilli imputetur ergo illi qui in conſtitutione noui procuratoris ſibi non proſpexit Ar. l. maritus. C. de procur.

¶In pœnis ꝑ legatū inflictis quę hn̄t ſucceſſionē vt pote ꝙ qs nō vtat̃ arte ſua ſi fecit cū cāę cognitione videt̃ in ꝑpetuū interdixiſſe & ſic etiā finita legatione. l. prima. C. de poſtulādo ſi vero ſine cāę cognitione nō durabit vltra tp̄s legationis. l. fi. ff. de. pen. ita not. ꝑ Inno. in. d. c. ꝙ trāſlationē ¶Licētia ꝑ legatū cōceſſa finita legatione nō expirat qa eſt qd fauorabile ſicut in ſimili de indulgētia dixit Inno. in. d. c. ꝙ trāſlationē & Io. de Immol. in. cle. fi. de elecct. de epiſcopo qui dedit licētiā ſubdito ſuo vt a quocūqꝫ velet reciperet ordines nō expirat hęc licētia ꝑ obitū

## QVE SVNT PONT. RESERVATA ET EX conſequenenti legato interdicta.

1 Solus papa a nemine iudicatur. c. aliorum. ix. q. iii. excepta cauſa hereſis c. ſi pp̄. xl. diſtin.
2 Cathedrales eccleſias erigit et de nouo ordinat. xvi. q. i. fœlix. c. precipimus & tex. in. c. inferior de maio. & obe. ibi cathedralem eccleſiā erexeris intelligitur auctoritate noſtra.
3 Diffinire vtrum & a quo Rex ungatur. c. vnico §. vnde in veteri teſta. de ſacra vnctio.
4 Subiicere vnam eccleſiam Cathedralem alteri aut vnire vel diſmēbrare c. ꝙ tranſlationem de offi. leg.
5 Sedis epiſcopalis de vno in alium locum mutatio. c. i. de transla. c. & tēporis. vii. q. i. c. i. de priuil.
6 Epiſcoporū de vna in aliam eccleſiam trāſlatio. c. mutationes &. c. ſeq. vii. q. i. c. j. c. pe. &. c. fi. de transla. epiſcopi.
7 Commutat votū vltra marinū. c. magne. c. ſup his. c. ex multa de voto.
8 Reſtitutio de gradati quæ ex gratia petitur. c. ideo. ii. q. vi. c. ſiquis p̄ſbiter. vii. q. i. c. ex tunc de cleri. non reſi. xvii. di. c. huic ſoli ſedi quod de ſolemniter de gradatis intelligitur.
9 Diffinitio cauſarum criminaliū epiſcoporū. iii. q. vi. quamuis &. c. dudum arg. contra de cleri. non reſi. &. c. ii. ibi glo. ſol.
10 Epiſcoporū & aliorum exemptio. xvi. q. i. c. i. &. c. frater noſter.
11 Illegitimorum legitimatio. c. per venerabilem &. c. tāta q fil. ſint legi.
12 Promotio in ſufficientium & patientium defectum puta bigamie. 34. Di. lector. l. di. quicunque & illegitimos. c. pe. &. fi. de fil. preſbi.
13 De epiſcopalibus ſolus iudicare poteſt arg. xvi. di. multis in fi. lvj. di. cenomanenſem. &. c. apoſtolica. &. c. quia ſimpliciter. immo ſolus diſpenſat ad epiſcopatus illos qui non ſunt in ſacris ordinibus conſtituti. c. dudum el. j. in. fi. de elect. c. a multis de eta. & qual.
14 Ab eo non appellatur cum ſuperiorem nō habeat. c. licet § fi. de elect.
15 Cauſarum commiſſio appellatione remota. l. j. ff. quib. ap. non lic.
16 Diſpenſatio cum minore. xviii. anno. ꝙ in inſulis profeſſionem in aliqua religione facere poſſit. c. qui in inſulis. de regula.
17 Epiſcoporum depoſitio. iii. q. v. c. quamuis. c. multū. c. dudū nec ob. tex. in. c. ſuſcepti. iii. q. v. vbi videtur patriarcham conſtantinopolitanum hoc poſſe quia ibi narrat factum.
18 Defectuum ſuppletio in contractibus vel iudiciis. c. i. de transla. quæ tamen ſuppletio dumtaxat operabitur circa ſolemnia iuris clem. paſtoralis in. fi. de re. iudi. non autem inducet diſpenſationem.
19 Suppletio Regis vacante regno. c. cū inter de elect.
20 Imperatoris propter ipſius iniquitatem depoſitio. c. ad apoſtolicæ. de re iudi. lib. vj. ſimiliter & regū. c. alius. xv. q. vj. & cum ſunt inutiles ad regendum curatorū datio. c. fi. de ſup. neg. prela. lib. vi.
21 Receptio ceſſionis epiſcoporum ſuper qua ſcriptum requiritur. vij. q. i. §. ecce his auctoritatibus. c. i. &. c. niſi cum pridem de Renun. c. licet §. illa ſemper de regula.
22 Similiter & Abbatum exemptorum. c. fi. de renunt.
23 Diſpēſatio cum ſimoniaco in ordine. c. nobis de ſimo. c. ſiquis a ſimoniacis. i. q. i. & cum ſimoniaco ī beneficijs qui ipſemet deliquit vel qui vocatus in iudicio & conuictus vel timore probationum confeſſus eſt. d. c. nobis &. c. ſi alicuius de elect. licet ſecus ſi ipſemet non deliquit. d. c. ſi alicuius &. c. ex inſinuatione de ſimo.
24 Declaratio an iuramentum ſit ſeruandum vel non, licitum vel non. c. ad audientiam de cleri. non reſid. c. venerabilem § pe. de iure iur. c.

verum.c.quando.c.intellecto eo.tit.

25 Abſolutio a ſententia ſua.c.venerabilem de elect.c.frater. xvi.q.i. & a ſententia ſui delegati vel legati cuius iuriſdictio expirauit & cui nullus ſucceſſit in officio ſibi iniuncto &.c. quia diuerſitatem de cõceſſ.prebẽ.c.ſtuduiſti de officio leg.

26 Cõſtitutionis ſue declaratio vt in.c.per tuas de ſimo.& in.c. inter alia de ſeñ.exco.vel legati cuius legatio ſit finita & nullus ſucceſſerit in officio vt in.c.i.de loca.& in.c. quod dilectio de cõſangui.& affi.

27 Sine obſeruatione formę ex ſola ſalutatione vel participatione abſoluit excõmunicatum ſi exprimat uelle illum haberi per abſoluto cle. ſi ſumus de ſen.exco.

28 Quando conditor canonis eius abſolutionem retinet inferior abſoluere non poterit trãſgreſſorem.c.nuper.§.in ſecũdo vero de ſen. exco.

29 Diſpẽſatio cum irregulari.c.ſiquis epiſcopus.xi.q.iij.c. veniens de eo qui.fur.or.ſuſcep.c.cũ medicinalis.§. pe.de ſen. exco. c.cum eterni de re iudicata.

30 Siquis ſuſpendit pro eo ꝙ hereticis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrat a ſolo ro.pont.abſolui poteſt.c.excõmunicatus de hereticis.

31 Examinatio & diffinitio cauſę ad eum delatæ ſiue per relationem factã ſiue referi pronuntiatam vt but.in.l.ex illo.C.de app.c.delectus de prebeñ.c.licet de offi.lega.ſiue per commiſſionem vt in.c. ſtuduiſti de offi.leg.ſiue per querelam.c.quotiens.ij.q.vj.& ſimilibus.

32 Si dubitatur de reſcripto apoſtolico contentioſo vtrum per aliud reſcriptũ eiuſdẽ reuocetur ſolus p̄p̄ hoc diffinire põt.c.ij.de of.deleg. idem in gratioſo.c.i.&.c.ij.de confir.vtil. vel inutil.

33 Diffinitio cauſæ fidei cũ de fide vel fidei articulo, dubitatur.c.maiores de baptis.c.cum Chriſtus de here.

34 Editio legis generalis.c.i.&.c.fi.de conſti.c.erit.iiij.di.

35 Cõfirmatio vel infirmatio electi in Imperatorẽ.C.venerabilẽ de elect. c.ad apoſtolice de re Iudi.in.vj.

36 Solus papa indicit generale concilium.xvij.di. per totum.

37 Solus canonizat & approbat ſanctos alias nullus quantumcunque fulgens miraculis debet venerari pro ſancto. c.i. de reliq. & vene. ſan.c.vnico eo.tit lib.vj.

38 Solus de aliquo facit nihil mutando etiã rei naturam vt.C. de rei ūxo. actio.l.vnica.c.tanta.§.i.de exceſs.prela.vt de illegitimo legitimum c.venerabilem qui.fil.ſint legit.& de monacho non monachum.c. cum ad monaſterium de ſtatu regu.

39 Solus de nihilo aliquid facit.c.i.de tranſac.iij.q.vj.hoc quippe.c.conſtitutus de conceſs.preben.ij.q.i.in primis.

40 Sẽper & vbique paliũ portat ꝙ nulli alij licet.c.ad honorẽ de vſu pal.

41 Concedit paliũ petenti.c.priſca.c.obtentũ.c.diſ.C.ſignificaſti de elec.



quod legato non licet.c.niſi de vſu pal.Patriarche tamen poſunt.c. antiqua de priuil.

42 Solutus eſt legibus.l.princeps.ff.de legi.xxv.q. i.§.ſi ergo.

43 Appellatur ad eũ medijs omiſſis.c.delecti. el.iij.de appel.c.ij. iii. iiii. ij.q.vj.alias gradatim eſt appellandum.ij. q. vi. Metropolitanum xi.q.i.peruenit.

44 Sententia eius facit ius ſi animo legem condendi pronunciat. c.in cauſis de re iudi.

45 Abbate & Monacho cõtendẽtibus poteſt monachũ extrahere de Monaſterio & alicui epiſcopo vel principi familiarem dare vel ſecum tenere.ix.q.3.ꝑ principalẽ.viii.di.que cõtra mores.xi.q.iii.ꝗ reſiſtit.

46 Canonica impedimenta Matrimonij aliquando reſtringit vel anichilat.c.non debet de conſangui.& affi.c. quedam lex.xxxv.q.iij.

47 Ipſe ſolus licite ordinat extra quatuor tempora, de tp̄e ordi.c.i.&.c.de eo & ſi alius fecerit ſolus p̄p̄ cum ordinato,& cum ordinatore diſpẽſat.c.cum quidam eo.tit.& arg.tex.in.c.dilectus eo.tit.

48 Ipſe ſolus vna & eadẽ die ad duos ordines ſacros promouet aliquem c.dilectus eo.tit.

49 Solus facit ordinationes in die cõſecrationis ſue.c. quod ſic, de elect.

50 Solus poteſt auferre. vni & dare alteri.xxiij.q.8. conuenior ipſe &.c. ſeq.in fi.xij.q.ij.futuram.

51 Solus põt contra omnia ſtatuta & cõcilia venire.c. ſignificaſti de elect.

52 Solus concedit epiſcopalia inſignia abbatis & inferioribus puta mitrã annulum, baculum paſtoralem, ſandalia, & ſimilia.c.vt apoſtolice de priuil.in vj.

53 Concedit laico ſpiritualia puta ius eligẽdi.c.a nobis de iur.patro. & eccleſias & decimas, eximendo & ipſum a preſtatione decimarum. c. a nobis de decimis quod alius facere non poteſt.c. quamuis. cap. tua.eodem titulo.

54 Solus concedit presbitero ꝙ poſſit criſmare in fronte. xcv. diſti. peruenit, quod a nullo alio fieri poteſt.c. quanto de conſue.c. vnico.§. Quia vero de ſacra vnct.

55 Solus ſedet in ſede illa quam dominus ſibi in perſona beati Petri ſpecialiter elegit.c.per venerabilem.§. rationibus.ver. ſane qui fil. ſint legit.c.fundamentum.§.ne autem de elect.lib.vj.

56 Approbat ſcripta aliorum & conſilia.c.ij.de ſumma tri.c.ſi romanorũ xix.di.c.ſancta Romana.xv.di.

57 Solus diſpenſat cum filio ſacerdotis vt habeat eccleſiam in qua pater eius immediate miniſtrauit ſecũdum Gofre.c.dilectus de fil.preſbi.

58 Solus abſoluit incendiarios poſtquam ſunt excõmunicati denuntiati. c.conqueſti.&.c.tua de ſen.exco.

59 Solus diſpenſat vt nouitius & homo alterius profeſſionis fiat abbas.c.

officii de elect.
60 Solus diſpenſat cum illo qui ſcienter excōmunicatus ordinem ſuſce-
pit.c.cum illorum.§.i.de ſen.exco.
61 Solus diſpenſat cum ordinato in apoſtoſia.c.fi.de apoſta.
62 Qui renunciauit executioni pontificialis officii ingrediendo religionē
per ſolū papā ipſam recuperare pōt.c. poſt translationem de renun.
63 Solus diſpenſat in gradu cōſanguinitatis prohibito.c.qđ dilectio &c. c.
quia circa de conſangui.& affi.c. fi.de tranſac.&c.c.quedā.35.q.iii.
64 Solus diſpenſat cum irregularibus exeuntibus ad audiendum leges &
phiſicā vt ꝓmoueant̄.c.magno &c.c.ſuꝑ ſpecula ne cle. vel mona.
65 Solus diſpenſat cum non ordinato miniſtrante vt ad ſuperiores aſcen-
dat.xi.q.iii.priuilegio.xxv.q.ii.ſic decet de cler. nō or.mi.c.i.et.ii.
66 Solus cōcedit diacono vt cōpagis ſiue ſandalis vtat̄.c. ꝑuenit.xciii.di.
67 Solꝰ cōcedit vt xp̄ianus portet arma ſaracenis.c.ſignificauit. de iudeis.
68 Solus diſpēſat cū clericis conferentibus eccl'iaſtica ſacramēta hereticis
& ab eis oblationes & elemoſinas recipientibus.c. excōmunicaui-
mus.§.ſane de heret.
69 Solus diſpēſat in voto hieroſolimitano.c.per tuas.c.ex multa.&c.c. ma
gne de voto & in voto continentie.c.i.eo.tit.
70 Ipſe habet vtrunqꝫ gladium.ſ.ſpiritualem & temporalem ex cōmiſſio-
ne dei vt.xii.di.c.i.&.xxvi.di.cum ad verum.
71 Vicarius eſt Ieſu chriſti vicem non puri hominis ſed veri dei gerens in
terris.c.inter corporalia de tranſla.
72 Solus habet plenitudinem poteſtatis ad quam vocatus eſt alij vero in
partem ſollicitudinis ſunt vocati. c. ad honorē de vſu pal.ij.q.vij.
de cetero &.c.qui ſe ſcit.
73 Habet cęleſte imperium vel arbitrium.l.j. C.de ſumma tri. & ei iura
cęleſtis & eterni imperij a deo commiſſa ſunt.xxij.di.c.j.
74 Noua religio per alium q̄ꝫ per eū creari nō poteſt.c.fi.de religio.domi.
c.j.eo.tit.lib.vj.
75 Papę ſunt reſeruate ꝑpetuę gr̄ę ſuꝑ abutētes reſcripto.c.fi. de reſcriptis.
76 Quod quis ſit triplex in eccleſia.c.j.de conſue.
78 Dare adminiſtratorē eccleſię cathedrali vacāti.c.is cui.de elect.lib.vj.
79 Quod monachus habeat adminiſtrationem alterius beneficij.
80 Siue monaſterij vel plures prioratus proprij vel curatas eccleſias.c.cū
ſingula de preben.in vj.
81 Itē quo ad mendicantes approbatos poſt concilium duo ſunt reſeruata
papę.c.j.§.j.& vlt.de reli.do.
82 Caſus decretalis vnice de ſciſma.
83 Quod mendicantes poſſint acquirere noua loca, vel aniqua mutare.c.
vno de exceſſ.prela.
84 Quod agēs penitētiā vltra mare ꝑ decre.Fęlicis đ pęnis poſſit īde redir̄.
Quod



84 Quod immutetur vel diſpenſetur contra decret. vbi periculum de elec.
85 Caſus qui habentur in.c.quia contingit de reli.domi. & ibi glo.ꝑ hāc.
86 Solus p̄p̄ reuocat et temperat priuilegia per ſe data.c.j.de cenſi.c.decet
de reli.domi.
87 Aliquos caſus collige per glo.an legatus in.c.ſi ꝓpter de reſcript. & in
c.indemnitatibus de elect.lib.vj.
88 Solus dat indulgentiam percipiendi fructus beneficiorum in abſentia.
c.fi.de reſcpt.in.vj. nec obſt. tex.in.c.ad hæc de cleri. non reſi.vbi
mandatur legato ſedis apoſtolice ꝙ reuocet licentias de nō reſidēdo
conceſſas tam a roma. pont. q̄ꝫ a predeceſſoribus ſuis ideſt legatis
vel Patriarchis quia loquitur de licentia quæ ex cauſa dari poteſt ad
tempus per epiſcopos non autem de indulgentia ſiue conceſſio-
ne ad vitam.
89 Nullus poteſt eſſe triplex in eccl'ia ſine diſpeñ.ſe.ap.c.j.de cōſue.li.vi.
90 Qui perſone vetite preficiantur vrbi Romæ eſt caſus papæ reſeruatus.
c.fundamenta.§.vt autem de elect.lib.vi.
91 Solus Papa dat adminiſtratorem eccleſię cathedrali vacanti.c. is cui de
elect.in.vi.c.eccleſię cathedrali de ſupple.neg.prela.eo.lib.fallit tñ
vbi capitulum vacante eccleſia eſſet negligens quia tunc Archiepi-
ſcopus & per conſequēs legatus hoc poſſet.d.c. eccleſiæ cathedrali.
92 Diſpenſat cum vltramontano ordinato per epiſcopum Italiæ.c.i.de
tempo.ordin.lib.vi.
93 Solus poteſt dare in genere facultatem recipiendi renuntiationem be-
neficij et cōferēdi illud.c.deliberatione.§.ꝓhibemus de off.leg.li.vj.
94 Solus confert beneficia vacancia in curia.c.ii.de preben.in.vi.
95 Dat ſolus coadiutorem epiſcopo.c.vnico de cleri.egrotan.lib.vj.
96 Caſus.c.hoc conſultiſſimo de reb.eccleſię nō alie in.vi.Item.c.j.de re-
ligio.domi.eo.lib.&.c.vnici de ſciſmate eo.lib.
97 Miſſi ad pænitentiam agendam vltra mare non poſſunt redire ſine li-
centia papę.c.fęlicis.§.vt autem de pen.in.vj.
98 Solus diſpenſat contra diſpoſitionem.c.vbi periculum & clem.ne Ro
mani de elect.
99 Nullus poteſt prouidere eccleſijs carentibus clero & populo niſi papa
clem.in plerisqꝫ de elect.
100 Citatio per edict. iuxta fore cle.dudum de Iudi. fit ſolum mandante
papa clemen.ea.
101 Comutatio voluntatis teſtatorum in legatis pijs clem. quia contingit,
& ibi glo.in ver.ſed appoſtolice de religio.domi.
102 Solus moderat & declarat priuilegia a ſe conceſſa clem.j.de cenſi.c.ij.
de deci.lib.vj.
103 Solus reſeruat fructus beneficiorum vacaturorum glo.in.c.ſi propter
de reſcript.in.vj.ſuper ver.concedimus.

104 In appellatione ad papam interpoſita ſuper confirmatione non poteſt adiri niſi papa glo. in ver. appellatio in. c. cupientes de elect. in. vj.
105 A ſolo Papa poſtulatur abbatiſſa minor. xxx. annis gl. in. c. indemnitatibus in ver. eligatur elect. & in cle. j. eo. tit.
Solus abſoluit a iuramento licito. c. alius &. c. ſeq. xv. q. vi.

## IN QVIBVS PAPA NON DISPENSAT EX conſequenti nec legatus.

PAPA nō diſpēſat ꝙ bigamus fiat diaconus ſacerdos vel epiſcopus. c. iii. de bigamis. c. acutius. xxvi. di. ſed bene ꝙ fiat ſubdiaconus. c. lector. xxxiiii. di.
¶Papa non poteſt diſpenſare ꝙ quis ſimul habeat duas vxores. c. ſupereo. c. de bigamis &. c. nuper de bigamis.
¶Licet Papa poſſit diſpenſare contra apoſtolū non tamen in his quæ pertinent ad articulos fidei glo. in. c. ſunt quidam. xxv. q. j.
¶Non diſpenſat contra decē precepta decalogi. c. ſicut. xiiii. di. quia ſi nō ſunt articuli ſunt tn̄ articularia fidei & ita annexa articulis fidei ꝙ ſine eis ſalutē preſtare nō poſſunt. d. c. ſicut. &. vi. di. §. fi. lxxv. di. nō ſatis.
¶Non diſpenſat contra euangeliū. c. ſunt quidam. xxv. q. j. &. c. deinde. xxvi. di. &. c. ſicut. xxiiii. di. & ratio eſt quia contra ius naturale diſpenſatio locum nō habet. c. j. xiii. di. et. c. fi. de trāſac. ius autē naturale eſt quod in lege & in euangelio continetur. l. di. c. humanum. ix. di. §. fi.
¶Non diſpenſat contra quatuor concilia. c. ſunt quidam. xxv. q. j.
¶Papa, non diſpenſat cū homicida voluntario vt poſt peractam quantamcunq; penitentiam miniſtret in officio Altaris. c. fi. de tempo. or. c. minor. l. di. c. ſiquis omnem. j. q. vij.
¶Papa, non diſpenſat in gradibus conſanguinitatis lege diuina ꝓhibetis. c. literas de reſt. ſpol. c. pietatium. xxx. q. iii. in alijs ſic de cōſangui. & affi. quia circa de conceſſ. preben. c. propoſuit. c. fi. de tranſac.
¶Papa nō diſpēſat in his quę de ſui natura ſunt mala vt ꝙ quis ſine peccato poſſit adulterari. c. ſi Chriſtus §. quedam de iure iur.
¶Non diſpenſat cū ſimoniaco directe in ordine & ordinato a ſimoniaco per pecuniam. c. ſtatuimus &. c. ſiquis a ſimoniacis. j. q. j. & capit. requiritur. j. q. vij.
¶Cū rebaptizato ſcienter. j. q. vij. in qualibet de conſecra. di. iiij. quibis &. c. confirmandum.
¶Cū ordinato ab heretico in ſubuerſione fidei cum eſſet catholicus. j. q. vii. conuenientibus ad. fi.
¶Cū reordinato. c. ſaluberimum ea. q. in fi. &. j. q. j. quod quidam.
¶Vbi ſtatꝰ eccleſię decolorat. j. q. vii. & ſi illa. xxv. q. j. quę ad ꝑpetuā.
¶Vbi ſancti patres aliquid bene diffinierunt. xiiii. di. ſicut. c. ſunt qui-



dam. xxv. q. ii. &. c. de priuilegiis. c. cum pia. &. c. cum vera. xxv. q. ii.
Quod monachus exiſtēs monachus proprium habeat vel matrimoniū contrahat. c. cum ad Monaſterium in fi. de ſtatu regu.
In voto continentie niſi ex magna cauſa quia vix inuenitur melius in quo poſſit commutari glo. j. c. ſunt quidam. xxv. q. j.
Non diſſoluit matrimonium conſumatum quia ab ipſo domino naturam ſortitur licet poſſit ſoluere matrimonium contractum per verba de preſenti non conſumatum quia tale ſortitur naturam ex conſtitutione eccleſię glo. in. c. ex publico de conuer. coniug.

F I N I S.

## R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X
Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK
LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV

Omnes ſunt duerni preter. VV ternus.

VENETIIS Impenſa D. Michaelis Tramezini Mercatoris & ciuis Anno Domini. M. D. XLIX
XVI. Menſis Ianuarij.

BIBLIOT. UNIVERSITARIA DE GRANADA